This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Harvard College Library

BOUGHT FROM THE FUND

BEQUEATHED BY

FRANCIS SALES

INSTRUCTOR IN SPANISH AND FRENCH

1816–1854

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

C 1235.36.

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY
JUN 1 1966

Digitized by Google

TASSA.

YO Martin de Segura Olalquiaga eſcrivano de Camara del Rey nueſtro ſeñor, de los que reſiden en ſu Conſejo, certiſico, y doy fee, que aviendoſe viſto por los ſeñores del, un libro intitulado Notas a Flavio Dextro, compueſto por el Licenciado Rodrigo Caro, taſſaron cada pliego del dicho libro a quatro maravedis: el qual tiene ſeſenta y dos pliegos, ſin el principio, ni tablas, que a los dichos quatro maravedis el pliego, monta dozientos y quarenta y ocho maravedis, en que ſe à de vender en papel: y le dierõ licencia para que al dicho precio ſe pueda vender el dicho libro. Y mandaron, que eſta taſſa ſe ponga al principio del, y no ſe pueda vender ſin ella. Y para que dello conſte, di el preſente en Madrid, a veinte y dos de Diziembre de mil y ſeyſcientos y veinte y ſeys años.

Martin de Segura.

ERRA-

ERRATA.

IN *Præfatione, Fol. 3. p. 2. vetus pro vetera. Fol. 4. p. 2. obſcura pro obſcura.*

In ipſo Chronico, Fol. 7. p. 1. aqud pro apud. Fol. 10. Angelorum pro Anglorum. Pag. fulſitur pro fulcitur. Fol. 31. Hyppolitus pro Hippolytus. Fol. 48. uon pro non. Fol. 114. facientes pro facimus. Fol. 116. eum pro cum. Fol. 125. interrogatio prima deleatur ex linea penultima. Fol. 165. dedicet pro dediſſe. Fol. 170. eſuris pro Eſuris. Ibi Atplanticum pro Atlanticum. Ibi it pro id. Fol. 233. ſyclos pro cyclos. Fol. 217. plago pro plagio.

Eſte libro intitulado *Fl. Lucij Dextri notæ*, con eſtas erratas correſpōde con ſu original. En Madrid a ocho de Diziembre de mil y ſeyſcientos y veinte y ſeys.

El Licenciado Murcia de la Llana.

Suma del privilegio.

TIene privilegio y facultad de los ſeñores del Real Conſejo, por tiẽpo de diez años, el Licenciado Rodrigo Caro, para poder imprimir eſte libro intitulado *Fl. Lucij Dextri, notæ*, y para q̃ otro ninguno lo pueda imprir, ſino es quiẽ ſu poder vuiere. El qual fue dado en veinte y quatro dias del mes de Deziembre de mil y ſeyſcientos y veinte y cinco años, ante don Sebaſtian de Contreras Secretario del Rey nueſtro ſeñor.

APPRO-

Digitized by Google

APPROBATUM OPUS A R. P. IOANE DE PINEDA E SOCIETATE IESU IN HISPALENSI D. Hermenegildi Collegio.

Commiſſum mihi à per illuſtri D. D. Frã ciſco de Monſalve, ampliſsimo Hiſpalenſis Eccleſiæ Decano, & Generali S. V. Vicario Proviſore, opus Omnimodæ Hiſtoriæ Flavij Lucij Dextri illuſtratũ notis Ruderici Cari, vidi libẽter, legi attente, verſavi ſedulo. Et ſane quidem, cum varia hactenus de Dextro per antiquo Scriptore, apud noſtri ſæculi viros cultiores videatur fuiſſe exiſtimatio, benigna utique, & certa apud pleroſque; incerta, atque adeo ſiniſtra apud ſeveriores nonnullos Ariſtarchos (utriſque in utranque partem de illo cenſentibus; & ſenem Hiſpanum, Hiſtoriæ, & eruditionis meritis ac pietate gravem, & de Hiſpaniæ potiſsimum ſanctiſsimis Tutelaribus, invictiſsimis Martyribus, clariſsimis alijs ſive Principibus, ſive Scriptoribus præclare meritũ, iam dextrorſum, iam ſiniſtrorſum agitantibus, & exagitãtibus.) Nunc tandem ſingulari Numinis beneficio, felicibus auſpicijs, V. C. Rudericus Carus, ut eſt ingenio politiſsimus, Bæticæ noſtræ lumen, & deliciæ, pro ſingulari ſuo ſtudio, & obſervantia tum in alias manſuetiores Muſas, tum maxime in omnis antiquitatis monumenta, rerumque omnis ævi memorabilium; atque memoriam, dextris fauſtiſque pro Dextro vindicijs pugnans, omnem videtur à Dextro vim, & iniuriam propulſaſſe, iuſta ſane honeſtiſsimi, & antiquiſsimi

Scrip-

Digitized by Google

R. P. RVDERICI A Figueroa, è Societate Ieſu operis cenſnra.

DE mandato ſupremi Senatus Regij mihi commiſſum librum Omnimodæ Hiſtoriæ Flavij Lucij Dextri illuſtratum notis Ruderici Cari, ſumma cum voluptate per legi, in quo cum nihil invenerim aut fidei, aut bonis moribus adverſum, inveni ſane multa, quæ Rudericus ſapienter obſervat, docte docet, & dilucide illuminat; quibus, & Hiſpaniæ gloriam ab omni temporis iniuria vindicat, & facem Omnimodæ Hiſtoriæ fulgentiſsimam præfert. Eſt itaq; quod univerſæ Hiſpaniæ aliquando tandem, ac vehementer gratulemur de utroque filio Dextro, & Ruderico, à quibus ita lucem accipit, ut antiquam laudem paulo obſoleſcentem Dexter redivivus reparet; & novam V. C. Rudericus omnem æternitatem adipiſcatur. Ita cenſeo. Dat. in noſtro Collegio Imperiali Mantuæ Carpetànæ, 16. die Decembris, anno 1625.

Rudericus Figueroa.

Digitized by Google

AVCTORVM TESTIMONIA PRO DEXTRO, ET MAXIMO.

D. Hieronymus in Præfatione libri de Script. Eccleſ.

HOrtaris, Dexter, ut Tranquillum ſequutus, Eccleſiaſticos Scriptores in ordinem digeram. *Et paulo poſt*: itaq; Dominum Ieſum Chriſtum precor, ut quod Cicero tuus, qui in arce Romanæ ſtetin eloquentiæ, &c.

In Dextro.

Dexter Paciani, de quo ſupradixi, filius clarus apud ſæculum, & Chriſti fidei deditus, fertur ad me Omnimodam Hiſtoriã texuiſſe, quam necdum legi.

Et lib. 2. Apologiæ adverſ. Rufinum.

Vnde etiam ante annos ferme decem, cũ Dexter amicus meus, qui Præfecturam admi niſtravit Prætorij, me rogaſſet, ut auctorum noſtræ religionis indicem texerem.

M. Ma-

Digitized by Google

M. Maximus Epiſcopus Cæſarauguſtanus in epiſtola ad Argebatum Epiſcopum.

Tunc ad relatum noſtrum deduxit ſanctitas tua, ſe velle habere continuationem Omnimodæ hiſtoriæ; quã fecit Fl. Lucius Dexter.

Idem in chron. ann. 444.

Fl. Lucius Dexter, vir plane doctus, prudẽs, & pius.

Lutrandus in epiſtola ad Argimundum Epiſcopum Illiberitanum.

Nec minus iucundum eſt, quod mihi iubes, ut in Fuldenſis Monaſterij Bibliotheca, (ubi nunc exul commoror) quærerem tibi Dextri chronicon, quod M. Maximus Cæſarauguſtanus Epiſcopus rogatu Argebati Epiſcopi continuavit. Et *infra* chronicon, quod petis, in hac Bibliotheca reperi in vetuſta mẽbrana deſcriptum, &c.

Iulianus in chronico.

Agit per literas Helipandus gratias S. Carolo Magno, fueruntque miſsi legati rurſus ijdem, qui ſupra: & cum legatis mittit ſupellectilem multorum librorum: in ijs Concilia Toletana chronica Dextri, ac Maximi fragmenta,

menta, Braulionis, Heleccæ, Taionis, Luitprādi, & aliorum. Poſtea ego miſsi Fuldam.

Volaterranus in Anthropologia lib. 15.

Dexter Paciani Præſulis filius, vir clarus, & Chriſti fidei deditus, fertur Omnimodam hiſtoriam edidiſſe: patria Barcinonenſis: Præfectus Prætorio Theodoſij Principis, cui Hieronymus, qui hæc teſtatur, librum de Viris Illuſtribus dedicavit.

Baronius tom. 4. Ann. ann. 395. num. 42.

Sed & diximus Dextrum, Præfectum Prætorij, tempore Theodoſij, eiuſdem quoque argumenti lucubrationem elaboraſſe.

Pro M. Maximo D. Iſidorus de Viris Illuſtribus cap. 46.

Maximus Cæſarauguſtanæ ſedis Epiſcopus multa verſu, proſaque compoſuit. Scripſit, & hiſtoriolam de his, quæ tẽporibus Gothorū in Hiſpania acta ſunt, hiſtorico, & cōpoſito ſermone.

Luitprandus in chron. ann. 615.

M. Maximus Epiſcopus Cæſarauguſtanus, ſcriptor

ſcriptor chronicorum, & Poeta eximius, vir doctus, & pius Monachus Benedictinus.

Trithemius de Vir. illuſtribus.

M. Monachus, & diſcipulus S. Benedicti, & ab eo familiariſsime dilectus: vir in divinis Scripturis eruditus, & in ſæcularibus literis peritiſsimus: orator, & inſignis Poeta: moribus, & converſatione præclarus: ſcripſit poſt B. Gregorium Papam, ſuperaddens aliqua heroico Carmine elegantiſsime currente: claruitq; ad Imperium Heraclij, ad annum 613.

Lælius Giraldus de vitis Poetarum.

Fuit M. Maximus ex Monachis S. Benedicti, qui heroico carmine Divi Præceptoris vitam elegantiſsime condidit.

Digitized by Google

CVm hæc prælo mandaremus, aliqua ſub incudem recurrerunt, quæ feſtinantibus operis, ſuis locis commode inſeri non potuerunt: nec tamen omittenda omnino cenſuimus, vel hic lectorum utilitati proſpicientes, ut etiam, ſi forte Deo dante, hanc Spartam ſecundis curis adornare inſtituerimus, ſua cuiq; loco commodius addantur. Iam & illud ab aliquibus amicis petitum, ut aliquarum inſcriptionum antiquarum formulas, quæ ſingularibus literis, pro veterum more, vulgus etiam Doctorum fugiunt, interprætarer. Quibus ut obſequerer animum induxi meum, neq; enim omnes aut amant, aut capiunt antiquitatem. *Itaque illarum ſingularium literarum*, maxime tamen difficiliorum, interpretationem ex literatorum plebiſcito ſubijciam.

Fol.5.p.2.poſt annum 34. linea 24.à Diribitore oblitum, ac prætermiſſum in textu.

Claudia Procula, uxor Pilati admonita per ſomnium, in Chriſtum credit, & ſalutem conſequitur.

Fol.10.p.2. Vbi agitur de Hiſpanis, qui Do-

§ minum

minum viventem viſuri Hieroſolymam perrexerunt, adde Fr. Ioan de la Puente, in Concordantia. Mon. lib. 2. cap. 6.

Fol. 24. p. 2. De quo hæc habet Demochares, pag. 43. *S. Martialis unus ex ſeptuaginta diſcipulis Domini anno 47. has ſedes Epiſcopales in honorem Dei, & B. Mariæ Virginis Aniciẽnſem, Ruthenam, Arvernam, Mimiatenſem, ædificaſſe, ac dicaſſe dicitur. Idem quoque ſub nomine, ac titulo B. Stephani Protomartyris quinque has Eccleſias Cathedrales Lemovicenſem, Bituricenſem, Cadurcenſem, Agenenſem, & Toloſanam, conſtruxiſſe fertur.*

Fol. 68. p. 2. poſt annũ 134. lin. 22. Cum Prætores pro arbitrio populis annua iura edicerent, Salvius Iulianus Prætor Hadriani Auguſti tempore, anno ſcilicet hoc 134. Edicta varie diſperſa collegit, & in ordinem digeſta Edicti perpetui titulo edidit. Teſtatur Iuſtinianus l. 2. §. Sicut igitur, C. de vet. iur. enuc. & l. 10. C. de condict. indeb. Eutropius ad hæc lib. 8. *Poſt eum Divus Iulianus Rempublicam invaſit: vir nobilis, & iuris peritiſsimus, Nepos Salvij Iuliani, qui ſub Divo Hadriano perpetuum compoſuit edictum.*

Hoc à Iuliano compoſitum edictum perpetui nomen merito in libris iuris vindicat, cuius ordinem ſequutum ſe in libris Epitomarum. Her-

Hermogenianus Iuriſconſultus profitetur. l. 21 ff. de ſtatu hom. vide Briſonium lib. 5. de verborum ſignific. verbo. Edictum. Ceterum illo præſertim cavebatur, ut omnes orbis Romani civitates Romanorũ legibus viverent, moreſque perpetuo ſervarent, Petita nempe inde occaſione, Eccleſiam Inanibus Dijs, moribuſque Gentium adverſantem, perſequendi, ſubſtulit tamen Edicti diritatem Conſtantini Magni pietas, deindeq; Iuſtinianus in l. 1. C. de Edict. D. Hadria. Tollendo.

Fol. 89. p. 2. linea 8. Nec fruſtra Iõnas Aurelianenſis affirmat: Hiſpaniam ſemper viros Catholicæ fidei aſſertores acerrimos, & invictos produxiſſe: Eraſmus quoq; in Panegirico ad Philippum. I. *Fatalem fidei Catholicæ murum, unicumque religionis Christianæ propugnaculum appellat.*

Fol. 138. *Placentiam in Cantabria.*) At Placentia in Hiſpania multis poſt ſæculis condita ab Alfonſo Rege. Eſt certe alia Placentia hæc. Fuitque Epiſcopus Placentinus, ut ex Concilio 5. Toletano elicio, in quo Prothaſius Epiſcopus Placentinus ſubſcribit, forſitam ab hac Dextri Placentia nomen mutuatus. Nec tamen ſtare poteſt, quod Ambroſius Morales vir alioqui doctus, ac de rebus Hiſpaniæ optime meritus, in hoc tamen fœde lapſus, animadvertit,

lib. 12. cap. 23. Scilicet Prothaſium Valentinum Epiſcopum fuiſſe, ſicque Codices Corrigendos; cum in eodem ipſo Concilio Toletano Muſtracium Valentinæ Sedi præſidere, pro eoque Piberinum Diaconum intereſſe, & ſubſcribere compertum habeamus. Nec enim duo eiuſdem Sedis Epiſcopi eſſe eodem tempore potuerunt. Itaque habemus ab illo Concilio 5. Toletano Placentiam cum ſuo Epiſcopo, hodieque in eadem Cantabriæ eſt populus Placentia dictus.

Fol. 198. *Nertobrigæ concordiæ floret Exuperatius Abbas Benedictinus.)* In ruderibus Nertobrigæ, quæ nunc *Valera* dicitur non procul ab oppido Frexenal Hiſpali contributo lapis ſepulcralis Exuperantij repertus eſt, ſervaturque in domo B. Ariæ Montani viri clariſsimi, qui has literas habet.

EXVPERANTIVS
FAMVLVS. DEI
VIXIT ANNOS PLVS
MINVS LXXXVIII. RE
QVIEVIT. IN PACE
SVB. D. VI. KAL. IVNIAS
ERA. DC. XVI.

Fol.

Digitized by Google

Fol. 192. Ex Ceruelæ inſcriptione deleátur illa verba: *Cor tranſfixit.* Nam in ipſo lapide ſepulcrali, quem vidi, non ſunt, & à Morgado in hiſtoria Hiſpalenſi deceptus ſum, qui vel illum non vidit, vel neglexit.

Fol. 201. p. 2. *Benignus Epiſcopus Braccarenſis ad, quem Gelaſius Papa ſecundus ſcribit.)* Corrige *Pelagius*. Hic eſt, ut in textu fideliter à Maximo ſcriptum, Pelagius ſecundus, annus autem eius Pontificatus 4. qui ritæ incidit in annũ Chriſti 581. quo anno Epiſtolam Benigno ſcripſit, quæ ſic incipit: *Lectis fraternitatis tuæ literis.* Habeturque tom. 2. Concil. Meminitque Baronius tom. annal. 7. num. 1. nec quid de Iſidori Mercatoris fide dubitaret, ſi Maximum vidiſſet.

Fol. 224. *Sacræ Scripturæ Arabice translatæ.)* Hæc etiam Iulianus Petri in Chronico. Rudericus Ximenez lib. 4. cap. 3. de Ioanne Epiſcopo Hiſpalenſi viro ſanctiſsimo. *Fuit apud Hiſpalim glorioſus, & ſanctiſsimus Ioannes Epiſcopus, qui ab Arabibus Caeit Almatran vocabatur, & magna ſcientia in lingua Arabica claruit, multis operationibus glorioſus efulſit. Qui etiam ſacras Scripturas Catholicis expoſitionibus declaravit, quas ad informationem poſterorum Arabice conſcriptas reliquit.)* Vide ego eadem Hiſpali Bibliorum volu-

volumen antiquiſsimum Arabice ſcriptum, quod magnæ Hiſpalenſis Eccleſiæ Bibliotecæ ſcrinijs adſervari adhuc credo.

INSCRIPTIONES.

IN Epiſtola dedicatoria. Q. B. F. Q. S. quod bonum fauſtumque ſit.

In Præfatione L. F. GAL. Ideſt. Lucij filius Galeria. D. M. Dijs Manibus.

Fol. 5. E. A. V. &c. Ex ante diem quintum Kalendarum Iuliarum Tiberius.

Fol. 25. M. F. M. NEP. Marci filius, Marci Nepos.

Fol. 53. AVG. QVIN. Augur quinquennalis. PED. C. XLVI. &c. Pedes 146. & ultra turrim pedes 12. Decreto decurionum faciendum curavit, impẽſa Quæſtoria pecunia, Vel ut Morales, iuvitque pecunia. Alij forſitam aliter, quibus libens ſubſcribam.

Fol. 63. D. S. P. D. D. de ſua pecunia dedicaverunt.

Fol. 64. SEX. F. QVIR. Sexti filio Quirina. Coſſ. III. Cohortis tertiæ. M. Municipij Arvenſium.

Fol. 65. ANN. XXX. &c. Annorum 42. menſium 7. dierum 24.

Fol. 79.

Fol. 79. COS. CIVI. ASTVRIC. &c. Conſuli civi Aſturicenſi legionis ſeptimæ Geminæ piæ felicis, annorum 45. ſtipendijs. 24.

Fol. 87. Q. D. E. R. &c. Quod de ea referi placuit, de eo ita cenſuerunt.

Fol. 99. ANN. XXVI. &c. Annorum 26. Hic ſita eſt, ſit tibi terra levis. Quod etiam ſepe obvium habebis, ſed ſemel hic dixiſſe ſufficiat.

Fol. 149. X. Ternos. Denarios. Idemque in reliquis huius inſcriptionis locis eadem nota X. ſignificat. OLYBRIVS. V. C. Olybrius vir Conſularis. C. F. D. D. clara fœmina dedicaverunt.

FINIS.

IN-

Digitized by Google

maior humana ante mentis oculis obverſa-
tus es Magnitudine, Splendore, Bonitate, Hu-
manitate ſupra mortales conſpicuus, ac ſu-
blimis. Nec me diu cunctantem, aut timen-
tem illæ ipſæ animi tui, corporiſque dotes
compendio pellexerunt. Magnitudo ſcilicet
tua ab antiquiſsimo, magnoque Gothmano-
rum genere, quo nullum aut maius, aut anti-
quius Hiſpania ſuſpexit, utpote ab invictis
Caſtellæ, & Legionis Regibus deductu, quod
etiam Caſtellæ, & Legioni iam olim invictos
Reges dedit. A magnis etiam avis, ataviſque
Aſsidoniæ Ducibus, maſcula ſerie (quod in
alijs Pròcerum domibus rarum) ad inclytum
uſque parentem tuum prognatis.

Nam pater ipſe ſuo ſuperum iam ſignat honore,
Quin patri comitem ſeſe Mavortius addit
Maximus Emanuel;

Excellentiſsimus nempe frater tuus, Dux Aſ-
ſidoniæ, cuius vere regias opes, ac magnifi-
centiam Rex noſter invictiſsimus Philippus,
Pan alter tunc nemorum veſtrorum cultor,
hoſpitio, cōvivioq; vere regio exceptus, obſ-
tupeſcēte Principum, aulicorūq; cohorte, ipſe
etiam demiratus eſt. Cuius etiam bellicam
forti-

fortitudinem Angli Eccleſiæ Catholicæ perduelliones ingenti claſſe Gades nuper adorti expaveſcentes, Panico terrore fugerunt; totaque illa pyratica claſsis male diſperiit:

Quæ cunctis infeſta fretis, ſcelerumq; miniſtra,
Orbaq; gubernaclis, antennis ſimul & fractis,
Ludibrium pelagi vento iactatur, & unda.
Vaſtato tandem pœnas luitura profundo.

An non etiam magna tua domus, à qua magnitudinem Proceres alij accipiunt, ac quaſi ſurculi ab annoſa arbore ſtirpes ſuas in altitudinem cœli attollunt? Magnitudinem ſplendor excipit, ipſa ſplendorem, nec unum ſine altero aut magnum, aut ſplendidum. Præſtat tamen illuſtrium quem à virtute deducere: quo genere quid unquam mirabilius ſæcula tulerũt, quam illuſtriſsima in domo Guzmanorum? Alfonſum illum inclytum, à quo genus, nomenque refers, vel unum producam veteris virtutis, fideique clarum exemplar: qui ne violata fide, optimi Præſidis officium deſereret, de ſummo Tarteſsiaco muro truculentam unici filij iugulationem, ſereno vultu, addito etiam ad necem pugione, tranquillus, altus, & liber vidit: cum hoſtes ipſi, miſera ſublata

Digitized by Google

eiulatione, oculos ab illis avertit atque urbi ſaluti con-tur. *Exuit patrem, & Pheſidem egeret, orbusque vivere, quam fidei publicæ deeſſe maluit.* Apagite Bruti, Torquati, Scauri, Fulvij, & vana Romanæ virtutis nomina. Maius hic aliquid, aut divinius micat.

Bonitatem maiorum iure, id eſt, hæreditario, avitoque accepiſti. Nec tu unquam Bonus eſſe non potes, Gothmanus cum ſis; & à quo Boni Gothmani Bonitatem corrivant. Ne parum in Bonorum domo Prudentiæ, Pietatiſque pulvinaria deſiderentur, Heroi illi Alfonſum alterum coniungamus: illuſtriſsimum nempe patrem tuum. Is ſiquidem maximo illi Agamemnoni Philippo ſecundo Vlyſſes omnis diu fuit; cuius abſtruſa, penitiſsimaque conſilia belli, pacisque, tanquam Dodonæi Iovis reſponſa Rex ille prudentiſsimus obſervans, aureum ſuum ſæculum effecit. Tertij quoque Philippi Auguſta vox illa fuit, cum maximarum rerum cardo in ancipiti verteretur, omniaque nutare viderentur: (*Ite*, inquit) *Ducis Aſſidonæi ſqualentia oſſa conſulite, indeque ultiora prudentiæ conſilia auſcultate.* Pietatem illius, orthodoxæque religionis ardorem multa, quæ æternitati conſecravit, opera deprædicant. Nec tamen ad illam am-

pliſsimam ſilentio præteribo, in qua monumentum ære perennius ſibi, pueris pædagogium, ægris valetudinarium, Virgini aram, Deo Opt. Max. incruenta ſacrificia dedit, dedicavitque. Ab hoc humanitatis uberrimo fonte Humanitas tibi congenita, innataque in omnem tuam clientellam ſe effundit, eadem enim illa rerum mirabilium opifex virtus maiores tuos glorioſe provexit, quam non ſolum homines rationis participes, ſed truces etiam Libyci leones ſenſerunt. Nam cum atavus tuus, illum dico, [illegible]

Qui medio libyæ ſub caſside pertulit æſtus
Terribilis Mauro, debellatorque [illegible]

Leonem ab atrociſsimo angue caudæ voluminibus implicatum, peneque enectum in vaſta Africæ ſolitudine conſpicaretur, ſerpentem, ſtricto gladio, iugulavit, & regia fortitudine regium illud animal liberum abire iuſſit. Quo facto, immanis illa bellua, etiam humanitate devicta, ſoſpitatoris ſui vim beneficam ſentiens quo potuit blandimento venerata eſt. Mauri quoque, licet barbari, & inhoſpitales, tantæ virtutis ſpecimen demirati in cœlum ſuſtulerunt. Mitto, Princeps Illuſtriſsime

eruditione, virtutes alias, manſuetudinem, modeſtiam, obviam comitatem, ſtudium erga literas, literatóſque, quæ ſi recenſere vellem, vel dies me deficeret, & ſtylus, vel tua ipſa modeſtia, interpellato dicendi ardore, quaſi adiecto ſufflamine, remorabitur. Certe

Tu generis priſcos contendis vincere honores.

Et à tuis, alieniſq; ſupra reliquos tui ævi Principes vere amaris, vere ſuſpiceris. Teſtis eſt Bætica omnis; quæ te alumnum ſuum, ſæpe benigniſsimum parentem, addam etiam ſtrenuum militem, experta eſt. Teſtis ſum ego à te humaniſsime exceptus, coramque amice compellatus, abſens etiam (quæ vera laus eſt) condecoratus. Quo nomine præſtat in ævum gloriari.

Principibus placuiſſe viris non ultima laus eſt.

Ergo ad te Princeps Illuſtriſsime, qui avita humanitate leonibus ſoſpitatem præſtas, ſerpentiumque efferos, ignitoſque morſus extinguis, Leonem hunc ſenem Hiſpanum Q. B. F. Q. S. mitto: Equitem equiti, Epiſcopo Epiſcopi filium, Illuſtriſsimo Principi Illuſtriſsimum totius Orientis quondam Præfectū, qui poſt denſiſsimas, quibus delituerat tene-

tenebras lucem purioris auræ ſub auſpicijs tuis videat, ſubmittatq; tibi Romanos illos faſces, ſacroſanctæ dignitatis tuæ ſplendorem veneratus, precaturus etiam ſupplex, ut ab ſibilantium ſerpentium triſulcis linguis, implicatiſque poſticæ caudæ voluminibus, qua meus eſt, eripias: debeatque tibi hanc lucem, in quam longo poſt liminio Hiſpaniam ſuam reviſurus, Dextro pede, denuo prodijt. *Vale.*

(:::)

PRÆ-

Digitized by Google

PRAEFATIO.

OLIM Non librum in manum, non ſtilum ſumpſeram, nec quid eſſet literarium otium ſerio ſciebam. Tádem poſt exactum quadriennium, quo me cenſorio viſitandi Archiepiſcopatum Hiſpalenſem munere diſtrictum exolvi, laribus otioque reſtitutus dum libellis meis, quaſi Fortunæ Reduci litarem, incidi forte in Fl. Lucij Dextri, & M. Maximi Epiſcopi Cæſarauguſtani fragmenta nuper à Fr. Ioanne Calderonio Franciſcano in lucem edita. Quæ quanto avidius legi, eo magis ab intimis præcordijs magnorum virorum iniquam ſortem miſeratus indolui. Qui poſtquam tot ſæculis magno rerum Hiſpanicarum, ne dicam Eccleſiæ, diſpendio, quaſi in Democriti puteo, latuerint, nunc cum dias luminis auras inſpiciunt, tam laceri, ac ſqualentes ab illis diuturnis ergaſtulis evaſerint, ut ſi ſe circunſpiciant, exoſam hanc lucem habeant, & ſe in ſuas tenebras iterum retrudi expoſtulent. Adeo enim eorum ſcripta mendis ſcatent, adeo ſupini, ac craſſi errores

¶ omnes

omnes fere paginas invaſerunt, ut apud pleroſque fides tantorum virorum naufragium fecerit. Quo effectum eſt, ut indies theſaurũ hunc bono totius Hiſpanię ſervatum, ac tandem dextro Hercule, invẽtum, indocti, quibus nihil pulcrum in pretio eſt, parvipendãt, ſcioli proſcribant, docti, quamquam in pretio, & admiratione habeant, eruginem, ſitũq; acutis ſuis ſtilis ſaltim, detergere ſuperſedeãt. Audio iam dudum primariæ eruditionis viros horum auctorum illuſtrationem pollicitos, prope diemque lucidaturos; ſed id per triginta, aut amplius annos, ex quibus Doctorum manu teruntur, non video; immo novo ſuper inducto ſitu, o ignaviam! ſqualere, ac ſordeſcere. Quare mirabar vehementer, nec quim dolerem, ac contabeſcerem continere me poteram, ita Hiſpanos viros de rebus patriæ, ac totius antiquitatis benemeritos fragmenta hæc in oblivionem dediſſe, quaſi Hiſpaniæ honorem, ac tot venerandæ antiquitatis monumenta parvipendant, ac pro nihilo ducant. Cum hæc diu mæſtis cogitationibus involverem, accidit, ut Ioannes Bellerus Bibliopola Hiſpalenſis fama, & probitate notiſsimus, epiſtolis à me peteret, ut Dextrum erratis, quibus ſcatebat, repurgatum

Pari-

Pariſios (ubi Bibliothæca vet. Patrum noviſſime cudebatur) typis mandandum traſmitterem; nō potui viri amiciſsimi iuſſa, quamvis imparem me oneri iudicarem, ſubterfugere.

Quare hanc tantum mihi provinciam ſe poſui, ut craſsiora ſaltem errata, & quæ bonus arbiter corrigenda, inque ordinem redigenda curaret, levi, perfunctoriaque opelle attingerem. Cum iam manum operi admoviſſem, id mihi accidit, quod domos male materiatas, ac ruinoſas fulcire volentibus evenire ſolet; ut dum tectum evolvitur, vel reparandus paries perfoditur, niſi pilas, aut tibicines ſubſtituas, ſoluta compage.

Tota perpetua ruant cum fundamento.

Ita etiam fides tantorum ſcriptorum, quæ veluti ruinoſa domus, apud pleroſque laborabat, ne tota ſimul corrueret, tibicinos, ac pilas quaſdam, ut ſupponerem, ſuo iure poſcebat. Id eſt ut fragmenta, hæc ab invidia, & impoſturæ ſuſpicione liberarem, totque veritatis ſponſores, fideique ſuæ iuſſores, vadeſque offerrem, quot conteſtes, ac ſuffragatores invenirem. Veritus Plautinum Philolachetem inſultantem:

 Hic

*Hic iam ædibus vetitum addictus, bonæ cultura-
rantur vale.*

Id à me, ut neceſſerat, perfici non potuit, de-
coctis ſtatim, rei literariæ ſumptibus in exi-
guo peculio, nec ita feſtinanter, quin totus
annus in luſtrandis his auctoribus tranſcur-
rerit. Quo tempore illud Pariſinum opus,
feſtinante prælo, abſolutum eſt, nec oppor-
tune Dexter cæteris patribus inſeri potuit.
Sed ne labor à me inſumptus, qualiſcumque
is ſit, totus periret, amico Typographo, quic-
quid tumultuarie excogitaveram, tradidi, ut
vel ſeorſim imprimeret, vel ſi mallet, libellũ
hunc unctum Ilerdam amandaret. Ille tamẽ,
& doctorum amicorum ſchola luce dignum,
(quæ ſua humanitas eſt) adiudicarunt. Vole-
bam, debebamque, ut inſtituto facerem ſa-
tis, locis depravatis, ac perperam ſcriptis me-
dicinam adferre; ſed hæc in veterum exem-
plarũ inopia, difficilis, planeq; impoſſibilis
mihi eſt, præſertim in anguſta ingenij, libro-
rumq; utilium ſuppellectile. Tentabo tamen
aliquando, ſuſpiciũculaſque meas tyronibus,
quibus cum mihi res eſt, lubens proferam.
(Neque enim his, quibus, ut ait Plautus, Ca-
perratitiones ſeveritudine, ſcribimus) ut dum
magni viri in hunc pulverem ſudaturi deſcẽ-

dunt,

dem, audaculus ego [illegible] tandem ali-
quosq; saltem intentos operi reddam. Qua in-
parto sicubi, fefellero veniam me ab æquis
iudicibus facile consequuturum [illegible], quod
in [illegible] & solis ple-
ni [illegible] antiquitate oblitera-
tas investigare, labile atque errare humanum
est. Altiora meliora que, qui quærunt, hi à
Doctioribus, & iam [illegible] donatis, expectent;
mihi satis sit [illegible]. Sed ne tyro-
nes mei, quis Dexter, quis Maximus fuerit, &
unde fragmenta hæc habeamus, penitus ig-
norent, eorum vitam, genus, scripta, qua po-
tui diligentia à me concinnata ob oculos po-
stam, ut vel inde fidem tantorum auctorum
incolumem, & sartam tectam, præstemus,
diſcantque pluris æſtimare, ac in pretio ha-
bere deinceps, qui hucuſq; ſugillarunt.

DE FL. LVCIO DEXTRO.

FLavius Lucius Dexter, vir clariſsimus, natus eſt Barcinone in Hiſpania anno à partu Virginis 368. parente ſanctiſsimo Paciano, qui poſtea eius urbis Epiſcopus literis, & ſanctitate claruit, Valentiniano, & Valente iterum Coſſ. Eum genere nobiliſsimum

mium fuiſſe patris ſanctiſſimi dignitas præ-nomen Flavij, Dextrique cognomẽ ſatis per-ſuadent. Dextrorum ſiquidem familia olim Romæ Conſularis. Afranij Dextri Conſulis deſignati meminit Plinius Iunior lib. 5. epiſt. ad Valerianum. Domicius item Dexter bis Conſul ultimum Conſulatum geſsit cum Valerio Meſſala Priſco anno A. V. C. 948. ex Spartianus in Severo, vetuſque apud Onuphrij faſtos epigrammata teſtantur. Is etiam Præfectus urbis fuit; ipſique, & Caſio Dextro reſcripſiſſe Divum Pium teſtatur Vlpianus l. 40. D. notatq; Ioannes Maria Catanæus ad Plinij Iun. ep. lib. 5. p. 326. Anno ab urbe condita 978. L. Turpilius Dexter Cõſulatum adminiſtravit, cum M. Mæcio Rufo, ex lapide antiquo. Tibure Grut. p. 49. Et Maximus Dexter ſub Gallieno Imperatore, anno A. V. C. 1015. cum Numiſio Albino. Panvinus, Holoãder, alijque commemorant. Sub Nũum Dextrum Prætorianorum Tribunum Tacitus 1. hiſtor. exhibet. Sed & priſci lapides, præter commemoratos auctores, iuvant. Romæ, & apud Gruterum p. 1. & apud Gutertium de ſitu Manium.

SIVE.

SIVE. DEO. SIVE. DEÆ.
C. TERT. DEXTER.
EX. VOTO. POSVIT.

Eſt & Tiferni Ampi Dextri monumentum apud Grutterum p. 743. & C. Clodieni Dextri equitis Rom. 392. Et licet ſit obſcuriſſit an Dextri illi ab Hiſpania, vel potius noſtri ab Italia originem duxerint, in Hiſpania tamen Dextri cognomen antiquis monumentis celebratum invenio. Lapis in Col. Ebor. à Iacobo Mænetio Vaſconcello.

C. IVNIO. L. F. GAL. RVLLO
C. NORBANVS. L. F. IVNIVS.
DEXTER. HÆREDES.

Alter lapis Tarracone apud Ambroſ. Mor. in Hiſpan. antiquit. & Grutt. inſcript. orbis pag. 444.

D. M.
CAECILII. MATVRI. QVI. VIXIT.
ANNOS. XXXVI. M. VII. DIES. V.
AELIA. MATER. CAECILIVS. DEXTER. ET. ARTIMVS. FRATER. ET.
VALVP. VXOR. HAEREDES.
TESTAMENTO. FECERVNT.

In

In ipſa etiam Barcinone, unde ortum Dexter habuit, eius forſitam progenitorem Dextrum virum clariſsimum exhibebo, ibi in vetere lapide in domo Ioannis Maltæ.

NVMMIO. ÆMILIANO
DEXTRO. V. C. PROPTER
INSIGNIA. BENE. GESTI
PROCONSVLATVS. OMNES
ASIA. CONCESSAM. BENE-
FICIO. PRINCIPIS. STA-
TVAM. CONSECRAVIT.

Sequioris Gothorum ætate Dextrum Diaconum reperio, qui pro Primo Agathenſi Epiſcopo 13. Concilio Tolet, ſubſcripſit.

Fl. L. Dextrum in iuventute literis egregiã operã navaſſe, Ciceroniq; maximè addictũ fuiſſe ex D.Hieronymo, & M. Maximo clicio. Vrbem tum temporis Toletanam rexiſſe [illegible] ex quo etiam tabularijs multa hiſtoriæ ſuæ monumenta hauſiſſe, inſeruiſſeq; ipſe auctor tradit. Ampliſsimo honore provectus Orientis Præfecturam Prætorio adminiſtravit, in qua quinque Diœceſes, Scilicet Oriens, Aſia, Pontus, Ægyptus, Thracia. Ex

his

his ſola Orientis provincia ſub ſe continebat, Phœnicem, Syriam, Cyprum, Ciliciam, Paleſtinas duas. Phœnicem Libani, Euphratenſem, ſalutarem Syriam, Oſroenam, Meſopotamiam, Ciliciam ſecundam, Iſauriam, Arabiam, Antiochiam. Præter quas aliæ triginta duæ provinciæ ſibi parebát. Aſia deinde apud ſe mille urbes complectebatur, uti apud Papinium invenias.

Quantuſque potentes
Mille urbes Aſiæ ſortito rexerit anno
Imperium mulcente toga

Curabat præterea Seleucenam claſſem l. unica. C. de Claſsicis lib. 11. Quantam in hoc ampliſsimo munere rerum antiquarum notitiam vir ſtudioſus, ac plane peritus, habere potuerit, tute lector benigne perſpice. Prudentiſsimi apud antiquos ſunt exiſtimati, qui in longinquas regiones peregrinati erát. Inde prudétiſsimum Vlyſſem, ac rerum multarum ſcientiſsimũ ſæpe cõpellat Homerus

Multorum autem hominum vidit urbes, & mentem novit.

Forſitã, & tunc cũ hanc latiſsimam provinciam Dexter adminiſtravit, cum Divo Hieronymo Hieroſolymis de gente arctiſsimam amicitiam contraxit, ſiquidem eius hortatu ſcripſit librum de ſcript. Eccleſ. innuit ipſe Divus. *Hortaris Dexter, ut Tranquillum ſequutus Eccleſiaſticos ſcriptores in ordinem digeram.* Et paulo poſt. *Itaque Dominum Ieſum Chriſtum precor, ut quod Cicero tuus, qui in arce Romanæ ſtetit eloquentiæ, non eſt facere dedignatus in Bruto, oratorum Latinæ linguæ texens Catalogum: id ego in Eccleſiæ illius ſcriptoribus enumerandis digne cohortatione tua impleam:* Mutuo etiam Omnimodam hiſtoriam hanc dicandam D. Hieronymo inſtituerat, qua propter illum inter Eccleſiaſticos ſcriptores receſet. *Dexter Paciani, de quo ſupra dixi, filius clarus apud ſæculum, & Chriſti fidei deditus fertur ad me omnimodam hiſtoriam texuiſſe, quam necdum legi.* Fatum iam inde huius hiſtoriæ fuit à multis non legi, ſed D. Hieronymus iterum de Dextro lib. 2. Apolog. adverſus Rufin. *Vnde etiam ante annos ferme decem tum Dexter amicus meus, qui Præfecturam adminiſtravit Prætorij, me rogaſſet, ut auctorum noſtræ religionis indicem texerem, &c.* Sed licet prius hanc eandem Omnimodam hiſtoriam Divo Hieronymo

gratiam

gratiam relaturus Dexter dicaverat, eo iam vita functo, Paulo Oroſio Hiſpano Presbytero, tunc literis, & fama notiſsimo, dicavit. Doctrina, prudentia, Chriſtianaque pietate notus orbi floruit. Tandem ad patriam Barcinonem reverſus, publicorum munium pertæſus ad ea ſtudia ſe convertit; *In quibus bonam vitæ partem, ſi non cum laude citra pudorem tamen*, ut ille ipſe ait, *tranſegerat*. Quo tempore hoc chronicō, quod Omnimodam hiſtoriam inſcripſit a principio mundi ad Chriſti nativitatem, & à Chriſti nativitate ad annum 440. continuauit, & incipiente iam decrepita ætate 10. Kalen. Iul. anno 444. Obijt, cum vixiſſet annos plus minus. 76. Hæc de Dextro ex D. Hieronymo, & M. Maximo aliundeque habemus.

DE M. MAXIMO.

MArcus Maximus Cæſarauguſtanus Epiſcopus Chronicon Flavij Luci Dextri viri clariſsimi orſus ab anno 430. ad uſque ſua tempora continua annorum ſerie perduxit. De eo D. Iſidorus hæc ait cap. 45. de vir. illuſt. *Maximus Cæſarauguſtanæ ſedis Epiſcopus multa verſu proſaque compoſuit.*

poſuit. Scripſit & brevi ſtilo hiſtoriolam, de his, quæ temporibus Gothorum in Hiſpaniis acta ſunt, hiſtorico & compoſito ſermone: ſed & multa alia ſcribere dicitur, quæ necdum legi. Luitprandus in Chronico anno 615. *M. Maximus Epiſcopus Cæſarauguſtanus ſcriptor chronicorum, & Poeta Eximius vir doctus, & pius Monachus Benedictinus moritur ſancte 6. Novemb.* Trithemius de Vir. illuſt. *Marcus, Monachus, & diſcipulus S. Benedicti, & ab eo familiariſſime dilectus. Vir in divinis Scripturis eruditus, & in ſecularibus literis peritiſſimus, orator, & inſignis Poeta, moribus, & converſatione præclarus; ſcripſit poſt B. Gregorium Papam, ſuperaddens aliqua heroico carmine elegantiſſime currente, claruitq; ad imperium Heraclij Auguſti ad annum 615.* Lilius item Giraldus in vitis Poetarum. *Fuit, & M. Maximus ex Monachis S. Benedicti qui heroico carmine Divi præceptoris vitam elegantiſſime condidit.* Ex quibus intelligas. Divo Benedicto in pueritia carum, Divoque Iſidoro contemporaneum fuiſſe. In æde S. Mariæ de Columna cucullum exercuit. Abbas etiam ſanctarum maſſarum Cæſarauguſtæ, & eiuſdem Eccleſiæ Archidiaconus fuit, quo tempore ſubſcripſit Concilio 3. Toletano. Tandem illius Cæſarauguſtanæ Eccleſiæ in-

fulis

ſalis decoravit, poſt ſimplicium. Sanctum
Hermenegildum, cum eſſet ab hæretico pa-
tre vinculis mancipatus, indeque in exilium
miſſus, Hiſpali, Corduba, Toleti, Valen-
tiæ, & ultimo Tarracone comitatus, ac ſola-
tuſque eſt, & in eius Principis martyrium
epigrammate luſit. Poſtea caput, ſociamque
reliquiarum partem Cæſaraugustam vene-
rabundus transferre curavit. Regis Leovigil-
di ultimis halitibus interfuit, ſuæque eius lacry-
marum, ac pœnitentiæ teſtem exhibet cum
patribus Concilij Barcinonenſis anno 599.
& Concilij Egarenſis anno 614. ſedit, ſubſ-
cripſitque. Præter chronicon, etiam alia mul-
ta in divinis literis ſcripſit, ſcilicet in D. Petri
epiſtolam, & in Acta Apoſtolorum com-
mentaria. Fine tandem beatiſsimo ad ſum-
mam ſenectutem quievit, & in æde D. Mariæ
de Columna ſepultus eſt, ut teſtatur Hele-
ca Epiſcopus eiuſdem ſedis in chronico His-
ce verbis: *Omnes Epiſcopi iacent in ſede Beatæ
Mariæ de Columna dicta, in quibus Maximus
vir ſanctiſsimus, & rerum doctrinarum cogni-
tione conſpicuus.* Braulio etiam carmen ſepul-
crale compoſuit.

*Maximus hic ſitus eſt, dictus cognomine Martius
Nobilis hiſtoricus, præco Poeta vigil, &c.*

Eius

Eius ſanctitatem, operaque, commendant, Vaſſæus, Padilla Archid. Rondenſis, Morales, Mariana, Bellarminus, Baronius, Emanuel Rudericus, & Antonius Yepes, Martinus Carrillus, Gaſpar Eſcolanus, & alij.

DE DEXTRI, ET MAXIMI FRAGMENTIS.

QVamvis etiam rudibus ſæculis, cum Hiſpaniæ ſub Arabum tyrannide miſerandam ſervirent ſervitutẽ, chronica hæc æſtimata fuerint; illud imprimis manifeſtat, quod cum Mahumeti impij vatis ſectatores truciſsimè, non ſolum pios, ſed etiam libros omnes Catholicos odio Chriſtianæ veritatis perderent, ac de medio tollerent: ſacræ tamen ſcripturæ, Divi Auguſtini de civitate Dei, Flavij Lucij Dextri, M. Maximi, ac pauci alij ab hoc vaſtiſsimo incendio incolumes evaſerunt: clanculoque Ioannes Hiſpalenſium Antiſtes in Arabicam linguam traductos, Chriſtianis, qui propriã amiſerant, & in Arabum ſtridorem ſenſim tranſierant, ſolatio, doctrinæque futuros ſanctiſsimus ac ſolertiſsimus Præſul exhibuit. Cuius exemplo etiam alij aliarum plebium Presby-

Presbyteri per Hiſpanias, hos libros, aliosque tradiderunt. Teſtem tibi Helecam Cæſarauguſtanum Epiſcopum produco. Præfuit is Eccleſiæ ſuæ Era circiter 940. Is ita in ſu. *Sacræ Scripturæ Arabicè ſunt translatæ. A Presbyteris Catholicis habentur, & cum ſcholijs circumferuntur: præcipuè novum Teſtamentum, Epiſtulæ S. Pauli, Epiſtola Iacobi Zebedæi Miſſa ad Hiſpanos ex diſperſione Iudæos iam converſos. Epiſtola Petri, Ioannis, & Iudæ, quæ licet Miſſa ſit ad omnes ex Iudaiſmo, præcipuè tamen ad Hiſpanos ex duodecim tribubus collectos. Apocalypſis S. Ioannis, & liber de vitis Patrum, & Hiſtoria Latina Iuliani, Dextri, & M. Maxim, & aliorum, & chronicon Euſebij, & libri de civitate Dei S. Auguſtini, propterea, quod lingua Latina iam evaneſcebat.* Hæc ille. Neque ſilentio prætermittam, quod cum Elipandus Epiſcopus Toletanus à Felice Vrgelitano deceptus in Arianorum, Neſtorianorumque veſaniam lapſus Chriſtũ Filium Dei adoptivũ temerario ore auſus eſſet aſſerere Era 865. aut circiter, petente Carolo Magno, curantibuſque nobiliſſimis viris Gameſsio, & Lupo, Arabum Reges Concilio Toleti indicendo aſſenſum præbuere, in quo prædicti Antiſtites Palinodiá recantarunt.

Et

Et cum Concilij patres tanti beneficij gratiam Carolo relaturi pro illorum temporum anguſtia, quid pretioſius non haberent, Codices Conciliorum Hiſpaniæ, Dextri, & M. Maximi chronica Gothicis literis deſcripta Germaniam ad Imperatorem tranſmittenda curarunt. Id Iulianus Petri Archipresbyter S. Iuſtæ luculentis verbis refert. *Agit per literas Helipandus gratias ſancto Carolo Magno; fueruntque miſsi legati rurſus ijdem, qui ſupra, & cum legatis mittit ſupellectilem multorum librorum: in ijs Concilia Toletana, chronica Dextri, ac Maximi fragmenta, Braulionis, Helecæ, Tatonis, Luiprandi, & aliorum. Poſtea ego miſsi Fuldam.* Ea etiam in illius Concilij Mixtarabici Toletani actis, quæ in eius Eccleſiæ ſcrinijs adſervantur, conſcripta eſſe aſſerit Prudentius Sandovalius Epiſcopus Pampilonēſis ad Hiſtoriam Epiſcoporum fol. 157. & 158. habemus quoque, ex Epiſtola Eutrandi ad Epiſcopum Illiberitanum ante 600. annos ſcripta, quam ſubijcere libuit, reperitur in Bibliotheca Hiſp. to. 2. p. 217. Eſcolan. lib. 3. 1. part. dict. cap. 1. Murill. in hiſt. D. Mariæ de Colum. in prologom.

Sancto Patri Reginundo Epiſcopo Illiberitano Eutrandus inutilis ſervus S.

Gratiſsimum fuit beatiſsime pater, ac domine multum venerande, quod Antipodoſis noſtra, in qua nunc carmine, nunc proſa ludo, tandem ad manus tuas pervenerit. Nec minus iucundum eſt, quod mihi iubes, ut in Fuldenſis monaſterij Bibliotheca, ubi nunc exul commoror, quærerem tibi Dextri chronicon, quod Maximus Cæſarauguſtanus Epiſcopus rogatu Argebati Epiſcopi continuavit; & ſi vacaret, ad noſtra tempora perducerem: nam dicis: laborare vos maxime quorundam librorum penuria; inter barbaros enim Sarracenos non ſuppetit copia rerum neceſſariarum, necdum; ut habeatis bonorum librorum copiam. Dolui quidem vitam (lego vicem) veſtram, quod ita duriter vitam exigas. Sed ſoletur te in tantis anguſtijs, quod ſicut bonus Paſtor ovibus tuis es ſolatio, & auxilio. Chronicon, quod petis in hac Bibliotheca reperi in vetuſta membrana deſcriptum, adieci que annorum ſeriem, ad hæc uſque tempora, ideſt, ad annum 960. & gratulor mihi, quod cum Toleto, ubi ſub ſanctiſsimo Præſule Toletano Bonito Subdiaconus fui, in Italiam proficiſcerer, aliquos hiſtoriæ libros mecũ aſportarem, in quibus ordine erat collecta multorum Epiſcoporum, quos, & in hac Bibliotheca reperi, iuſſu ut credo, Caroli Magni ex Hiſpania allatos, quos, ut aiunt, illi obtulerat ſanctiſsimus Elipandus Archiepiſcopus Toleta-

¶¶¶ nus,

mus, poſtquam illum erroris de adoptione Chriſti ſerio pœnituit. Feci quod iuſsiſti, beatiſsime pater, an voto conatus reſponderit, tu videbis, qui iuſsiſti: vale, & ſervum tuum exulem exul Deo commenda.

Deinde Hiſpanica Dextri, ac Maximi exemplaria, ſive illa Arabice, ſive Latine ſcripta, diuturna barbarorum incurſione, omniumque Hiſpaniæ decorum pertinaci ſtrage, ac ruina maiori ex parte perierunt. Noſtri bello intenti pacis munera in curioſi aſpernabantur: ſed ad uſque avorum memoriam unum, vel alterum exemplar perduraſſe; tum Laurentij de Padilla Caroli Quinti hiſtoriographi teſtimonio, tum D. Alexij Mænetij Archiepiſcopi Braccarenſis aſſeveratione credimus, is ſe vidiſſe in Chirogæ Archiepiſcopi Toletani Bibliotheca Dextri, ac Maximi Codicem teſtatur. Quem tamen fato aliquo perijſſe dolemus. Audio etiam in Sabaudia civitate Vercellenſi alterum adſervari, à nobis tamen nunquam viſum. Alterum etiam mutilum, ac decurtatum vulgo circumfertur, ementito Dextri titulo, cui merito viri docti fidem abrogante, qui ſi hæc fragmenta vidiſſent, & attente legiſſent, ſententiam mutaturos ſperarem; Codex tamen ille antiquiſ-

ſimus

ſimus Gothicis literis exaratus, qui tot annis inabditis Bibliothecæ Fuldenſis ad Vicomartiam in Germania delituit, ceterorum ſuperſtes, doctiſsimi Cardinalis Baronij ſedulam inquiſitionem fugit. At non citra numinis providentiam ſervatus, ſtudio, & cura D. Auguſtini de Ieſu Archiepiſcopi Braccarenſis, Germanicam tunc ſancti Auguſtini familiam viſitantis, in eadem Bibliotheca Fuldenſi repertus eſt, magna ſui admiratione, ac pene incredibili lætitia. Ab eo duo exemplaria publica fide deſcripta ad Hiſpaniam attulit. Vnum Philippo II. Regi Catholico gratificaturus, tanquam inventum Theſaurum, obtulit. Alterum ſibi retinuit. Poſt hunc, Thomas Torralba, Hieronymus Higuera Presbyteri ex Societate Ieſu, Gaſpar Alvarus Lozada alia exemplaria etiam fidei publicæ fulcimentis vallata ab eodem Codice Gothico deſcripta extraxerunt: inſtitutaque diligenti inquiſitione fidem fecit D. Ludovicus Laſſus Comes Annoverenſis, & Illuſtriſsimus D. Balthaſarius Eſtunica exequeſtri ſancti Iacobi ordine, maximus legionis Commendatarius, legatus tunc apud Imperatorem Regis Catholici. Inde Eccleſiæ Cæſarauguſtana, Hiſpalenſis, Compoſtella-

na, Dominus meus Petrus Caſtrius Archiepiſcopus Hiſpalenſis, Collegium Placentinum, Belmontenſe, plurimique viri doctiſſimi hauſerunt, deinde etiam alia, atque alia. Ex quibus mihi videre, ac legere contigit D. Petri Caſtrij Archiepiſcopi exemplar, & S. Eccleſiæ Hiſpalen. Ioannis Pinedæ viri doctiſsimi è Societate Ieſu cum notulis in margine, in quibus lectionum varietas Codicis Vercellenſis (ut illic perhibetur) notata eſt. Præterea quatuor alios Codices ab amicorum Bibliothecis conquiſitos.

Poſt hos Fr. Ioannes Calderonius Franciſcanus exemplar Cæſarauguſtanum, infauſta alite, typis mandandum curavit, vulgavit perviumque legendi aditum omnibus fecit, & quod vix prece emaci indiſpiſcebamur, nunc vili prætio comparamus. Præter quod nihil illi debemus.

Nec tibi, amice lector (ad tyrones meos loquor) ſcrupulum in ijciat, Codicem illum Fuldenſem poſt denſas tot annorum tenebras in lucem nuper prodijſſe: id enim magnorum ingeniorum monumentis uſu venire per multa retro ſæcula experimento notum eſt, noſcent etiam, qui futuri ſunt. Aiax Sophoclæus te monet: *Longum, & immenſum*

tempus

tempus, & occulta profert, & manifeſta abſcondit. Quintiliani ſiquidem oratorias inſtitutiones ante ſexcentos annos amiſſas, & in monaſterio Conſtantienſi delitefcentes Pogius Florentinus reſtituit. Divi Eulogij Martyris opera per annos 700. caligini, ac tineis, quaſi tetro carceri mancipata D. Petrus Pontius Epiſcopus Placentinus vindicavit, Ambroſius Morales vitæ reſtituit. Gregorij noſtri Bætici ſanctiſsimi Præſulis ſcripta carie, ſituque multorum ſæculorum ſqualentia Achilles Statius Luſitanus excuſsit, deterſit, illuſtravit. Quid Idacios, Ioannem Biclarenſem Abbatem, Victorem Tunnunenſem, Sampyrum, Iſidorum, Sebaſtianum, commemorem? At ſiquis pertinaci adhuc contentione obſtrepat, audiat is, amabo, virum doctiſsimum, imprimiſque antiquitatis ſtudioſum Aldum Pium Romanum in præfatione ad Plinij Iunioris epiſtolas, tunc in Gallia repertas. *Cœpi*, inquit, *poſt multa, ſperare mirum in modum fore ætate noſtra, ut plurimi ex bonis auctoribus, quos non extare credimus, inveniantur. Quam obrem ſi, ut videtur, à Plinij ætate, uſque ad hæc tempora, hoc epiſtolarum volumen ſervatum eſt, fit, ut facile credam, & T. Livium & alios, quos tum vetuſtate, tum hominum negligentia,*

tia,

Digitized by Google

tiarum vi aliqua, & incurſione exterarum gentium periiſſe credimus, alicubi tanquam in impio concluſos carcere ſqualidos delitere. Speremque exituros in lucem, idque temporibus noſtris. Hæc non caſu dicta, ſed tanquam à cortina videntur.

Iam & illud diſquirere oportet: num auctores hi ſtilo ſui ſimiles ſint, aut eius ævi characteri reſpondeant; quod adſtruere mei muneris non eſt, ſed tui iudicij, lector amantiſſime; licet in imo ſubſellio ſis. Confer cum eius ævi, aut paulo ſuperioris auctoribus, Euſebio, Hieronymo, Proſpero Aquitanico, & inde etiam ſequioris Idacio, Abbate Biclarenſi, Victore Tunnunenſi, Iſidoro, & alijs, nihilque ſimilius, niſi te invidiæ flamma detorruit, fateare neceſſe eſt. Auctorum teſtificationem pro virili adciſcam. Quos potui vidi, diſpexi, contuli, totidemque teſtes in convulſæ veritatis produco. Nævos, præter eos, quos librariorum incuria, & temporis iniuria commiſſos animadvertam, plures tu oculatior invenies. Annorum non uſq; quaq; exactam ſeriem, intercidentibus oblongam ætatem numeris, ſæpe obviam habebis, quod Dextro, graviſsimiſque etiam literarum ſacrarum auctoribus, commune. Hoc

tamen

tamen abſque illius culpa accidiſſe puta, nec cæterorum, quæ vere dicta ſunt, fidei ve detrimentum imputa, ſi quid minus probaveris, audi Vopiſcum in Aureliano: *Nemo ſcriptorum, quantum ad hiſtoriam pertinet, non eſt aliquid ementitus. In quo Livius, in quo Saluſtius, in quo Cornelius Tacitus; in quo denique Trogus manifeſtis erroribus convincuntur.* Vide Poſſevinum Bibliothecæ ſelectæ lib. 16. cap. 13. & 14. Extremum hoc te alloquor, ſerioque tandem admoneo; dum hos auctores accuratius legeris, relegeris, dum penitius inſpexeris, & ad recti iudicij trutinam maturius penſitaveris, eo fidentius, ac ſecurius in offenſo pede percurres, exactamque diligentiam, rerum veritatem, ſuſpicies, amplexaberis. *Vale.*

(:::)

Ex

RVbiginoſis omnia dentibus rodit.
Hominem malignum forſam eſſe tu credas:
Ego eſſe miſerum credo, cui placet nemo.

FRAG-

Digitized by Google

FRAGMENTVM CHRONICI, VEL OMNIMODAE Hiſtoriæ.

FLAVII LVCII DEXTRI QVONDAM PRÆFECTI PRAETORIO ORIENTIS.

SANCTO DOMINO PAVLO Oroſio Presbytero Tarraconenſi Flavius Lucius Dexter S.

POSTQVAM EX Oriēte (ubi, ſicut noſti, [a] Præfectus Prætorio fui) domum redij, cœpit me vehemēter tædere munium publicorum: totumque me converti ad ſtudia, in quibus [b] bonā

meæ vitæ partem tranſegi, ſi non cum laude, citra pudorem tamē. Porrò [c] omnimodam hiſtoriam, quam ab orbe condito ad hæc noſtra tempora produxeram, id eſt, ad annum 430. ad Conſulatum [d] XIII. Theodoſij Iunioris, & Sancto Presbytero Hieronymo, non ita locupletatam, [e] dicaveram. Sed quia ad eius defuncti manus pervenire non potuit, multis locis auctam, locupletatamque tibi homini Hiſpano [f] Laletano, & hiſtoriarum ſcriptori ornato, & mei amantiſsimo nuncupo. Vale.

a *Id etiam D. Hieronymus lib. 2. Apolag. ad Ruffinū.* Vnde etiam ant annos ferme decem cum Dexter amicus meus, qui Præfecturam administravit Prætorij, me rogaſſet, ut auctorum noſtræ religionis ei indicem texerem. *Ab eoque mutuantur Baronius, Spondanus, Morales, Padilla, & recentiores.*

b *Bonam ætatis partem, id eſt, adoleſcentiam. M. Tullius de Senectute.* Quod ſi ipſis voluptatibus bona ætas fruitur, lubentius primum parvulis fruitur rebus. *Et apud Virgilium.* Melior quoniam pars acta diei, *Nonius Marcellus:* Bonam ætatem dicimus adoleſcentiam, vel iuventutem. *Immerito ergo à Maldonato quaſi ſerus ſtudiorum cultor inclametur cuculli more.*

c *Tota illa pars uſque ad Chriſti Domini Nativitatem deperijt. vidit tamē Laurentius de Padilla, nonnullaque priſcæ vetuſtatis hiſtoriæ ſuæ inſeruit monumenta, hæc licet lacera, & decurtata, non ſine numine, bono totius Hiſpaniæ ſervata eſt. Vox illa,* omnimoda hiſtoria. *Haud à Dextro primum conficta, aut concinnata: nam prior D. Hieronymus, hoc nomine Euſebij Chronicon nobilitaverat, cuius ſe aſſeclam, non ſolum in annorum ſupputatione, ſed ſtili brevitate profitetur.*

d Con-

Digitized by Google

d *Conſentiunt Onuphrius in faſtis. Baronius in Annal. Spondanus in epitome. Diverſi abeunt Proſper Aquitanicus in chronico, qui hunc Theodoſij Iunioris Conſulatum ad annum 433. Holeander in Faſtis, qui ad annum 432. reijciunt.*

e *Ipſe D. Hieronym. in catal. Script. Eccleſ. in Dextro.* Dexter Paciani, de quo ſupradixi, filius clarus apud ſæculum, & Chriſti Fidei deditus fertur ad me omnimodam hiſtoriam texuiſſe, quam nec dum legi. *Itaque tranſacto ſeptennio, aut circiter, poſt D. Hieronymi finitæ mortalitatis exceſſum, cui prius dedicandam Dexter curaverat, auctam locupletatamq; eandem hiſtoriam Paulo Oroſio Presbytero tunc litteris, & fama notiſsimo noviſsime dedicavit. In quo, quid obiectare poſsint, qui iſthæc fragmenta ſuggillant, non diſpicio.*

f *Atque ipſe in huiuſce epiſtolæ inſcriptione:* S. Domino Paulo Oroſio Presbytero Tarraconenſi: *alibi etiam ſæpius Dexter ipſe Tarraconenſem facit & Paulus Oroſius de ſe ipſo lib. 7. c. 15.* Extant adhùc per diverſas provincias in magnarum urbium ruinis parvæ, & pauperes ædes ſigna miſeriarum, & nominum indicia ſervantes. Ex quibus nos quoq; in Hiſpania Tarraconem noſtram conſolationem miſeriæ recentis oſtendimus. *Quo ergo pacto Laletanum vocat, cum Tarraco in Coſſetania, non in Laletania à Plinio Locetur? lib. 3. cap. 3.* Regio (inquit) Coſſetania, flumen ſucubi, Colonia Tarraco Scipionum opus, ſicut, & Carthago Pœnorum. *Adſtipulatur Ptolomeus, qui poſt Iberum Coſsitauos collocat. Nummus quoq; æreus ab Anto. Auguſt. producitur cum literis COSSET. & averſa parte Neptuno. Dial. 7. Antiquit. accedunt priſci lapides, in quodam ita exciſſum. TARRACON. VRBS. COSSITANOR. invenias apud Hermolaum Barb. ad illum Plinij locum, lib. 3. cap. 3. Fuerunt certe valde finitimi populi. Martialis locorum illorum callentiſsimus lib. 1. Epig. 50.*

At cum December canus, & bruma impotens
Aquilone rauco mugiet,
Aprica repetes Tarraconis littora,
Tuamque Laletaniam.

Digitized by Google

Dextri quoque æuo interverſi termini unam eandemque provinciam fecerant. Nam & provinciæ Tarraconenſis fines ſæpius mutatos ipſe Plinius in limine illius capitis teſtatur, his verbis: Citerioris Hiſpaniæ, ſicut complurium provinciarum aliquantúm vetus forma mutata eſt. *Immixtaque horum populorum iura luculentus auctor Ambroſius Morales in Tarraconis antiquitatibus aſſeverat. Potuit quoque Paulus Oroſius ortum habere in Laletanis, civitatem in Coſſetanis, ut in l. Roma 33. D. ad municipal. & de incolis, l. 5. & 6. eo tit.*

Altera

Anni Chriſ. — Anni Romæ

ALTERA PARS CHRONICI, & omnimodæ Hiſtoriæ Flavij Lucij Dextri.

1 LENTVLO, & Meſſala Conſulibus,[a] uno anno ante Auguſti, & Silvani Conſulatum [b] CHRISTVS naſcitur: [c] tribus Paſtoribus (qui fuerunt Sancti) primùm oſtenditur. 752.

a *Huic ſupputationi, quæ veriſsima eſt, calculum ſuum addidit eximiæ auctoritatis vir Aurelius Caſsiodorus in Chronico, cui, ducta ratione, non parum favet Euſebius in hiſtor. lib. 1. c. 5. quam etiam ſequuti ſunt Marianus Schot. & Cuſpinianus, Baronius, Spondanus, Gordonus, Holoander, Auguſtinus Torniellus. Nec nos novam hic diſputationem texere, & ſerram toties reciprocatam repetere tentamus, ſed tantum à calumnia immunem Dextrum reddere nitimur, & tot clariſsimis adſtipulantibus viris, conteſtabilem facere. Quod egregie conſequutus eſt V. C. Thomas Tamaius de Vargas in Dextri vindicijs aduerſus Maldonatum Dominicanum à fol. 15. quem vide.*

b *Id eſt anno, qui Auguſti. 13. & Silvani Conſulatum anteceſsit.*

c *Quòd fuerint Paſtores, Luc. 2. liquet. numerum, & ſanctitatem ab alijs auctoribus diſcimus. Beda c. 8. de loc. Sanct.* Porrò ad Orientem in turre Ader, id eſt, Gregis, mille paſsibus à civitate Bethlem ſegregata eſt Eccleſia triũ Paſtorum divinæ nativitatis conſciorum monimenta continens. *Affertur etiam Iulianus Tolet. in Schedis mſ. quas apud ſe habere teſtatur doctiſsimus vir Thomas Tamaius*

Anni. Chriſ. *ius in libro pro Dextro.* Nunc, *inquit*, maxime florent Bletiſſæ prope Salmanticā tres Sancti Paſtores tranſlati ex turre Ader Hieroſolymas, inde Bletiſſam in Hiſpanijs. Anni Rom.

2 Tres [d] Soles apparuerunt in Hiſpanijs in unum collecti. 753.

d *Lucas Tudenſis Epiſc. lib. 1.* In Hiſpania, *inquit*, etiam hora nativitatis Domini circa noctis medium quædam nubes adeo ſplenduit, ut meridiani caloris fervorem daret terris. *Referunt etiam hiſtoria Regis Alfonſi lib. 2. cap. 107. D. Thomas 3. p. q. 46. art. 3. Inde Vaſſæus, Morales. Padilla, Ribadeneira, & alij, qui res Hiſpanicas ſcripſere. Romæ ſimile portentum Lepido, & Planco Coſſ. Dio. lib. 47. & Plin. lib. 2. c. 31. narrant, multa Oroſius lib. 6. c. 20. Baron. in Apparatu, nu. 14. ad Annal. tomo. 1.*

Auguſtus Tiberium, [e] & Agrippam in filios adoptat.

e *Euſebius in Chronico totidem verbis. Tranquillus in hoc Principe, Dio. lib. 55. in Conſulatu Aelij Saturnini. Idacius noſter in chron.*

Iudas Gallilæus [f] Iudæos ad rebellādum in Romam cohortatur.

f *Melior ſcriptura in Euſebij, & Idacij chronicis, ex quibus Dextrum emendavimus.* Iudas (*inquit Euſebius*) Gallilæus ad rebellandum Iudæos, ne acquieſcerent ſolvere tributa Romanis, cohortatur. *Idacius lib. 1.* Iudas Gallilæus ad rebellandum Iudæos cohortatur. *Aperte rem narrat Ioſephus antiquit. Iudaic. lib. 18. c. 1. & lib. 2. c. 7. de bello Iud. idem Euſeb. in hiſt. lib. 1. c. 5. Cæſarem Bulengerum Diatribe 3. c. 17. Conſule.*

3 Herodes [g] univerſos in Bethlemitica regione pueros necat. 754.

g *Matth.*

Digitized by Google

Anni Chriſt. g *Matthæi 2. quod etiam ethnicis notum. Macrobio Saturnal. lib. 2. c. 4. referuntque Euſebius & Idacius in chron. At Baron. anno. 1. Chriſti, hæc geſta contendit.* Anni Romæ

4 Herodes [h] morbo intercuti, & ſcatẽs vermibus [i] perijt. 757.

h *Euſebius hoc anno. Idacius, Beda, & contractus ad verbum. Ioſeph. lib. 17. antiquit. c. 8. Gaulte. in chron.*

i *Euſebius lib. 1. c. 8. hiſt.* Pudendorum putrefactione vermibus ſcaturiens.

Aſinius [l] Pollio Conſularis, & orator. 80. maior obijt.

l *Euſebij, quem noſter exprimit, chronica manuſcripta variant, alij codices habent* 80. *alij* 70. *de hoc Aſinio Pollione agunt Aul. Gell. lib. 7. c. 1. Sueton. in Claudio c. 41. Horat. lib. 2. ode. 1. Vigner. Bibliothec. hiſtor. ann. 16. Gaulter. in chron.*

9 Tiberius Cæſar [m] Dalmatas, Sarmataſque Romanis ſubijcit. 760.

m *Sueton. in hoc Principe c. 9.* Pannonicos Breucos, & Dalmatas ſubegit. *Dio lib. 55. Paterculus, Euſebius, Idacius, & alij. Dio vult finitum fuiſſe hoc bellum Sulpitio, & Popæo Coſſ. anno ab Vrbe condita 762.*

12 Chriſtus [n] puer in medio Doctorum diſputat. 763.

n *Lucæ 1. Euſeb. ann. 12.*

14 Auguſtus [o] cum Tiberio filio cẽſum hoc anno agit. 765.

o *Hic cenſus ultimo vitæ anno Auguſti factus eſt. Tranquillus in hoc Principe, Euſebius, Idacius in chron.*

Defectio

Digitized by Google

Anni. Chriſ. 15. Defectio Solis. p Et Auguſtus annis 76. moritur.

p Dio lib. 55. Euſebius, Idacius, contractus, Bulengerus. Diatribe 3. adverſus Caſaubonum, c. 91. Nicephorus lib. 1. c. 17.

Tiberius q Iulius D. AVS. F. D. N. CAES. GERM. FRATER. III. IMP.

Hoc eſt, Tiberius Iulius Divi Auguſti filius, Divi nepos, Ceſar Auguſtus, Germanici frater, tertius Imperator.

q *Suſpecta mihi vox ea, Iulius, primo aſpectu viſa eſt, pro eaque ſuccenturiandam: Claudius, vel Livius: hæc enim eius familiæ nobiliſsimæ nomina. Potuit certè illud ab adoptione Auguſt. Octaviani deſumere, nam Auguſtus Iulius dictus. Tabulæ capitolinæ.*

C. IVLIVS. DIVI. F. C. N. CAESAR. OCTAVIANVS.

Et lapis. D. POSTVMIAE. P. F. PAVLAE. SACERDOTI. D. IVLII. AVGVSTI.

Dio etiam lib. 45. Zonaras lib. 2. Egeſippus lib. 1. Notant Antonius Auguſtinus, Briſonius, Lipſius, Covarrubias, & alij. Inde mater Tiberij dicta Iulia. Tacitus 1. ann. Livia in familiam Iuliam nominiſque Auguſtæ adſumebatur. *Nummi paſsim.*

IVLIA. AVGVSTA. GENETRIX. ORBIS.

Sed nec dum ſuſpicio quieſceret, niſi me commodùm tabulæ Capitolinæ apud Panvinium docuiſſent. In eis ita ſcriptum.

E. A.

Digitized by Google

Anni. Chriſt. **E. A. D. V. KAL. IVL. TI. IVLIVS. AVGVSTI. F. DIVI. N. CAESAR.** Anni. Romæ

Lapis etiam Auguſtæ Gemeliæ, hodie Martos, in fontis crepidine.

HERCVLI. INVICTO. TI. IVLIVS. AVGVSTI. F. DIVI. NEPOS. CAESAR. AVG. PONTIFEX. MAXVMVS. DE.

Hinc etiam eius filius adoptivus Tiberius Iulius Cæſar Germanicus, Panvin. in faſtis.

Et frater 3. Imp.) *Quid ſibi hæc volunt? an de Tiberij fratre Druſo hic aliquid? ſuſpicabar exſcriptorem pro lubito mutaſſe, ſcriptumque fueſſe.* TI. IVLIVS. D. AVG. F. D. N. CAES. AVG. GERM. TRP. III. IMP. *Hac enim formula uſitatior. Niſi Germanici fratrem velimus intelligi. Quod omnino abſurdum, nam Tiberius non frater, ſed patruus naturalis Germanici fuit; imo Germanicum Auguſtus Tiberio adoptandum traddidit. Suetonius expræſſe, lib. 4. c. 4.* Quarum virtutum fructum uberrimum tulit *(Germanicus)* ſic probatus & dilectus à ſuis, ut Auguſtus diu cunctatus an ſibi ſucceſſorem deſtinaret, adoptandum Tiberio dederit. *Sed ſciẽdum eſt Druſum Tiberij fratrem naturalem Germanici patrem; Germanicum poſt mortem à Senatu honoris cauſa agnominatum. Sueton. lib. 5. c. 1.* Præterea Senatus inter alia complura marmoreum arcum cum tropeis via Appia decrevit, & Germanici cognomen ipſi poſteriſque eius. *Itaque meritò Germanici frater dictus Tiberius ab ſcientiſſimo hiſtorico noſtro, qui penetralia hiſtoriæ calluerat.*

19 Titus Livius [r] Hiſtoriographus Patavij obijt. Et eodem anno Ovidius exul in Ponto moritur. 770.

Digitized by Google

Anni Chriſ. | Ita Euſebius in chron. Petrus Crinitus lib.3. de Poetis, c.46. Gaulterius in chron & alij. | Anni Romæ

23 Theatrum Pompeij [s] flamma corripiente vaſtatur. 774.

s Tacitus lib.3.annal. Pompei theatrum igne fortuito hauſtum eſt. Euſeb. in chron. Gaulter. alij.

24 Druſus [t] Cæſar veneno perijt. 775.

t Tacitus 4.annal. De Druſo igitur Seianus maturandum ratus diligit venenum, quo paulatim irrepente morbus ad ſimilaretur. Dio lib.57. Euſeb. & Idacius in chron.

28 Pontius Pilatus [u] Procurator Iudææ à Tiberio mittitur in Iudæam. 779.

u Ioſeph. lib.18. c.7. antiquit. Euſeb. in chron. Onufrius anno 27. Vignerius 28. Quare vero dicatur Procurator, & non Præſes, conſule Lipſium lib.2. ann. Taciti, pag.155. in excuſis à Plantino.

31 Chriſtus Dominus noſter [x] Iudæorũ populis prædicat. 782.

x Matth.13. Marc.1. Luc.3. Ioan.1.

34 Chriſtus Salvator mũdi [y] reus ad Pilatum agitur. 785.

y Matth.27. Marc.15. Luc.23. Ioan.18.

Chriſtus Dominus noſter [z] in Crucem actus octavo Kalen. April. invidia Iudæorum crucifixus pro ſalute totius generis humani libenter mortem oppetit.

petit. Solis defectio, & tenebræ terras cooperiunt.

z *Ex Eccleſiæ inveterato uſu, & communi ſenſu D. Auguſtinus lib. 4. de Trinit. c. 5.* Sicut à maioribus traditum ſuſcipiens Eccleſiæ cuſtodit auctoritas. octavo Kalen. April. conceptus creditur, quo & paſſus. *Ad id etiam Martyrolog. Romanum antiquum eo die:* Annunciatio Dominica, & crucifixio. *Et in Martyrol. Rom.* Eadem die commemoratio Sancti Latronis, qui in Cruce Chriſtum confeſſus eſt, & ab eo meruit audire: hodie mecum eris in Paradiſſo. *Et licet Ioannes Maldonatus Dominicanus Dextri veritatem magno conamine attentat convellere, tamen D. Thomas Tamaius amicus noſter maiori Doctorum, ſcriptorum phalange advocata, & ducto calculo illum doctiſſimè refellit. Vide ſis Muſſarum hunc myſten.*

C. Oppius Centurio Hiſpanus a credit Chriſto in Cruce morienti.

a *Iulianus Petri Archipresbyter S. Iuſtæ Toleti Mixtarabum tempore in chron. quod ultra 460. ann. ſcripſit.* Maxime Centurione Hiſpano, qui interfuit Paſsioni, poſcéte, qui comitatus eſt Sanctum Iacobum, & vocatus eſt Torquatus Cornelius. *In nomine, ac cognomine videtur diſſentire aliquantum à Dextro, non tamen in patria, quod intendimus.*

Quæ de Sancta Petronilla hic habentur incuſsis à fr. Calderonio expungenda cenſuimus. Quid enim importunius, quam hic Petronillam florentem interponere? Scilicet in luctu intempeſtam narrationem. Quod quidem nec in Dextri mentem, nec in cuiuſvis ſenſati hominis devenire aliquando potuiſſet. Maximeque id effecimus, quia in Archiepiſcopi Hiſpal. Petrij Caſtrij, Eccleſiæ Hiſpal. & Ioannis Pinedæ è Societate Ieſu codicibus omnino abſunt.

Digitized by Google

Vigeſsima ſeptima die [b] Martij ſub Auroram Chriſtus devicta morte, & infernis locis mirabiliter ſpoliatis, redivivus, & victor à mortuis reſurgit.

b *Matth.28.Marc.16.Luc.24.Ioan.20.*

Pilatus Chriſti mortem, & miracula ſcribere ſtatuit Tiberio.

Herodes Antippas cum Herodiade pellice incæſta tota Iudæa pulſus primũ ad Gallias, deinde in Hiſpania, [c] exulat, & ibi infeliciter moritur.

c *Ioſephus de bello Iud.lib.2.c.8.* His adductus Herodes venit ad Caium, à quo ob avaritiam vehementer increpitus ad Hiſpaniam fugit, ſequutus eum quippe fuerat accuſator Agrippa. Cui etiam Tetrarchiã illius. C. Cæſar adiecit. Atque ita quidem Herodes in Hiſpania peregrinante etiam ſecum uxore deceſsit.

Herodias vero ſaltans [d] ſuper Sicorim flumen Ilerdæ glacie concretum ſubmerſa miſerabiliter perijt.

d *Nicephorus lib.1.c.19.& 20.* Eundum ei quodam tempore brumali erat, & fluvius traijciendus, qui cum glacie conſtrictus coagmentatusque eſſet, pedes eum tranſibat. Glacie autem rupta, illaque non ſine Dei numine, demergitur. Illa ſtatim capite tenus, & inferioribus corporis partibus laſciviens, molliuſque ſe movens ſaltat, non in terra, ſed in undis. Caput vero ſceleſtum frigore, & glacie concretũ deinde etiam convulneratũ, & à

Anni Chriſ. & à reliquò corpore non ferro, ſed glaciei cruſtis reſectum, in glacie ipſa ſaltationem lethalem exhibet, expectaculoque ei omnibus præbito, in memoriam ea, quæ fecerat ſpectantibus revocat. *In eam hiſtoriam eſt etiam elegans Pimentæ Luſitani epigramma.* Anni Romæ

Bruma rigens frenavit aquas, fit pervius amnis.
Ingreditur fallax filia Regis iter.
Quod pro ponte gelu fuerat tabeſcit Hiatu.
Suſpendit tremulum furca gelata caput.
Abripuit flumen truncata cadavera: reſtant
Marmoreum ſupra colla reſecta gelu.
Lubrica ſaltatrix inter convivia rivi,
Lubrica pro tumulo ſtagna liquentis habet.

Et in alio epigrammante.

Riſit terra vago tumulatam flumine: & infit;
Eſt aptum liquidis tam leve pondus aquis.

Habent etiam eandem hiſtoriam Metaphraſtes, ſermone de S. Ioann. Carrill. in annal. lib. 2. ann. 39.

C. Cornelius Centurio Caparnaunenſis, dominus ſervi, quem Dominus ſanavit; Pater etiam. C. Oppij Centurionis, [e] erat Hiſpanus mirefloret in Hiſpania.

e *Heleca in fragmentis.* Nec minus celebratur memoria S. Cai Oppij Cornelij Centurionis, qui fuit centurio, cuius famulum ad Capharnaum Chriſtus ſuſcitavit, poſtea ſociatus Apoſtolis neci S. Stephani interfuit, Petrum, & Paulum ad Hiſpanias venientes comitatus eſt. Tandem prædicans ſcepcinienſibus prope

Idam

Digitized by Google

Anni. Chriſ. Idam mortuus eſt. Prædicat in Hiſpania. Longè hic alius à Cẽturione Cohortis Italicæ, hoc Cornelio multo ſeniore, ille iunior.

Vltima die[f] Iunij Sancti Dei Apoſtoli, triginta octo diebus plus minus ve poſt adventum Spiritus Sancti, conveniunt in Cœnaculo Sion (quæ domus erat Mariæ Ioannis, cognomento Marci) ac habito concilio, [g] Sortitione divina, provincias mundi prædicationis gratia inter ſe partiuntur: contigitque Sancto Iacobo Zebedæi filio [h] Hiſpania: Ioãni [i] Aſia: Matthæo [l] Aethyopia: Thomæ [m] India: Philippo Scythia: [n] & Gallia: quo tempore Canones [o] eduntur, & Apoſtolicæ conſtitutiones [p] componuntur, ad Sacramentorum, & totius Eccleſiæ œconomiam.

f *Sortitio provinciarũ hac die facta eſt. Sed Apoſtolorum diviſio 25. die Iulij in Martyrologijs celebratur. Notant Beda, Vſuardus, & alij. Quamvis Iulianus Archipresb. hanc ſortitionem ab Apoſtolis Chriſto Domino petitam, cum adhuc in vivis ageret intercedẽtibus Centurione, & Hiſpanis, qui illuc orationis cauſa iverant, affimet in chron. ann. 36.*

g *Quamquam autem hanc provinciarum partitionem anno 34. Dexter aſſerat, tamen diviſionem Apoſtolorum conſultò tacet. Nam licet Meliton Sardenſis Epiſcopus velit poſt Chriſti Aſcenſionem anno 2. Apoſtolos diviſos eſſe, acta ipſa Apoſtolorum apertè prohibent c. 8. Sed nec Apollonij teſtimonium*

 moniũm aqud Euſebium lib.5.c.17. placet, dicentis: Chriſtum Apoſtolis in dixiſſe diſceſsionem ab Hieroſolymis uſque ad duodecimum annum. Quod etiam Marci, c.16. refutari videtur. Itaque quid certi in hac reſtatuendum ſit vix a doctioribus invenitur. Et qui propiora veritati aſſequi volunt, ut doctiſsimus Baronius in Annal. & Spondanus in epit. coniecturis tantum rem agunt. Videndi ſunt Rufinus circa initium expoſitionis ſymboli Apoſtolorum. Vvicelius in hagiologio Molanus in notis ad Vſuardum 15. Iulij. Nos etiam alibi in hac arena.

h Iſidorus de vita, & obitu patrum, c.82. Petrus, inquit, Romam accepit, Andræas Achaiam, Iacobus Hiſpaniã. Plura deinde nos.

i Multi & indubitatæ fidei teſtes ſunt. Origenes lib.3. in Geneſim. Euſeb. hiſt. Ecclef. lib.3.c.1. Gregorius Nazianzenus orat. in Arrian. Iſidorus ubi ſupra, & alij.

l Origen. lib.3. in Geneſim, Socrates lib.1. Iulian. Tolet. lib.1. in Nahum, verſ.4.

m Gregor. Nazian. homil. ad Arrian. Iſid. c.82.

n Iſidorus, ubi ſupra, de Gallia, de Schithia Nicephorus lib, 2.c.39 Metaphraſte 15. Nob. moneo tamen: ubi aliqui Galliam legunt, alij Gallatiã debere ſubſtitui contendunt. Et adhuc ſub iudice lis eſt.

o Forſitan ſymbolum Apoſtolorum inſinuat, quod ſine ſcripto quaſi teſſera fidei communi omnium ſenſu traditum eſt, ut ex eo, qui falſo Chriſtum annuntiarent, dignoſcerentur. De eo ſcripſere Hieronym. epiſt.61. ad Panmac. Ambroſius epiſt.61. ad ſiricium. Auguſtinus de fide, & operibus, c.9.

p Quamvis ab Apaſtolis conſtitutiones ad Eccleſiæ moderationem compoſitæ ſint, quas D. Clemens poſtea concinnavit, & ſcripto edidit, non tamen hoc uno tempore geſtum, ut ex earum tenore perſpicuum. conſule Belarm. deſcript. Eccleſ. in Clemente, & Turrianum ad eius conſtitutiones Apoſtolicas in præfatione.

Iacobus

Digitized by Google

Chriſ. Anni.

Iacobus q frater Domini primus Hieroſolymitanorum Epiſcopus eſt.

q *Euſebius in chron. eo ipſo anno, quo Chriſtus Dominus in Cruce paſſus eſt. Chriſoſtomus homil. 87. in Ioannem. Iſidorus c. 82. Idacius in chron.*

Sacra vero virgo r conſilio, luce doctrinæ, & mirabili vitæ exemplo Collegio præſidet Apoſtolico, nihilque grave gerunt illi, quod non eius conſilio, ductuque gerant.

r *Ideo ab Ignatio vocatur Beatiſsima virgo* noſtræ religionis magiſtra. *Epiſt. D. Ignat. quæ habetur. 1. tom. Blibiothec. SS. PP. & Ioannes de Puente in convenientia utriuſque Monarchiæ lib. 2. c. 33. SS. exhibet.*

Apoſtoli Septem Apoſtolicos Diaconos ſ ex Græcis omnes creant.

ſ *Actor. Apoſtolor. cap. 6.*

Floret per idem tempus in Hiſpania, t C. Oppius. C. F. C. pater Centurio, qui morientem Chriſtum prædicat Hieroſolymis eſſe Filium Dei inter fragores Saxorum mutuo ſe ſe collidentium, obducto tenebris die: ex Gentilibuſque à Chriſti morte primus hic Hiſpanus Centurio credidit. Qui fuit civis Romanus, baptizatuſque à Beato

Barna-

Digitized by Google

Anni. Chriſ. | Anni. Romæ

Barnabæ factus eſt tertius Mediolanenſis Epiſcopus, vir quidem Apoſtolicus, qui Chriſti mortem, & eclypſim admirabilem primus omnium Hiſpanis gẽti ſuæ cum audientium ſtupore refert.

t *De S. Caio Mediolanenſi Epiſcopo agitur in Martyrolog. Rom. 27. Sept. ubi multa ſimilia reperiuntur narratis à Dextro. Nec me deterret illum Caium civem Romanum fuiſſe, & quòd hic Caius iſte Hiſpanus perhibetur. Nam civitas etiam exteris ſæpiſsimè dabatur, ut obvium in Auctoribus ſit, idque etiam Divo Paulo Apoſtolo contigit. Act. c. 22. Vt civi Tarſenſis municipij in Cilicia, immo toti Hiſpaniæ uno imperiu ius latij datum.*

35 Occiſo lapidibus Stephano [u] Protomartyre: magna perſecutio Hieroſolymis, & in confinijs exoritur: pluſquã quindecim mille viri, (qui prædicantibus Apoſtolis in Chriſtum crediderant) fugantur: alij ad Aſiam, nonnulli ad Europam veniunt. 786.

u *Actorum Apoſtolorum c. 8. & 11.*

Ex his pluſquam quingenti nave Cypro educti portum Carthaginenſem Hiſpaniæ [x] pertingunt: diverſi per Hiſpanias mortẽ Chriſti reſurrectioneq; denuntiãt. Totamq; provinciã undiq;

mirifi-

Digitized by Google

Anni Chriſ, | Anni Rom

miriﬁcis, & inauditis nuncijs complét. Ex his primi poſt à B. Iacobo eliguntur urbium Pontifices, & Paſtores, dubium an omnes Iudæi fuerint.

x *Meminiſſe oportet illã pene innumerabilẽ multitudinem à S. Petro ceteriſque Apoſtolis intra paucos dies ab Spiritus Sancti adventu ad fidem converſam, non ſolum ſibi profuiſſe, nec otioſam, aut ſegnem Verbi Divini diſpenſatricem ſediſſe:* immò ſtatim per eos ſimul, ac diſperſio facta eſt, paſsim etiam per omnes Gentilium populos profuſius efundabatur divina dignatio: *Ita loquitur Euſebius, lib. 2. hiſt. c. 3. Nec enim Lucas diſperſos eſſe diſcipulos Iudæa, & Samaria tantum, ſed Palæſtinæ fines egreſſos, uſque ad Phænicem, & Cyprum, & Antiochiam perveniſſe teſtis eſt. Indeque magnis incrementis Dei Eccleſia feliciter dilatari & propagari per totum orbem terrarum longelateque cæpta eſt. Auctores habeo D. Athanaſium homil. de ſemente.* Sed enim, *inquit*, ita diſperſi, ut ſeminatores profecto frumenti effecti ſint, ad panem ſuper cæleſtem: univerſumque orbem peragrantes vivificæ Doctrinæ virtûtes efficaciaſque ſeminarét. *S. Gregorium Nicenum de S. Stephano agentem de eadem diſperſione diſcipulorum.* Hinc, *inquit*, in orbem terrarum diſcipuli currere cœperunt. Hoc omnes in partes ſermonis divulgationis initium eſt. Alij alio gentium per orbem terrarum diſperſi ſunt, undique per myſteriorum doctrinam diabolum exturbantes, *hæc ille. Licet enim Gentilibus oſtium Evangelij reſeratum non omnino fuiſſet, tamen & tunc contribulibus Iudæis, ubique terrarum habitantibus, & poſteà cum à Divo Petro admiſsi ſunt Gentiles, iiſdem ipſos diſcipulos annunciaſſe declarat poſtea Lucas actorum 22. & 26. & alijs eius hiſtoriæ ſacræ locis. Hinc factum eſt, ut hæc fidelium multi-*

tudo

Anni. Chriſ. *tudo in Hiſpaniam venerit. Ananias Damaſcum peteret, Lazarus, Maria, & Martha cũ pediſſequa, & Maximino Maſſiliã appellerent, ut habetur in actis Magdalenæ, & ſociorũ. & apud ſurium 22. Iulij. Sigebert. in chron. anno 745. hiſtoriam etiam Angelorum, quæ habetur in Bibliotheca Vaticana, ex Baronij fide. Iulianus etiam Archipresb. in chron. mſ. ait.* Iam diu ex anno 35. prædicatur gentibus Evangelium, cum linteum oſtenſum eſt. S. Petro, eo ipſo anno, vel paulo poſt Pauli converſionem. *Multa ad hanc theſim inculcat Maurus Caſtel. in hiſt. D. Iacob. lib. 1. c. 12. quæ vide.* Anni. Romæ

Hic in impreſſis neſcio quid de D. Mariæ vita, & peregrinatione ex Hiſpania ad ipſam comminiſcitur, quod omnino ſuſtulimus, ut fidei ſuſpectæ, & quia non habetur in codicibus Eccleſ. Hiſpal. Archiepiſ. & Pinedæ.

Hiſpani, præcipue Iudæi, mittunt legatos ad Apoſtolos, y ut quam primum aliquis eorum veniret ad eos, qui de rebus recenſitis de Chriſto eos verius, & uberius doceret.

y *Audi his primum Evangelizatum Iudæis iuxta Domini præceptum, nec dextrum hiſtoriæ ſacræ aliquomodo contraire, imo mirum in modum convenire.*

Tunc Apoſtoli præclaram diſpoſitionem gentis Hiſpanæ, cognitionemque habuerunt ex illi Gentilibus, z qui venerant orationis cauſa ex Hiſpanijs, Philippumque rogaverant, ut eorum adventum nunciaret Chriſto, clarumque præſagium primitus inter Gentiles Hiſpanis prædicandum eſſe.

Digitized by Google

Anni. Chriſ. 2 — Anni. Romæ

Hæc ab Archivis ſuæ Eccleſiæ Toletanæ hauſiſſe Iulianus ait. Multi, *inquit,* Gentiles, qui venerant Hieroſolymam orare ad ſanctum Templum erãt Hiſpani, qui voluerunt videre. & alloqui Ieſum. *Etiam noſtræ gentis, hæc trallatitia fama eſt, ſæpeque audiviſſe memini Quignonium quendam Hiſpanum, audita Chriſti Domini mirabilium operum fama, ad narrataque obſtupeſcentem, vendito agro, ſtatim Hieroſolymam perrexiſſe viſendi Domini cauſa, viſoque mox revertiſſe, huiuſceque rei inſtrumentum vetuſtiſsimum, in eius familiæ, quæ Procerum Regni eſt, Archivis diutiſsimè conſervatum. Ita vulgo noſtri comminiſcuntur. Neque Hiſpanis novum, aut inſuetum miranda videre cupientibus in longinqua migrare huiuſmodi ſtudio illectis, ut iam T. Livij curioſum illum admiratorem prætereamus à Plinio, & D. Hieronymo celebratum. Moneo tamen, hæc verba non reperiri in C. Vercel. ita me notulæ illæ C. Pinedæ docent. Sed nec ſubſtulimus, alijs codicibus omnibus, quos viderim, retinentibus.*

Poſſet quis hic argutari, Gentiles hos, qui Chriſtum alloqui, & videre cupiebant, Hiſpanos non fuiſſe, cũ apud Ioãn. c. 12. in Text. Evan. ita legatur, ἐσαμ δ᾽ε τῖμες ηλεμες εκ τωμ αναβεμορτων ἱμα προςκημηεσωσιν εμ ηορτη, *Igitur Græci, nec Hiſpani? obiectũ tamẽ hoc facile diluitur, cũ το Græci in hoc Ioannis capite, alibique ſæpiſsime in ſacra pagina, non regionis, ſed religionis appellatio ſit. Vnde etiam Apoſtolus:* Non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci: *id eſt, Gentilis. Et ſic in noſtro textu vulgatus vertit Gentiles, quamquam in Græco Helenes reperit, cuius auctoritate ſatis tutum Dextrum reddimus. Fulſiturque Doctorum auctoritate D. Auguſtini epiſt. 200. Dionyſij Carthuſiani, Cornelij à Lapide in epiſtol. Paul. ad Rom. cap. 2 Franciſci Ribera in Ioel. c. 3. nu. 13.*

36 Hiſpania * prima provinciatum mũdi poſt Iudæam, Gallilæam, & Sama- 787

riam

Anni. Chriſt. | Anni. Romæ

riam in partibus Occidentalibus, Chriſti fidem amplexa eſt: eiuſque Gentilitas ad fidem converſa fuit, veræ primitiæ cœterorum Gentilium.

a *Tertull, adverſus Iudæos in Apol.* Maurorum, *inquit*, multi finis, Hiſpaniarum omnes termini, & Gailiarum diverſæ nationes. *Ireneus cont. Hæreſes lib. 9. c. 7. Valdeſius fuſe de dignit. Reg. Hiſp. c. 7. Padilla Cent. 1. c. 14. Puente lib. 2. c. 7. utriuſque Monarch.*

37 Nam & Iacobus [b] Sanctus Apoſtolus Zebedæi filius peragritis urbibus Hiſpaniæ, multiſque erectis Eccleſijs, & Epiſcopus creatis ex advenis [c] Petrũ Braccaræ primum reliquit Epiſcopum: ac primum tẽplum, vel [d] oratorium B. Virgini ex eius iuſſu præſentiaque ſuper columnam Cæſarauguſtæ erexit: multa paſsim miracula patrat: virtute verò ſermonis feroces Hiſpanorum animos ad ſuave Chriſti iugum adducit. Multi ibidem Iudæi convertuntur ex duodecim tribubus migrationis ex Babylonia, quibus, & ibi tunc prædicavit. præcipue canonicam mittit illis epiſtolá, [e] quæ ſic incipit: Iacobus Dei, & Domini noſtri ſervus duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione: quæ fuit prima 788.

Scrip-

Digitized by Google

 Scriptura novi Teſtamento Apoſtolo tanto digna.

b *Ea omuium fere ſæculorum opinio, ac conſtans Hiſpanicæ Eccleſiæ tradditio adeo noſtris viſceribus imitus adhæſit, utpote quam maiores noſtri ab ipſis naſcentis Eccleſiæ in cunabulis cum lacte doctrinæ ſimul in biberunt, ut (ſalva tamen Eeccleſiæ Catholicæ cenſura) eam non ſolum rationibus, auctoritate, Sanctorum virorum placitis, ac ſcriptis, ſed etiam armis tutari, ac defendere paratus quiſque ſit, pro eaque tanquam pro aris & focis depugnare. In hac arena ducem ſe nobis anteſignanum Dexter exhibet, ac præit fortaſſe non primus, qui eam inconvulſæ veritatis tradditionem tot locis, rebus, exemplis inſinuat, explicat, firmat, ut nimius ijs potiſsimum, qui ſe parum æquos noſtris rebus iudices præſtant, quandoque videatur. Certè nihil novum in hoc, aut inauditum nobis ſcripſit; ſed tantum à maioribus acceptas, tanquam hæreditario iure, opiniones ſuis ſcriptis in ævum permanſuras mandavit. Quid tamen ſineque ille, neque alius quiſquam calamo perennaſſent? aut quæ alij ſcripſerunt, ut pleraque, fatum nobis invidiſſet?* Nonnne, *ut Irenæus inquit*, oportebat ordinèm ſequi tradditionis, quam traddiderunt ijs, quibus committebant Eccleſias? certè prior anima, quam littera. Prior ſermo, quam liber. Prior ſenſus, quam ſtylus. *Ita tertullianus egregie pro traditione certaturus. Divi Iacobi Hiſpanias peragrantis impreſſa medulitus animis ſanctiſſima veſtigia, tum etiam monumentis, Eccleſia Braccarenſis, Cæſarauguſtana, Granatenſis, ſive ea ſit Illiberitana, poſt tot bellorum, ac gentium barbararũ turbines retinent, ac conſervant: & cum Chriſoſtomo clamãt:* Eſt tradditio? nihil quæras amplius: *cum Hieronymo.* Quod ab Apoſtolis tradditum, non ſcribitur in charta, & atramento. Nihil nobis neceſſe eſt: ita credimus ſicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt. *Sed ne longius quam pro inſtituto*

eva-

evagetur, quod noſtri muneris eſt, quæramus Dextro ſponſores. Vltro ſe nobis offert concilij Braccarenſis, multo ante primum, quod iam typis mandatum eſt, celebrati auctoritas. Cuius acta antiquiſsimis litteris exarata nuper in Luſitania reperta ſunt, ut teſtatur Sandovalius Epiſc. Pampilonenſis ad chron. Idacij. Celebratumque aſſerit ſub Pancratiano Braccarenſi ad annum 410. aut circiter. Teſtatur etiam Franciſcus Xodar Carmelitanus de adventu D. Iacobi, diſcurſu 1. in eius Concilij ſcriptis fere ad calcem ſcriptum eſt. De Patre noſtro Apoſtolo huius regionis Petro Braccarenſi, quem ad ſalvandas animas Iacobus Domini conſanguineus dimiſsit. *D. etiam Hieronymus Dextro cariſsimus, & quaſi pro eo de pugnaturus, ſub obſcure tamen (nondum enim in dictum erat huic veritati bellum) in Iſaiam c. 34. verſu 17. de Apoſtolis eorumque orbis terrarum partitione allegorizans.* Dedit, *inquit*, eis ſortes, eoſq; diviſit, ut alius ad Indos, alius ad Hiſpaniam, alius ad Illyricum, alius ad Græciam pergeret, & unuſquiſque in Evangelij ſui provincia requieſceret. *Quis alius Apoſtolorum præter Iacobum in Hiſpania requieſcit? Audi etiam prædicantem Iudæis diſperſis. Ipſe in Catalogo in Iacobo.* Iacobus, *inquit*, Zebedæi filius duodecim Tribubus, quæ erāt in diſperſione, omnibús prædicavit Evangelium. *Habes iam Hiſpaniæ ſortem, & ſepulcrum. Id etiam S. Hippolytum Epiſcopum Portuenſem expreſsius ſcripſiſſe in hiſtoria de duodecem Apoſtolis audio, ſed quam mihi videre non contigit. Qui cum ſit Hieronymo, Dextroque antiquior, invictuſque martyr, invictam ſui teſtimonij auctoritatem roborat, ac fulſit. Venantium etiam Fortunatum, id quod aſtruimus, pro comperto habuiſſe mihi perſuaſum eſt. Is igitur in epigrammate S. Iacobi.*

Gentiles docet hic, Iudæos increpat idem
Fructificanſque Deo terminat orbe fidem.

Quid

Anni. Romæ

..ani. Chriſ. *Quid enim aliud eſt fidem orbe terminare, niſi ab Oriente ad uſque fines terræ, quæ Gallæcia eſt, pervenire? Sanctiſsimus etiam Anaſtaſius Antiochenus in libro de Paſsionibus martyrum, quem Arabice ſcripſit de S. Iacobo agens, inquit.* Idque poſtquam abijt in Occidentem in civitatem Andiat, fecit apud eos miracula, quæ homines attoniti ſtupebãt, ita quod convertit eos in cognitionem Filij Dei. *Noſter Iſidorus aperto ſuff agio ſuccurrit, de vita, & obitu Patr. in Iacobo, c. 72.* Hiſpaniæ, & Occidentalium locorum populis Evalium prædicavit, & in Occaſu mundi lucem prædicationis in fudit. *Ab eo etiam Hymnus in officio Gothico Toletano.* Anni Rom.

Magni deinde filij tonitrui
Adepti fulgent prece matris inclytæ:
Vtrique vitæ culminis inſignia.
Regens Ioannes Dextra ſolus Aſiam,
Et læva frater poſitus Hiſpaniam,

D. Iulianus Archiepiſcopus Tolet. lib. contra Iudæos ad finẽ tomi 4. Blibioth. & in Nahum 1. verſu 4. de Apoſtolis agẽs. Iſti ergo, *inquit*, pedes Domini fuerunt, qui eum prædicando per univerſum mundum detulerunt. Petrus enim eum Romæ, Andræas Achaiam, Ioannes Aſsiam, Phillippus Galliam, Bartholomæus Parthiam, Simon Aegyptum; Iacobus Hiſpaniam, Thomas Indiam, Matthæus Aethiopiam, Iudas Thadeus retulit Meſopotamiam, Iacobus Alphei, tetinuit Hieroſolymam. *Nec deſunt eius ævi alia teſtimonia. Bedæ imprimis venerabilis. Hic in collectaneis.* Apoſtoli, *inquit*, Chriſti prædicatores fidei, & Doctores gentium certis locis in mundo ad prædicandum ſortes proprias acceperunt: Petrus nãque Romam accepit, Andræas Achaiam, Iacobus Hiſpaniam. *Vvalfridus Strabo. in carmine de Sancto Iacobo,*

Digitized by Google

bo., apud Henricum Caniſium, lectionum Antiquarum de S. Iacobo Zebedei filij. Anni. Romæ

Primitus Hiſpanas convertit dogmate gentes,
Barbara divinis convertens agmina dictis:
Qui priſcos dudum ritus, & lurida fana
Dæmonis horrendi decepta fraude colebant.

Sanctus etiam NotKerus in Martyrol. 25. Iulij qui, etiam habetur in Caniſio, lect. Antiqu. 6. Huius (*Iacobi*) Beati Apoſtoli ſacratiſsima oſſa ad Hiſpanias translata, & in ultimis earum finibus, videlicet contra mare Britãnicum condita, celeberrima illarum gentium veneratione excoluntur. Nec immerito, quia eius corporali præſentia, & doctrina, atque ſignorum efficacia ijdem populi ad Chriſti fidem converſi referuntur. *Floruit S. NotKerus, ann. 850. & licet multi Turpinum Rhemenſem fabuloſum putant, nos tamen in hoc veridicum reputamus. Is in vita Caroli Magni, c. 2.* Glorioſiſsimus itaque Chriſti Apoſtolus Iacobus cum alijs Apoſtolis, & Dominicis diſcipulis diverſa coſmi climata adeuntibus, ut fertur, primitus in Gallicia prædicavit. *Citat eum Baronius in not. ad Martyr. 25. Iulij. Pontifex Calixtus 2. lib. de S. Iacobo.* Novẽ vero, *inquit*, in Gallæcia dum adhuc viveret Apoſtolus, elegiſſe dicitur: quorum ſeptem, alijs duobus in Gallæcia remanentibus, cum eo Hieroſolymam perrexerunt. *Fuit Porrò Calixtus ſtudioſiſsimus S. Iacobi Compoſtellani, & de eius miraculis volumen confecit, quorum nonnulla recitat in ſuo Speculo Vincentius Bellovacenſis, ita Baron. tom. 12. ann. 1121. num. 4. eſt etiam priſcæ antiquitatis auctor Ioannes Belethius, qui Divinorum Offi. rationali, c. 140. ita ait.* Huius corpus, (*S. Iacobi*) in Cõpoſtella, quæ Hiſpaniæ pars eſt, quieſcit, miſſus enim eſt, ut Hiſpanis Verbum Dei concionaretur.

Anni Chriſ. / Anni Rom.

Diem etiam adventus eius in Hiſpanias celebri feſto cõdecoratũ Heleca Cæſaraguſtanus affirmat in addit. Memoria, dieſque feſtus ab ipſius in Hiſpaniam ingreſſu, S.Iacobi Zebedæi filij celebris habebatur. *Annum etiam præterquam in Dextro apud Thomam Boſium de ſignis Eccleſiæ, tom.1.lib.4.c.1.notatum invenias.* Conſtãtis, *inquit*, eſt fãmæ Iacobum fratrem Ioannis in Hiſpania primũ Chriſti cultum docuiſſe anno trigeſsimo ſeptimo. *Quod ab probatæ fidei auctore hauſiſſe non dubitamus.*

Hanc indubitatam traditionem præter auctores commemoratos tenuerunt etiam Nicolaus de Lyre, S. Antonius, Frãciſcus Georgius, Lucas Tudenſis, Otto Frigenſis, Gullielmus Durandus, Martinus Polonus, Thomas Cantipratẽſis Ambroſius Morales, Garivaius, Ioannes Mariana, Petrus Ribadeneira, Ioannes Loaiſa Archiepiſ.Tolet. Caſſaneus, Ferdinandus Mendoça, & alij quos numerare ſupervacaneum eſſet.

In hoc etiam ſtadio feliciter decurrerunt ad palmam primæ nobilitatis, primæ eruditionis viri, qui iuſta volumina immortalitati conſecrarunt. Ioannes Velaſcus magnus Caſtellæ Comes Stabuli, Ioannes Bertrandus de Guevara Archiepiſcopus Compoſtelanus. F. Franciſcus Xodar Carmelitanus, Maurus Ferrerius, Ioannes Mariana, & alij.

Concilium illud Braccarenſe antiquiſsimum. De Patre noſtro Apoſtolo huius regionis Petro Braccarẽſi, quem ad ſalvandas animas Iacobus Domini conſanguineus dimiſsit, &c. *Eadem habentur in Breviarijs Eccleſiæ Bracc. & alijs Gallæciæ, & Luſitaniæ iam inde à primis illis temporibus derivata: ad ſtipulanturque Martyrolog. Roman. 26. April & ibi Ado, & Vſuardus, Theſaurus contion. tom.2. Marineus Siculus lib.5. de rebus Hiſpaniæ, Morales lib.9. c.3. Padilla Cent.1.c.16. Carrillo in Annalibus, Maurus Ferrerius in hiſt. D.Iacob.c.17. & lib.2.c.10.*

d *Ecce alia adbuc impreſſa veſtigia Divi Iacobi, quæ ab Apoſtolicis temporibus illius Eccleſiæ iura cõſervant. Adeo-*

que

Anni. Chriſt. *quæ in animis Cæſarauguſtanorũ civium radices intimas egerunt, ut Catholicus ibi non habeatur, qui de hac traditione dubitet. Ita Martinus Delrius Diſquiſit. Magic. q. 16. ſect. 5. Sed non ſolum devotione civium, ſed etiam auctorum teſtificatione probatur. M. Maximus ſæpius in chron.* In urbe Cæſarauguſtana frequẽtiſsimè viſitatur Eccleſia S. Mariæ primogenia à S. Iacobo cõdita. *Iulianus in ſuo chron. anno* 30. Venit Iacobus Cæſarauguſtam, ubi illa nocte oranti apparuit, B. Virgo ſuper columnam comitata Angelis, & civibus æthereis: iuſsitq; ibi erigeret in honorem ſuum Eccleſiam, & ſuper columnam illam erigeret altare. *Pro quibus Calixtus 3. Summus Pontifex in diplomate loquens de ea Eccleſia inquit.* Quæ de mandato B. Virginis fabricata eſt, *Adſtipulantur Petrus Zenedus in collectaneis ad ius Canon, c. Beatus 22. q. 2. Beuterus lib. 1. c. 25. Plurima congerit Didacus Murillo 1. tom. fundat B. Mariæ de columna. Quem, ſi lubet Conſule, præſertim à c. 8.* Anni Romæ

e *Adſtipulantur Gothicæ precationis libri. & D. Iſidorus de vita, & ob. pat. c. 72.* Iacobus, *inquit*, filius Zebedæi frater Ioannis, quartus in ordine duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione gentium ſcripſit. *Iulianus Petri.* Qui (*S. Iacobus*) maioribus eorum, & progenitoribus lucem Evangelij infudit. Duodecim tribubus in Hiſpania cõſtitutis epiſtolam Canonicam ſcripſit. *Idem Iulianus aſſerit: Sanctum Audentium Epiſcopum Toletanum in hanc epiſtolam commentaria edidiſſe, ibiq; affimare prædictam epiſtolã Iacobi Zebedæi eſſe, quod ex commentarijs Serrani, Olympij, Melantij Epiſcoporum Toletanorum perſpicuum erat. Alfonſus etiam Rex in libro, quem Theſaurum nuncupat lingua vernacula. Heleca in adit. ad M. Maximũ.* Epiſtola Iacobi Zebedæi miſſa ad Hiſpanos ex diſperſione Iudæos iam converſos: *Huic à maioribus cõceptæ opinioni favent antiquæ huius Divi effigies cum libro, vel membranis ab altera manu appenſis, quibus pars epiſtolæ ſcripta eſt:* Cõfitemini alterutrum peccata veſtra.

D 2 Mul-

Anni. Chriſ.

Multos [f] etiam diſcipulos præcipuos ſaltim numero duodecim more Apoſtolico in Hiſpaniam ſecum portat, ſcilicet Epiſcopos Baſilium, Pium & Athanaſium, Maximum, Chryſogonum; Presbyteros Theodorum, Cæcilium Theſiphōtem, Iſcium, Calocerum: Lectores Torquatum Exorciſtam, & Secundum; Indaletium, & Euphraſium oſtiarios. Ex his Baſilius, vel Baſilæus ſucceſit Petro Braccarenſi, Athanaſius fuit primus Epiſcopus Cæſarauguſtanus: Pius Hiſpalenſis. Et alios S. Iacobus creavit Epiſcopos: alterum Baſiliū, [h] qui primus fuit Carthaginis Spartariæ præſul, Eugenius Valentiæ, Agathodorus Tarraconenſis, Elpidius [i] Toletanus: Etherius Barcinonenſis: Capito Lucenſis: Ephrem Aſturicenſis: Neſtor Palentinus: Arcadius Iuliobrigenſis, omnes hi ex profugis ſunt; & in his omnibus [k] urbibus, & in alijs Hiſpaniæ mira multis celeritate, Sanctus Iacobus prædicavit.

f *Aliquos ex his Pelagius Epiſcop. Ovetenſis compellat, Calocerum, Baſilium, Pium, Griſogonum, Theodorum, Maximū. Iulianus, & Felix in hiſtoria mſ. à quibus Morales lib. 9. c. 7. &*

Anni. Chriſ. *c.7.& lib.9.c.13. Catilium, Theſiphontem, Hiſcium, Torquatum, ſecundũ, Indalecium, Euphraſiũ. De novem alijs, Baſilio, Eugenio, Agathodoro, Elpidio, Aetherio, Capitone, Ephrem, Neſtore, Arcadio, agunt Græci in Menologio 4. die Martij, & eo die in Martyrol. Romano omnes reperiuntur, tacito tamen dignitatum nomine, quod nonnullorum hic exprimitur. Explicat ſane horum nomina, & dignitatum loca Martyrologium vetuſtiſsimum Lugdunenſe, cuius exemplar ante ſexcentos annos ſcriptum in Floriacenſi Bibliotheca foras dedit Ioanes Boſcus in eadem Bibliotheca, fol. 304. xiſto dextro, & latè diſſerit Maurus Caſtella Ferrer, lib.2. à capite 10. Sed leve mendum in eo Martyrologij loco detergi cenſeo, ibi enim apud Cherſoneſum paſſos ſcriptum invenias, pro quo Cherroneſum ſuccenturiandum videtur. Cum enim diſcipuli fuerint Divi Iacobi, & in Hiſpania prædicaverint, hic quoque coronam martyrij accepiſſe conſentaneum rationi eſt. Cherſoneſum vero, ſive Taurica ſit, ſive Aurea, ſive Thracica, longe ab Hiſpania diſsitas Geographi locant. Sed Cherroneſus iuxta Zacintum, ſive Saguntum fide illam memorabilem ab Strabone deſcribitur, lib.13. non procul Valentia; hodieque eſt Peñiſcola, ut doctioribus placet. At ne codicum fides vulneretur, eãdem puta Cherroneſum & Cherſoneſum, cum Laconici hoc modo, illo Græci communiter enuncient: notat Olivarius ad Pomponium Melam.* Anni Romæ

g *De eo Sampirus Epiſcop. Aſturicenſis in hiſtoria Regis Alphonſi Tertij.* In altari quoque, quod eſt ſuper corpus B. Iacobi Apoſtoli, quod conſecratum fuerat à ſeptem diſcipulis eius, quorum nomina ſunt hæc: Calocecerus, Baſilius, Pius, &c. *Iulianus etiam Petri*: Venientes vero cum illo (Iacobo) Baſilius, Pius, &c.

h *Itaque ſunt duo Baſilij, alter Braccarenſis Epiſcopus, qui ſucceſsit S. Petro Rateſi, alter vero Chartaginis Spartariæ, de quo hic. Meminit eius Iulianus Petri ſignanter in chronico.* Baſilius civis municipij Florentini Illiberitani

Epiſco-

Digitized by Google

Anni Chriſ. Epiſcopus Charthaginis Spartariæ, ſepelit aliquos diſcipulos S. Iacobi Martyres. Anni Rom.

i *De quo Iulianus Petri.* Helpidius S. Iacobi diſcipulus primus Toletanorum Apoſtolus à S. Iacobo Toleti relictus ædificavit ædem ſacram Toleti tertiam Mariæ Virgini adhuc viventi. Vide V. C. Thomam Tamaium de Vargas in Dextri Vindicijs.

l *Id tonitrui filio neceſſe fuit, ut nomen ſibi à Chriſto Domino inditum & mereretur, & expleret.*

Poſtea Calocerus profectus in Italiam adhæſit Apollinari [m] Ravennatum Epiſcopo, & ab illo factus eſt Preſbyter. Succeſsit Marciano, & factus eſt Epiſcopus centenario maior, vigens tamen.

m *Tabulæ Ravennates ex fide Cæſaris Baron. in notis ad Martyrol. 11. Martij. Eadem quæ noſter traddunt Rubeus in hiſtor. Ravenn. lib. 1. Surius tom. 7. dicto die, meminit quoque Caloceri Sampirus, ubi ſupra.*

Septem alij à B. Petro [n] creati Epiſcopi ad Hiſpanias remittuntur.

n *Quorum nomina iam explicuimus; quamvis enim erant Iacobi diſcipuli, tamen à Beato Petro Apoſtolorum Principe ſignanter ad Hſpaniam miſsi ſunt.*

Iudæi Hiſpani [o] maxime Carpetani, qui litteras Hieroſolimrorum [p] Pontificum petentium ab ijs aſſenſum in mortem

Digitized by Google

tem Chriſti miſsis litteris exhortantes: libentiſsime prædicationem S. Iacobi percipientes convertuntur.

Qui D. Iacobi prædicationem in Hiſpania, aut dubitant, aut inficiantur, imprimis obiectant oſtium Evangelij nondum Gentilibus reſeratum. Rurſus Iudæos, tunc temporis in Hiſpania non eſſe potuiſſe, quibus ut contribulibus nomen Domini prius eſſet annuntiandum, ipſiſque reppellentibus tranſgreſionem ad gentes faciendam iuxta Dominicum præceptum. Nec dum etiam exciſsis Hieroſolymis diſperſionem Iudæorum à Tito factam. Itaque duo obijciunt, tempus & perſonam. De tempore ſupra ex parte fecimus ſatis. Id enim terminum non habuit præſcriptum. Non enim in præcepto fuit, niſi ut prius Iudæi monerentur, quorum habita pertinacia, tranſgreßio ad gentes fieret. Quod in uniuſcuiuſque Apoſtolorum, & diſcipulorum moderato arbitrio poſitum fuit. Nunc de perſona agendum. Dexter apertiſsimè Iudæos in Hiſpania ab antiquo iam dudum fuiſſe tradidit. Iulianus in principio ſui chronici, & alibi ſæpiſsime. Prior certe illis dixerat Geographorum Princeps Strabo lib. 15. Sane Seſoſtrim Aegyptium, & Thearconem Aethiopem, uſque in Europam proceſsiſſe. Nabucodroſorum autem, qui magis à Chaldæis probatur magis etiam quam Hercules, uſque ad columnas perveniſſe, quouſque etiam Thearconem: illum tamen in pontum, Thraciamque exercitum duxiſſe. *Ioſephus etiam lib.* 16. *Antiquit* c. 11. *& lib.* 1. *contra Apionem Alexandrinum.* Horum, *inquit*, etiam hortorũ Megaſtenes in quarto rerum Indicarum volumine meminit, ubi oſtendere conatur, quod hic Rex (*Nabucodonoſor*) & rerum geſtarum magnitudine Herculem à Tergo reliquerit. Subiugaſſe enim eum, & urbem Africæ primariam, & Hiſpaniam. *Sed hac tanquam fabuloſa*

fluxæque

Anni. Chriſ. *fluxæque fidei ab alijs auctoribus reijciuntur, quibus & ſi aſſentiamur, omnino tamen ante Hieroſolymorum everſionem Iudæos in Hiſpania fuiſſe evincemus. Nam anno 689. ab Vrbe condita plures Iudæos Pompeius ab Hieroſolymis tulit, inque provincias diſperſit, ut ex Cicerone in oratione pro Flaco, & Strabone lib. 16. videre eſt. Multos etiam diverſis temporibus à Gabinio, Craſſo, & Caſsio Imperatoribus refert Ioſephus lib. 14. Antiquit. c. 8. 9. 10. & 11. & Plutarchus in Craſſo. Romæ etiam magna multitudo habitavit ſub Auguſto Cæſare Octaviano; indeq; ad Hiſpanias, genti auri, & argenti cupidæ pervius tranſitus, in Apiani lib. 2.* Hos Roma Tiberius expulit. *Ioſeph. 18. Antiquitat. Suetonius etiam in Tiberio, c. 36.* Iudæorum iuventutem per ſpeciem Sacramenti in provincias gravioris cæli diſtribuit. *Quamque late hæc Iudeorum lues per provincias graſſaretur, queritur Rutilius Numatianus lib. 1. Itinerarij.* Anni Romæ

Atque utinam nunquam Iudæa ſubacta fuiſſet
Pompei bellis, Imperioque Titi.
Latius exciſſæ peſtis contagia ſerpunt,
Victoreſque ſuos natio victa premit.

Prudentius quoque noſter elegantiſsime in Apotheoſi contra Iudæos.

Quid mereare, Titus docuit, docuere rapinis
Pompeianæ acies, quibus extirpata per omnes
Terrarum, pelagique plagas tua membra feruntur.
Ex illis vagus huc, illuc fluitantibus errat
Iudæus, poſtquam patria de ſede revulſus.

Ioſephus iterum lib. 14. c. 12. agens de Craſſo, & Iudæis ubique terrarũ habitantibus. Quatuor, *inquit*, extãt genera in Cyrenenſium urbe, cives, Agricolæ, inquilini, & quarti Iudæi. Hoc iam omnes in urbes irrepſit. Neq; eſt facile invenire

Anni. Chriſt. invenire locum in orbe habitabili, qui nationem illam non acceperit. *Vides perſpicuum hominis Iudæi teſtimoniū. An Hiſpania ubi aurum, ubi argentum, ubi cæli ſolique incredibilis præſtantia Iudæis cupidis tunc inacceſſa? Id ſi aram tenens quis iuraret, crederet nemo. Itaque ante Titi diſperſionem & Hieroſolymæ excidium Iudæi Hiſpanias incolebant, quibus Apoſtolus, priuſquam Gentilibus, prædicare potuiſſet. Pro Dextri ſententia ſunt viri eximiæ eruditionis, omnique litterarum genere præſtantes. Paulus Oroſius lib. 7. c. 6. Suet. in Claudio c. 25. Beda de ſexta ætate. Heleca Epiſcopus Cæſarauguſtanus. Iulianus Petri. Marianus Schotus, lib. 2. Ioannes Mariana lib. 1. hiſt. c. 7. Ioannes de Pineda vir eruditiſſimus, qui Bernardi Aldretij dictis reſpondet lib. 4. de rebus Salomonis & doctiſſime diluit adverſantium argumenta. Spondanus in epit. anno 5. nu. 1. Morales lib. 9. c. 6. Padilla Centur. 1. cap. 1.* Anni. Romæ

p *Hic trāſpoſitis dictionibus orationis ſenſus obnubilatur. Ac niſi locus hic luxatus ſit, (quod D. Tho. Tamaius ſuſpicatur) lubentius legerem.* Iudæi Hiſpani, maxime Carpetani, qui litteras Hieroſolymorum Pontificum petētium ab eis aſſenſum in mortem Chriſti percipientes, miſsis litteris exhortantur, libentiſsime prædicatione Sancti Iacobi convertuntur. *Noſtri hiſtorici hos Iudæos Carpetanos piaculo liberant. Iulianus Petri in adverſarijs. Alcocer in hiſt. Tolet. lib. 1. c. 11. Piſa lib. 1. c. 4. Prudentius Sandovalius in hiſt. Regis Alfonſi Sexti, fol. 71. & alij quos congerit. Tamaius in Dextri vindicijs, fol. 46. & 47. qui collato pede rem cum Maldonato ſtrenue gerit. Has litteras ſe in Archivo Toletanæ Eccleſiæ reperiſſe Iulianus Petri in chro. aſſerit.* Reperi, *inquit*, in eodem Archivo duas, tres ve epiſtolas in Hebræo, & in Arabico, & Latino, quarum una erat Iudæorum Hieroſolymorum ad Hebræos Hiſpanos, præcipue Toletanos, & Zamorenſes, ut ſuffragarent in mortem Salvatoris.

Anni. Chriſ. | Anni. Rom.

B. Virgo Iacobo preces fundéti Cæſarauguſtæ in columna [q] apparet: in ſpiritu veniente quoque Ioanne Theologo.

B. Virgo in divulſo comite Ioanne filio ſuo frequentiſsime loca ſacra Paſſionis, & Reſurrectionis filij inviſit.

q *Iulianus Petri.* Inde venit Cæſarauguſtam Iacobus, ubi illa nocte oráti apparuit B. Virgo ſuper columnam comitata Angelis, & civibus æthereis. *Idem Beuterus lib. 1. cap. 22. Zurita in Annal. lib. 1, c. 41. prim. parte. Vaſſæus annò 37. Morales lib. 9. c. 7. Venerius in ſumma. fol. 128. & alij plurimi.*

38 Saulus poſt converſionem pervenit [r] Hieroſolymam. 789.

r *Actorum 9.*

Pilatus de Chriſto ad Tiberium refert: [ſ] ille ad Senatum.

Prima totius orbis ædes erecta B. Virgini Cæſarauguſtana fuit.

Poſt præſules Tarraconenſis, Hiſpalenſis, Toletanus, & alij ſacras ædes, vel oratoria Virgini dedicant.

ſ *Tertullian. in Apologetico. Euſebius in chron. Oroſius lib. 7. c. 4. Gregor. Turonen. lib. 1. c. 24.*

Cornelius

Digitized by Google

Anni. Chriſ. 40 Cornelius Centurio Italicenſis, [t] Petro prædicante, repletur Spiritu Sancto prius: Hieroſolymiſque denuntiata ſolemni Gentilium ad fidem Chriſti converſione, Cornelius vere baptizatus floret. Anni. Romæ 791.

t *Rem accuratiſsime narrat Divus Lucas in actis Apoſt. c. 10. ibique fuiſſe Cohortis Italicæ Centurionem ſcriptum eſt. Inde Italicenſem affinitate nominis illecti quidam ſuſpicantur. Dexter aſſerit. Alij ad dubitant. Nos veritati præiudiciũ afferre nollumus, & dum cauſa non liquet, à Dextro ſtamus.*

41 Impleta honorifice legatione ſua, ac rebus Hiſpaniæ ſanctiſsime compoſitis, relictaque Eccleſia Theodori curæ, [u] quæ de columna dicitur, quam B. Virgo ſua præſentia ſoſpitaverat, bearat, & conſecrarat. (Vbi & præclaram imaginem ſuam reliquit.) Quæ cæleſtis ædes ex eo tempore fidelium devotione frequentatur: Iacobus cum lacrymis Hiſpanorum Hieroſolymam [x] revertitur. 792.

u *Beuterus lib. 1. c. 25. Padilla fuſe Cent. 1. c. 8.*

x *Ergo in Hiſpania prædicans quatuor, & amplius annos commoratus eſt. Venit enim anno 37. revertitur anno 41.*

Adiens Iacobus Gallias inviſit, ac Britannias, [y] ac Venetiarum oppida, ubi prædicat: ac Hieroſolymam rever-

Anni. Chriſ. | Anni Romæ

titur de rebus graviſsimis conſulturus, B.Virginem, & Petrum.

y *Heleca Cæſarauguſtanus Epiſcop. in additionibus.*

Iacobus intereſt profectioni ad prædicãdum nonnullorum Apoſtolorum, ſcilicet Matthæi, Thomæ, Andrææ, Philippi, Bartholomæi, Simonis, Iudæ, & etiam Mathiæ, qui Deo duce, profecti ſunt hoc anno, cum eo ſimul etiã anno ſcripſiſſet is [z] Evangeliũ Hæbraice; anno vero 4. Iacobus epiſtolam.

z *Scilicet Matthæus. Conſentit cum noſtro Theophilactus in præfatione Evangeliorum.* Octavo, *inquit*, anno ab aſcenſione Matthæus ſcripſit Evangelium. Marcus duodecimo. Lucas decimo quinto, Ioannes omnium poſtremus, trigeſsimo ſecundo.

42 Hoc eadem anno, ut ſui Apoſtolatus aliquod præberet ſpecimen, Ioannes Theologus [a] Comitante B. Virgine Epheſum [b] proficiſcitur, comite quoque B Iacobo, qui & Epheſi ad tempus prædicat. Comitantur Virginem [c] Lazarus, Martha, & Maria. Ibi etiam præſentia ſua conſolatur, B. Virgo Ignatiũ. Inde reverſo Ioanne cum B. Virgine, quãmdiu illa vixit, nunquam Ioannes deſeruit. 793

Anni. Chriſ. — Anni. Romæ

deſeruit. Etiam revertitur S. Iacobus: qui prædicans acerrime Iudæis prius interfuit hoc anno conſecrationi ædis ſacræ Nazareth, in qua Virgo Deum concepit: præſentibus nonnullis Apoſtolorum, ſucciſſo capite ab Herode, recens Hieroſolymam reverſus nobile martyrium 25. die Martij glorioſe pertulit.

a *S. Ioannes Evangeliſta meritiſsime Theologus dictus à S. Dionyſio Areopagita in epiſtola ad eum miſſa. Suidas in Dionyſio teſtatur, & hiſtoria Anonymi de translatione D. Iacobi, quæ habetur in Bibiotheca Floriacenſi.*

b *Id Patres Concilij Epheſini teſtantur in epiſtola ad Clerum Conſtantinopol. Quæ opinio haud facile ab Epiphanio admittitur. Sed eam Heleca diſertis fulcit verbis.* Memoria dieſque feſtus ab ipſius in Hiſpaniam ingreſſu S. Iacobi Zebedei filij habebatur: qui poſtquam Hiſpanias, adijt Epheſum: comitatus eſt ſanctiſsimam Virginem una cum Ioanne fratre eius.

c Comitantur Virginem Lazarus, Martha, & Maria) *Hæc verba non ſunt in C. Arch. Hiſp. at in Pinedæ, & alijs aliquibus reperiuntur. Ideo nihil mutamus. Quo ad rem: Græcis auctoribus ita placet, Cedreno, & Zonaræ in Leone Philoſopho.*

d *Euſebius in chronico parum ſibi conſtans martyrium Divi Iacobi Zebedæi anno Chriſti 36. collocat. cum antea in hiſtoria anno 44. certiori calculo ſtatuiſſet. Dexter vero 42. ſignat. nec tamen ſuffragatore deſſeritur. Eam ſiquidem opinionem ſequitur Panvinus in chron. Eccleſiaſtico. Ioannes Mariana Hiſpaniæ hiſt. lib. 4. c. 2. Sed qui preſsius cõputant, totos*

unde-

Anni. Chriſ. *undecim annos poſt Chriſti Domini mortem Iacobo maiori ad iudicant. Hi ſunt Baron. in Annal. tom.1. anno.44. Morales lib.9.c.7.Padilla Cent.1.c.12. Petrus Mantuanus, qui Marianam ſuggillat, unum etiam addit annum, totoſque duodecim Chriſto Domino ſupervixiſſe contendit.* Anni Romæ

Diſcipuli S.Iacobi Dei monitu, Virginiſq; conſilio corpus Magiſtri Ioppe in navi deponẽtes [e] Iriam Flaviam Gallæciæ civitatem felici navigatione pervenerunt. Altare ſuper ſacrum corpus [f] erigunt, & more ſacro Baſilius, Athanaſius, Chryſogonus, Agathodorus, Elpidius (qui nuncio accepto [g] de corpore ſui parentis in Hiſpanias allato mox Itiam accurrunt) ſacrant, & Apoſtolo dicant.

43 Sepulto corpore ſacratiſsimi magiſtri Torquatus, Theſiphon, Cæcilius, Iſcius, ſecundus, Indaletius, Euphraſius Romam petunt. 749.

e *Iulianus Petri in chron.* Iacobus decollatus allatus eſt Hieroſolymis Ioppem per quadraginta millia ab Apoſtolis, & diſcipulis, & multis fratribus, & depoſitus in domo Thabitæ, vel Dorcadis. *Et illico.* Intelligunt volũtatem eſſe Dei, ut irent in Hiſpaniã, ubi S.Iacobus prædicaverat, & eo referrent corpus glorioſum Apoſtoli. *Idem fere refertur in Hiſtoria Leonis 3. & Callixti 2. & in Breviarijs Eccleſiæ Compoſtellanæ. In hiſtoria translationis*

D.Ia-

Digitized by Google

Anni. Chriſ. *D. Iacobi ex Blibiotheca Floriacenſi hæc referuntur:* Conſilium ineunt, ut corpus Sanctiſsimi Iacobi ſecum adveherent, quatenus ipſi prædicationis officio ſolicitius intenderent, Sancto reſplendente miraculis Apoſtolo, eferæ nationis hominum mentes ad baptiſmatis fidem ſuſcipiendam paulatim manſueſcerent. *Plura habentur in Ioanne Belethio de Divin. Offic. c. 140. Moral. lib. 9. c. 6. & 7. Padilla Cent. 1. c. 13.* Anni Romæ

f *Ibi lapis venerandæ antiquitatis, qui adhuc excavatis litteris perſeverat ad hunc modum.*

Cum Sancto Iacobo fuit hæc ad lata columna,
Araque ſcripta ſimul, quæ ſuper eſt poſita.
Cuius diſcipuli ſacrarunt credimus ambas,
Ac ex his aram conſtituere ſuam.

Eiſdem fere verbis Regis Alfonſi diploma nunc extat: ſuper corpore quoque benivoli Apoſtoli patet altarium ſacrum, in quo patet antiqua martyrum theca, quam à ſanctis patribus ſcimus conditam eſſe.

g *Iulianus Petri.* Venientes vero cum illo Epiſcopi Baſilius, Pius, Gregorius, & alij altare conſecraverunt, & in illo loco tandem ſacratiſsimum theſaurum depoſuerunt. *Conſule Sampyrum Aſturicenſem in chron. Era. 617. Garivaium lib. 9. c. 4. Padill. Cent. 1. c. 19.*

Et à B. Petro creati Pontifices [h] ad meridianas Hiſpaniæ partes, ſcilicet ad Bæticam littoralem, prædicaturi revertuntur.

44 Calocerus diſcipulus S. Iacobi per Carpetaniam prædicat. 795.

S. Petrus

Anni. Chriſ. Anni Rom.

S.Petrus primus Braccarenſis Epiſcopus, S.Iacobi diſcipulus Ratis oppido non longe à Braccara Auguſta 6. Kal. Maij conſtantiſsime patitur.

h *Martyrol.Rom.15. Mai.& eo die Beda, Vſuardus. Morales lib.9.c.13. Padill.Cent.1.c.17. Aldretius in Hiſpan. antiquit.lib.2.c.12.&.13.*

Hieroſolimitani Iudæi vehementer infenſi B.Lazaro, Magdalenæ, Marthæ, i Marcellæ, Maximino, Ioſepho Abarimathiæ nobili Decurioni, & alijs plurimis, navi ſine remigio, veliſque, ac ſine gubernatore eos imponunt, & exulare mandant: qui per vaſtum mare divinitus delati ad Maſsilienſem portum incolumes appelluntur.

i *Hæc Græcorum opinio fuit Cedreno, & Zonara teſtibus in Leone Philoſopho, & eadem habet Romanum Breviarium in D. Marthæ die Natali vide Baron.anno.44.nu.11.1.tom.*

Innotulis illis, Codicis Ioannis de Pineda è Societate Ieſu, quæ lectionum varietatem Codicis Vercellenſis animadvertunt, hæc ſcripta reperi. Ann.45. S. Petrus Braccarenſis Epiſcopus. S.Iacobi diſcipulus Ratis oppido non longe a Braccara Auguſta. 6.Kal. Maij conſtantiſsime patitur: hæc periodus reperitur in Codice Vercell. anno. 45. poſt verbum illud prædicat. Quæ ut vero conſentanea etiam textui adiecimus eo ann.

Verenice

Anni Chriſ. Anni Romæ

Verenice [l] Sancta mulier è Gallia Romam venit. Ibique Divino Relicto vultu miraculis clara migtat ad Dominum ann. 70, quam dicunt à Chriſto ſa natam è ſanguinis fluxu.

l *De ſancta Verenice ſcripſere Methodius Epiſcop. & auctor incertus in libello de tranſlatione Sudarij Domini in Romam, qui adſervatur in Blibiotheca Vaticana. Affirmat Baron. in Annal. tom. 1. anno. 33. nu. 42. Iulianus Petri hæc de Verenice habet in chron. ann. 86.* Hoc tempore, ſicut Apoſtolicis temporibus magnoin pretio erat Sudarium illud ſacratiſsimum, quod Clementi Roman. Pont. reliquit pientiſsima mulier Verenice (alij corrupte vocant Veronicam) quæ neptis ex ſorore Salome Magni Herodis nupſit viro nobili Amatori. Vixit aliquando in urbe Cæſarea Paleſtinæ. Fuit autem illa mulier, quam ex fluxu ſanguinis aliquando curavit Chriſtus. *Quæ mamaxime Dextro concinnunt, adi Bulengerum adverſus Caſaubonum. Diatribe 3. c. 109.*

50 Petrus ut Chriſti Vicarius Hiſpanias adijt. [m] Imagines Antiochia delatas [n] affert. Epenetum [o] ibi ſexi firmi in Bætica reliquit Epiſcopum multis eum comitantibus, M. Marcello Eugenio, Apollinari Ravennate, (quem redeuntem ad Italiam conſequitur Calocerus) Barnaba, Iudaque. Hinc ad Africam, [p] & Aegyptum migrat. Manet in Hiſpania S. Quartus. Qui obijt ann. 76. 801.

F m *Iulianus*

Anni Chriſ. m *Iulianus in chron. anno.* 60. S. Petrus ad Hiſpanias ſe contulit, & ut Paſtor univerſalis oves in viſit. Illas præſentia ſua, doctrinaque nobilitat. *Eandem opinionem tenuit Metaphraſtes, & ab eo multi recentiores deſumpſere, Lipomanus, Surius, Pineda, Morales, Padilla, & Petrus de Ribadeneira ſe vidiſſe refert in Blibiotheca Vaticana epiſtolam D. Gregorij, quæ eſt* 41. *lib.* 7. *Regiſt. in qua ſcriptum invenit.* Cum B. Petrus Apoſtolus Hiſpaniam ſe adijſſe ſignificet. *Diſcutit acute Tamaius noſter*, en la averiguacion de algunas memorias, *cap.* 1. *ubi etiam plures citantur auctores.* Anni Romæ

n *Eant nunc impij Iconoclaſtæ, & novatores, nuperumque in Eccleſia Catholica inventum temerario ore oblatret. Ex his ſanctis, ac venerandis imaginibus, quædam in hunc uſque diem Madriti ſervatur, magnaque illius populi frequentia colitur, ab immemorabili enim traditione habetur unam ex ijſdem imaginibus eſſe, quas Divus Petrus Antiochia in Hiſpaniam detulit. Lupus de Vega facundiſsimus, ac diſertus vates in Poematio S. Iſidori Agricolæ.*

Diziendo que fue enviada
De Antiochia, en que fundada
San Pedro ſu ſilla tuuo,
I que grande tiempo eſtuvo
Con eſte nombre eſtimada.

Ioannes de la Puente lib. 2. *c.* 9. *Monarch. Tamaius, fol.* 88. *pro Dextro. Et de antiquo in Eccleſia Chatolica imaginum ſacrarum uſu vide in ſeptima Synodo. Act.* 4. *lib.* 3. *& Bellarmin. in controverſijs lib.* 2. *c.* 10. *Damaſcenum lib.* 4. *de orth. fid. qui valde cum noſtro convenit hiſce verbis.* Non ab re Apoſtoli vivificam Crucem, & ſacras erexerant imagines, quæ cum ab initio naſcentis Eccleſiæ debita ſemper ab orthodoxis veneratione coluntur. Nihil illis à ſanctis quatuor Concilijs derogatum eſt. *Imo ab ipſis*

naſcentis

Digitized by Google

Anni Chriſt. *naſcentis Eccleſiæ primordijs ſacræ imagines in pretio habitæ, ſiquidem in Antiochena Synodo ab Apoſtolis congregata id Canone ſancitum eſt.* Ne decipiantur ſalvati ob idola: ſed pingant ex oppoſito divinam, humanamque manufactam in per mixtam effigiem Dei veri, ac Salvatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, ipſiuſque ſervorum contra Idola, & Iudæos: neque errent in idolis, nec ſimilis ſint Iudæis. *Quæ quia valde concinunt his quæ à Dextro pro antiquo Eccleſiæ uſu ſtatuuntur, lubens exhibeo. Videndus eſt etiam Baronius Annal. tom. 1, anno. 57. nu. 111.* Anni Romæ

o *Iulianus anno 60. de S. Petro Apoſtolo:* Firmij, vel Sexti Firmij Epenetum Epiſcopum reliquit. *Ab eodem Metaphraſte hoc idem etiam habetur, niſi quod in eo auctore, & reliquis qui ab eo hauſerunt, Firmium, non Sexifirmium ſcriptum. Vertus tamen in Dextro, & Iuliano, à quibus ille caſtigandus. Nullum enim in Hiſpania Sirmium, ſed Sexifirmium in Bætica. Plinius lib. 3. c. 1.* Dein Menoba cum fluvio. Sexifirmium cognomine Iulium. *Eundem populum Pomponius Mella Hexi vocat, alij Sex. Strabo lib. 3. Hexitanos. Athenæus Sexitaniam. Morales vult eſſe Motril, quod placet, renuentibus Coco, & Pineto, qui Velezmalaga ſuſpicantur.*

p *Prædicaſſe D. Petrum in Africa, & ibi Numidiæ Epiſcopos ordinaſſe tradit D. Cyprianus epiſtol. 45. D. Gregorius epiſtola 75. Baronius anno 51. Metaphraſtes cum noſtro valde convenit 29. die Iunij:* Petrus cum Roma diſceſsiſſet in Africam navigavit, & Carthaginenſem erexit Eccleſſiam, inde Alexandriam conceſsit. *Hinc etiam Nicephorus lib. 2. c. 35.* Petrus porro ad eundem modum per orbem habitabilem paſsim vadens Eccleſias ubique cõſtituit.

L. Seneca [q] Centurio verus Chriſtianus Senticæ [r] occumbit.

 q *Non*

Digitized by Google

Anni Chriſ.

q *Non ſolum Cordubæ Senecarum familia, ſed etiam per totam Hiſpaniam clara, & illuſtris fuit. Id plura apud auctores monumenta teſtatum habent, præter quæ in oppido Villalva ab Hiſpali novem leucis in templo maiori lapidem vidi, & antiquitati conſulens exſcripſi. Elegantes haſce litteras habet.*

IVNONI. REGINAE. M. CALPVRNIVS. M. F. GAL. SENECA. FABIVS. TVRPIO. SENTINATIANVS. PRIMVS. PILVS. LEGIONIS. PRIMAE. ADIVTRICIS. PROCVRATOR. PROVINCIAE. LVSITANIAE. ET. VETTONIAE. PRAEFECTVS. CLASSIS. PRAETORIAE. RAVENNATIS. EX. ARGENTEI. LIBRIS. CENTVM. D. D.

SVCCONIA. C. FILIA. RVSTICA. VXOR. EPVLO. DATO. VTRIVSQ. SEXVS. DEDICAT.

L. Senecam martyrem non invenio. Forſitam alio nomine celebratur, aut nomen oblivione deletum eſt.

r *Sentica Ptolemeo Vaccæorum urbs eſt. Hodie* Zamora, *ut placet Henrico Coco, & Floriano Campenſi.*

Athanaſius primus Epiſcopus Cæſaraugustanus ſ tota Celtiberia prædicat: & ſe mirabilem ibi præſtat. Ipſeque, & Theodorus tota Carpetania

prædi-

Digitized by Google

D ſ. prædicantes, & docentes diſcurrunt. Anni. Romæ

Per hæc tempora S. Athanaſius Epiſcopus Cæſarauguſtanus Græcus natione, diſcipulus. S. Iacobi (ex his quos in Hiſpania habuit) mirifice per Celtiberiam prædicat: exemplo doctrinaque populos ſibi commiſſos in timore Dei, & fide promovet.

ſ *De Athanaſio, & Theodoro eſt mentio in epiſtola S. Leonis Romani Pontifici* 4. Duo autem reliqui huius Apoſtoli comites Athanaſius, & Theodorus in Hiſpania relicti iuxta magiſtri ſui ſepulchrum apud Compoſtellam tumulati iacent. *Eadem habet Heleca Cæſarauguſtanus in hymno ſacro.*

Laudo te nunc Athanaſi ſacer,
Teque præſtanti Theodore cantu:
Non minus noſtris Epitecte Præſul
Dignus es Odis.

Meminit etiam Beuterus lib.1. c.251 Sampyrus in chron. Era 917. Padilla Cent.1.c.8. Maurus Caſtella in Hiſtoria D. Iacobi lib.2.c.91.

52 S. Iſcius Carteiæ [t] prope fretum prædicat: totamque oram maris interni percurrit: & Alone, [u] & Carteiæ alteri in mediterraneo mari non procul Carthagine Spartaria prædicat. 803.

Tem-

Digitized by Google

Anni. Chriſ.

Templum columnæ Cæſarauguſtæ (ubi quidam credunt partem eſſe Dominicæ columnæ) fideles, & frequenter undique viſitant, & cum magna veneratione colunt.

t *Carteia prope fretum Gaditanum, ſive Herculeum, notiſſima apud antiquos urbs, cuius rudera in eo tractu, ubi Algezira dicitur Punico vocabulo, viſuntur. Neque eſt Tariſa, prout aliqui voluerunt. Multa de Carteia accuratiſſime ſcripſit Ludovicus Nonius in ſua Hiſpania c. 11. Aldrete eximius Hiſpanicarum antiquitatum indagator lib. 3. c. 3. Originis linguæ Caſtellanæ, prope oppidum hodie Conil in Cætarijs ex Plinio, & T. Livio cõiectat fuiſſe, ubi ruinæ, quas,* lasaguas de Meca *appellant. Quid ſtatuam, arbitrantibus, inque diverſa trahentibus doctiſſimis viris, non habeo. De Iſcio, ſive Hiſcio, ut alij Codices habent, fit 15. Maij in Martyrol. Roman. lamina plumbea quoque in Illipulitano monte effoſſa anno 1595. de eo hæc ſcripta habet.*

ANNO. SECVNDO. NERONIS. IMPERII. MARTII. KAL. PASSVS. FVIT. MARTYRIVM. IN. HOC. LOCO. ILLIPVLITANO. ELECTVS. AD. HVNC. EFFECTVM. SANCTVS. HISCIVS. APOSTOLI. IACOBI. DISCIPVLVS. CVM. SVIS. DISCIPVLIS. TVRILLO. PANVCIO. MARONIO. CENTVLIO. PER. MEDIVM. IGNEM. IN. QVO. VIVI. AMBVSTI. FVERVNT.

u *Alone*

Digitized by Google

Anni. Chriſ. u *Alone: Pomponio, & Ptolemæo Regni Valentiæ oppidum, quod Cluſius Alicante hodie eſſe vult. De Carteia prope Carthaginem Spartariam, ambigo. Eſt hodie oppidum Cartaia, ſed longe ab eo tractu diſsitum extra freti Gaditani fauces non procul à Lepia.* Anni. Romæ

Floret Cẽturio Malacitanus: [x] quem S. Iacobus ibi tinxit.

x *In C. Ioan. Pin. & Vercell.* Centulius *ſcriptum. Idem in C. Archiepiſc. Hiſpal. ſed in C. Eccleſ. Hiſpal.* Centurio eſt, *quam lectionem amplectimur. De S. Cornelio Centurione optime ſuo more facundiſsimus vir Martinus de Roa è Societate Ieſu in ſua Malaca c.9. Qui Dextrum illuſtrat, & egregie tuetur.*

S. Torquatus [y] domo Roma P. Nonij Aſprenatis [z] F.V.C. Acci, Malacæ, & uſque ad fauces freti prædicaſſe dicitur.

y *De S. Torquato & ſocijs Martyrol. Rom. 15. Maij. Vincentius in Speculo lib. 8. c. 6. Theſaurus concionatorum to. 2. Flos ſanctorum Hiſp. & Breviarium Tolet. ubi ſacer hymnus. Padilla Cent. 1. c. 17.*

z P. Nonij Aſpernatis F.V.C.) *Emendavi* P. Nonij Aſprenatis V.C.F. *Id eſt: Publij Nonij Aſprenatis viri conſularis filius. Merito Dexter illis notis, priſcorum more, familiam conſularem notat. Fuit enim Aſprenatum familia conſularis, & clariſsima: nam Lucius Nonius Aſprenas conſulatum geſsit cum Caio Caligula anno ab urbe condita 792. Chriſti 40. Dio. Hoc anno, & Tacit. lib. 1. Annal. alius etiam L. Nonius Aſprenas Conſulatum adminiſtravit anno Chriſti 96. Cum M. Arricino Clemente. Torquatique nomine uſos refert Tranquillus in Auguſto cap. 42. Plinius lib. 30. cap. 7.*

Sanctus

Anni Chriſ. *Sanctus noſter Torquatus, ut Dextro placet, primi illius Conſulis fuit filius.*

S. Martialis, [a] Lemovicenſium Cadurcorum, & Toloſatium Apoſtolus Hiſpanias adijt, & prædicando fideles inviſit.

a *De eo in Martyrol. Rom. 30. Iunij, & hac die Beda, Vſuardus, & alij. Baronius in notis ad Martyrol. fuſe. Iulianus quoque in chronico. Vbi Lucium Martialem vocat.*

Indaletius [b] Vrci, Illiberi, [c] Carthagine Spartaria, [d] & Eliocrotæ [e] prædicãs in illis partibus celeberrimus habetur. Quem Clarus, & Olerus Diaconus comitantur. Qui Diaconus cum multis Clericis prope Carthaginem Spartariam, non procul à portu civitatis in mare crudeliter detruduntur.

b *Indaletius aliorum ſeptem ſocius celebratur 15. Maij. Vrci à Ptolemæo vocatur Vrce. In antiquis Plinij Codicibus Murci. Nomen retinere putat doctiſsimus Ferdinandus Pincianus, eſſeque nunc* Murcia, *quod Marcus Maximus etiam aſſerit.*

c *Aliàs Eliberi, non tamen extat. Ruinæ non procul ab inclyta urbe Granata adhuc perſeverant cum nomine proximis montibus impertito:* la ſierra de Elvira: *eſt etiam in ea urbe porta, quæ nomen retinet,* puerta de Elvira.

d *Hæc eſt de qua Silius Italicus:*

Dat

Anni. Chriſ. Dat Carthago viros Teucro fundata vetuſto. Anni. Romæ

Hodie parum in flexo nomine Cartagena *urbs olim à Gothis vaſtata, quæ quãvis parentum memoria ſedem Epiſcopalem recuperavit, non tame entiquum decorem, valde enim ab illa antiqua magnitudine, & celeberrimi portus frequentatione decidit.*

e *Reſtituo* Eliocrotæ *ex Anton. Itinerario: ibi. XX. M. P. à Carthagine Spartaria Eliocrotam collocat. Cluſius* Lorca *eſſe hodie vult.*

Euphraſius Iliturgi [e] non procul Carthagine Spartaria, Hiſpaniæ populis, qui dicuntur Conteſtani, ad urbem Aſſotam, [f] totoque agro Carthaginenſi prædicans ferventer diſcurrit.

e *Pineda Franciſcanus in Monarchia agens de M. Helvio a Gadibus redeunte putat: Illiturgim eſſe* Vtrera. *Sed illum toto cœlo errare convincimus ex Morale in Hiſpaniæ antiquitatibus in eo libelo, quẽ de Vtriculæ noſtræ antiquitate ad Excellentiſsimum ſimul, & doctiſsimum Ducem de Alcala, ſcripſimus. Eſt enim* Anduxar el viejo *in conventu Cordubenſi olim à Geographis deſcripta, ibiq; etiam ſaxa teſtantur.*

f *Ptolemæo* Aſſo in Baſtetanis, Oſſca *Moletio in ſua Geographia Ptolemæi. In eo tractu oppidulum eſt vulgo* Val Aſſoto *prope Libyſoſſam hodie Lezuza. Aſſotanæ reipublicæ eſt priſcus Lapis apud Gruterum pag.* 174.

L. AEMILIVS. M. F. M. NEP. RECTVS. DOMO. ROMA. QVI. ET. NARN. ET. CICELLITANVS. ET. ASSOTANVS. ET. BASTETANVS. ET. ARGIVVS, &c.
PATRONVS. REIPVB. ASSOTANAE.

Anni. Chriſ. | Ann. Rom.

Theſiphon in Bætica, [g] Vrbe Virgilia, [h] Baſtæ, Oſcæ [i] in aliiſq; urbibus prima iacit religionis Chriſtianæ fundamenta.

g *An* in Bætica urbe: *coniunctim ſcribendum? certè in concilio Arelatenſi Voluſiano, & Aniano Coſſ. anno Chriſti 314. in ſubſcriptionibus lego*, ex provincia Hiſpaniæ urbe Bætica Sabinus Presbyter. *Itaque Sabinus, qui illi Concilio interfuit ex urbe Bæte erat. Quæ Bætis quarto loco Coloniæ dignitate Romanorum tempore perhibetur à Ioanne Pontano in Monarchiæ concordia lib. 3. c. 9. Nos laxiori calamo alibi de ea. De S. Theſiphonte Anonymus in Hiſtoria tranſlationis S. Iacobi in Bibliotheca Floriacenſi hæc habet.* Vnde factum eſt, ut prudentiſsimum, omnique militia ſpiritali inſtructum eligerent Ctheſiphontem ſanctiſsimũ, quem ordinaverunt Epiſcopum adiunctis ſibi Coepiſcopis ſocijs, in hoc opere ſatis ſtrenuiſsimis.

Retenta illa lectione, Virgiliæ *ſcribendum. Sed nihil muto. De Virgilienſibus Plinius lib. 3. c. 1. Morales de rebus Hiſpaniæ optime meritus* Varcile *hodie dici, ad Tagumque eſſe afirmat; adſtipulanturque veteres ibi inſcriptiones.*

h *Vnde* Baſtitani *populi, &* Baſtetania *provincia. Alij* Bateſtaniam *ſcribunt. Hodie* Baça, *non in celebris urbs.*

i *Fuit & in Bætica alia Oſca apud Ptolemæum, quæ hæc eſt. Gueſcarque hodie vocatur. Plinius etiam in Baſtetania locat lib. 3. c. 3. & prope Illurconem.*

57 Horum S. Iacobi diſcipulorum nonnulli ſub iudice Haloto, [l] Neronis iudice (dum ad Conſilium Illiberi conveniunt) [m] flammis exuſti, [n] ſpoliatis ſuis 808

ſuo

Digitized by Google

Anni. Chriſ. | Anni. Romæ.

ſuorumque bonis omnibus generóſe morientes pro Chriſti fide coronati ſunt.

S. Athanaſius S. Iacobi diſcipulus, & comes, primus Epiſcopus Cæſarauguſtanus plenus dierum, & bonorum operum prope Cæſarauguſtā in pace quieſcit. Prope magiſtrum ſepelitur, & colitur Kal. Nob.

l Iudice) *Vltimo loco vacat. Halotū cum ſpiritu apud Tranquillum invenio. Fuit unus ex maleficentiſsimis Neronis emiſſarijs, pincerna quoque, qui veneno Tiberium necavit. De quo Suetonius in Tiberio* c.44. Quidam, *inquit*, tradunt epulanti in arce cum Sacerdotibus, per Halotum Spadonem prægustatorem, &c. *Et in Galba* c.15. De poſcente Senatu ſupplicium Haloti, & Tigellini ſolos ex omnibus Neronis emiſſarijs, vel maleficentiſsimos in incolumes præſtitit. Atque inſuper Halotum procuratione ampliſsima ornavit.

m *Stabiliendæ forſitam ſuæ prædicationis cauſa convenire illuc deſtinarunt, ſed martyrio intercepti ſunt. Martyrij locus hodie populorum religione colitur.*

n *Quam pulcra poſt tot ſæculorum volumina veritas prodijt in ſua lumina victrix! Anno* 1591. *eorum ſacri cineres oſſaque ſemiuſtulata in ipſis martyriorum cavis fornacibus, ac uſtrinis à Patricio Sacerdote tunc contecta, cum plumbi tabulis literatis, quæ eorum nomina, martyriumque continent, ſumma Numinis providentia reperta ſunt, Domino Petro Caſtrio Archiepiſcopo Granatenſi Patrono heu! quondam meo, ſub Illipulitani montis clivo, non procul à Granata. Locus ille vulgo vallis paradiſi dictus. Vidi ego ſacra illa*

Digitized by Google

Anni Chriſ. *ſpellæa adhuc flammarum veſtigijs nigricantia, priſcamque antiquitatem redolentia, ſimulque ſanctorum horum martyrum lipſana vitreis thecis incluſa reverenter exoſculatus ſum. Inibi etiam reperti ſunt libri plumbei literis Arabicis minutiſsime exarati ad doctrinam Chriſti, ut fertur, ſpectantes. Liber etiam alter plumbeus ignotiſsimis Characteribus, & ut Apuleianis verbis utar, ignorabiliter literatus. Quæ omnia, diligentiſsima inquiſitione prius in inſtituta, habitaq; ſuffraganeorum Epiſcoporum peculiari ſynodo, decreto ſuo ſtabilivit, probavit, populiſque veneratione colenda exhibuit D. Petrus Caſtrius anno 1600. in ſuper templum in eodem clivo Illipulitano cum honeſtiſsimo Canonicorum Collegio, ac iuvenum literario ludo magno ſumptu, ſua pecunia erigendum curavit. Dicavitque anno 1610. Auxit, locupletavitque cum iam eſſet Archiepiſcopus Hiſpalens. Eoque corpus ſuum ab Hiſpali, ubi deceſsit, transferendum, ſepeliendumque ultimo vitæ ſuæ elogio iuſsit. Funeriſque ſui curatores exequendæ curarunt omnia hoc anno 1624. cum hæc ſcriberem. Manibus illuſtriſsimi ſenis, an Herois dicam? hæc data ſunto, cuius memoriam lachrymabundus veneror, ipſaque ſuo iure ſtipendiarias lachrymas repoſcit, quibus mihi quotidie maior eſt, creſcitque ad gemitum.* Anni Romæ

Multi in Hiſpania prima perſecutione Neronis, o quæ hic ab anno 57. cœpit, Hiſpali, Illiturgi, in Luſitania, Tarracone, Cæſarauguſtæ, in Bætica, & Carpetania, bonis ſuis omnibus privati atrociter puniuntur.

o *Prima Eccleſiæ perſecutio facta eſt imperante Nerone anno Chriſti 66. ſed hæc Romæ: antea iam in provincijs cœperat, ut Tacitus innuit lib. 15. Annal.* Repreſaque, *inquit,* impre-

Digitized by Google

Anni Chriſ. impræſens exitiabilis ſuperſtitio rurſus erumpebat. *Homo paganus, ac iuratus Chriſtiani nominis hoſtis veram pietatem exitiabilem ſupeſtitionem infami nomine appellat. De perſecutione Neronis ſcribit noſter Oroſius lib. 7 cap. 26. & 27. Sed ut prima provinciarum in Occidente Hiſpania fidem Chriſti amplexa per omnes ſuos terminos dilatavit, ita etiam in martyrum uberrima ſegete Chriſto redenda, primas tulit. Hæc, ut & omnia quæ in Dextro, veriſsima, tum antiquis monumentis, tum auctorum fide, ipſi etiam Chriſtianitatis Hiſpanicæ perſecutores impijſsimo Neroni palpum obtrudentes memoriæ mandarunt. Lapis nunc clamat.* Anni Romæ

NERONI. CL. CAESARI. AVG.
PONTIF. MAX. OB. PROVIN. LATRONIBVS. ET. HIS. QVI. NOVAM. GENERI. HVMANO. SVPERSTITIONEM. INCVLCAR. PVRGATAM.

Quod illuſtre teſtimonium Princeps Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Baronius in Annal. tom. 1. anno 69. num. 47. merito extollit hiſce verbis. Potes ex his, lector, probe conijcere, fuiſſe Hiſpaniarum Eccleſiam (Nam in Hiſpania hæc inſcriptio reperta eſt) his temporibus florentiſsimam: dum tanquam ingens quoddam ab impijs æſtimatum eſt collatum à Nerone beneficium, quod Chriſtianis eam provinciam expurgaſſet.

Eodem tempore cum conveniſſent in Cherronenſi urbe prope Valentiam in Hiſpania Concilij cauſa Sancti Põtifices, diſcipuli quoque S. Iacobi Apoſ

toli,

toli, Baſilius Carthaginis Spartariæ diſcipulus eius primus, Eugenius Valentinus, Pius Hiſpalenſis, Agathodorus Tarraconenſis, Elpidius Toletanus, Aetherius Barcinonenſis, Capito Lucēſis, Ephrem Aſturicenſis, Neſtor Palentinus, Arcadius Iuliobrigenſis, ſub eodem Iudice bonis ſpoliati, necati ſunt.

p *Monuimus iam Martirol. Roman. & Menol. Græcorum 4. Martij, ubi de his martyribus agitur, pro Cherroneſo, Cherſoneſum habere, eundemque populum eſſe: doceor etiam à Diodoro Siculo fuiſſe in Hiſpania aliam Cherroneſum lib. 6. Bibliothecæ agens de Phœnicibus:* Multis deinde opibus coactis extra colūnas Herculis Oceanum ingreſsi in Cherroneſo Europæ littoris columnis propinquo condidere urbem, quam Gadiram dixerunt. *Quod quia à diligentiſſimo Ortelio prætermiſſum, lubens moneo, quanquam non urbs, ſed inſula hæc ſit ubi hodie Cadiz.*

Auguſto Tiberius, Tiberio Caius, q Caio Claudius, Claudio Nero ſucceſsit.

q *Reponendum eſt ita:* Auguſto Tiberius, Tiberio Caius, Caio Claudius, Claudio Nero. *Ex Suetonio, Tacito, Eutropio, Zonara, & paſsim hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptoribus.*

Terræmotus Romæ [r] vehemens, & ſolis ſecuta defectio.

r *Pridie Kalendas Maias Vipſanio, & Fonteio Conſulibus, ſignanter Tacitus, lib. 14. Annal. Plinius lib. 2. c. 70. Meminit quoq; Suet. in Neron.*

Vive-

Vivebat S. Luparia Bætica [f] filia Gal licienſis alterius Lupariæ.

[f] *Duas Luparias pietate nobiles fœminas, etiam Iulianus Petri conſtituit, alteram in Gallæcia, alteram in Bætica, de Gallicienſi:* Claudia Luparia credit poſt aliqua miracula, & Apoſtoli devotiſsima fuit: *Anoynmus etiam in hiſtoria translationis D. Iacobi ex Blibiotheca Floriacenſi:* Degebat eo loci, in extremis videlicet Gallæciæ finibus, Gentilis, & nobilis matrona, quæ erat multæ familiæ, & ampliſsimi fundi poſſeſſor, & Domina, & ſuperbo vocabatur nomine, nam Luparia vocabatur. *De Luparia Bætica apud Iulianum lego:* Fuit Claudia Luparia uxor Agathopi, & duo portus erãt Claudiæ Lupariæ ad Accim in Bætica degentis. *In eadem Bibliotheca Floriacenſi ex vetuſtiſsimo Eccleſiæ Lugdunenſis Martyrologio valde hæc firmantur: illic cum de ſanctis Martyribus Theſiphonte, Torquato, & cæteris ad urbem Accim per gentibus hæc ait:* Ad quod miraculum cæteri territi, & cuiuſdam magnæ Senatricis Lupariæ, quæ divinitus inſpirata, eos benigne ſuſcipiens credidit. *De Agathopo eſt, niſallor, Romæ in tabula marmorea monumentum, ubi ſcriptum. T. AELIVS AGATHOPVS. & lapis alter Barcinone.*

AGATHOPVS. LIB. L. PEDANIVS. CLEMENS. IN. MEMORIAM. L. PEDANI. EVPHRONIS, &c.

Eſt in agro noſtro Vtriculano Caſtellum iam antiquitate ruinoſum Lupariæ nomine inſignitum, ad quod noſtri illuſtrẽ ab Arabibus victoriam reportarunt ubi 17. vexilla recepta ſunt, fuſis, fugatiſque hoſtibus. Antonius Nebriſſenſis dec. 2. lib. 2. c. 9.

Martia-

Anni. Chriſ.

Marcialis eppigrammate 7. & 8.[t] martyres in Crucem actos vocat Laureolos,[u] Teodolos,[x] Dædalos volantes, &[y] Icaros.

t *Variant Codices: nam impreſsi:* Furculos, & Dædalos volantes: *Pinedæ:* Aureolos, & Teodolos votantes, & Icaros: *Archiepiſcopi Hiſpalenſis.* Aureolos, & Theodulos, Dædalos volantes, & Icaros. *Vitiatam lectionem Apolline coniectore indigere quis ambigat? à me tamen veriſsimilior lectio ſtatuta eſt. Epigrammata ipſa Martialis, quæ ſunt in Amphitheatro, ſubijciam.*

Pœna Lauoreoli.

Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus
 Aſsiduam nimio pectore pavit avem;
Nuda Caledonio ſic viſcera prebuit urſo
 Non falſa pendens in Cruce Laureolus.
Vivebant Laceri, membris ſtilantibus, artus,
 Inque omni nuſquam corpore corpus erat.
Denique ſupplicium dederat necis ille paternæ,
 Vel domini iugulum foderat enſe nocens.
Templa vel arcano demens ſpoliaverat auro:
 Subdiderat ſævas, vel tibi Roma faces.
Vicerat antiquæ ſceleratus crimina famæ;
 In quo quæ fuerat fabula, pœna fuit.

De Dædalo.

Dædale Lucano cum ſic lacereris ab urſo,
 Quam cuperes pennas nunc habuiſſe tuas.

Digitized by Google

At ubi voces illæ: Theodolos, & Icaros? an mutila Epigrammata hæc? lubet ſuſpicari. Nec novum hoc, aut inſuetum in melioris notæ auctoribus, multa enim citantur à Varrone, Feſto, Nonio, & Chariſio, ex plauti comœdijs, quæ nunc extant, quæ tamen in eis nuſquam comparent. Vide Taubmanum ad Plauti commentaria. Anni. Romæ

u *Fuit Laureolus latro ſceleratiſsimus, eoque nomine in crucem ſublatus, & à feris vivus devoratus: quæ fabula ad vivum oliquoties Romæ repreſentata. De quo nos latius alibi.*

x Teodolos.) *An quod inanes Deos abnegarent, & ſe unius, veri, ſummique Dei ſervos interrogati profiterentur, ob irriſionem Theoduli voce Græca Chriſtiani dicti? minus probo. Et ſine ſpiritu hanc vocem ſcribendam duxi, &* Teodolos *voce cõficta à Tæda, & olendo, quaſi Tæodolos quẽadmodũ ſemaxij, vel ſemaſij & ſarmẽtitij ab irriſoribus ethnicis pij Chriſtiani ignominiæ cauſa notabãtur: Quod ad ſtipitem dimidij aſsis revincti ſarmentis circumiectis amburerentur. Adi ſi lubet Rhodigin. lib. 10. c. 9. lect. antiquarũ. Hodie etiã ſuſpectos in fide Catholica,* chamuſcados, *vel quod rogum olent dicimus. Conſimiles enim Eccleſiæ perduelliones à Quæſitoribus fidei flammis damnantur. Ita etiam illi ethnici Chriſtianos* Teodolos *quaſi tædam olentes probroſe nuncupabant, quia pro tædis cum dies deficeret, in nocturni luminis uſum Chriſtianis ardentibus nimis crudeliter abutebantur. Id teſtatum Chriſtianorum hoſtis, non tamen humanitatis expers, Cornelius Tacitus lib. 15. Annal. reliquit.* Pereuntibus, *inquit,* addita ſunt ludibria, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi: atque ubi dies defeciſſet, in uſum nocturni luminis urerentur. *De tæda expreſſe Iuvenalis Sat. 1.*

Pone Tigellinum: Thæda lucebis in illa,
Qua ſtantes ardent, qui fixo gutture fumant.

Digitized by Google

Anni. Chriſ. *Quod etiam Seneca haud obſcure epiſtola 14. ſignificat:* Ad actum per medium hominem, qui per os emergat, ſtipipitem, & tunicam alimentis ignium illitam, & intextã. *Martyrologium Romanum 24. Iunij fere eadem:* Romæ commemoratio Sanctorum plurimorum martyrum, qui ſub Nerone Imperatore de urbis incendio per calumniam accuſati diverſo mortis genere iuſsi ſunt ab ipſo ſævisſime interfici: quorum alij ferarum tergis contecti laniatibus canum expoſiti ſunt, alij crucibus affixi, alijque incendio traditi, ut ubi dies defeciſſet, in uſum nocturni luminis deſervirent. Erant hi omnes Apoſtolorum diſcipuli, &c. *Vides Chriſtianos quaſi Tædas ſtipitibus infixos, & tunicis moleſtis indutos concremari, additis igneis alimentis: ergo à Tæda, & olendo Tædodoli, ſive Teodoli ludibrio nuncupati? ſimiles quoque voces confingere eo ipſo ævo haud inuſitatum fuit. Plinium produco teſtem lib. 2. epiſtola ad Maximum. De ijs, qui mercede conducti opera recitantium oratorum, vel poetarum, etiam nolentes laudabant, qui ob id Laudiceni, ac Sophoclæi dicti ſunt. Plinium audi:* Convenitur à conductis, & redemptis in media baſilica, ubi tam palam ſportulæ, quam in triclinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari mercede tranſitur. Inde iam non in urbane Sophoclæi vocantur. Ijſdem impoſitum eſt: Laudiceni. Et tamen creſcit indies fœditas utraque lingua notata. *Vrbanitas hæc, vel potius ludibrium in Chriſtianos irrepſit: ſic enim D. Cyprianus, Coprianus ab impijs audivit, copria enim ſcurram ſignificat. Lactantius Firmianus lib. 5. c. 2. Mutios etiam dictos, quorum manus cremabantur Iulianus in chronico affirmat. Nec novum hoc inventum, nam apud Plautum Moloſicos, Piſtorienſes, Turdetanos, Fiſcedulenſes invenias, ita etiam apud Tranquillum, Claudius Tiberius Nero, Caldius Biberius Mero dictus eſt.*

y *Inter acerbiſsima tormenta, quibus Chriſtiani morti ſimul*

&

Anni Chriſ. *& ludibrio addicebantur Dædali, vel Icari volantium pœna addita: Pegmate id, aut Petauro, vel alio machinamento effectum, quibus ut velociores volatus exprimerent, iaciebantur. vel pennis inſertis, ut ſic Dædali viderentur, aut Icari. De iis Claudianus.* Anni. Romæ

Vel qui more avium ſeſe iaculantur in auras.

Cum vero id in Anphitheatro per actum ſit, mox ut miſeri præcipites decidebant, à feris lacerabantur. Hinc Martialis.

Dædale Lucano cum ſic lacereris ab urſo,
Quam cuperes pennas nunc habuiſſe tuas.

Exhibuit inter alia hoc ſpectaculi genus ſceleratiſſimus Nero, de quo Tranquillus lib. 6. c. 12. Inter Pyrricarum argumenta taurus Paſiphaen ligneo iuvencæ ſimulacro abditam iniit, ut multi ſpectantium crediderunt. Icarus primo ſtatim conatu iuxta cubiculum eius decidit, ipſumque cruore reſperſit. *Vide Mathæum Raderum ad hoc Marcialis Epigramma.*

Regulus converſus in Gallæcia z ſancte agit in luco.

z *Hunc vocari. L. Venenium Elutianum Iulianus Petri in chron. Auctor mihi eſt.* Luparia, *inquit*, fœmina primaria: quæ S. Iacobum audierat viventem, miſsit diſcipulos eius ad L. Venenium Elutianum, qui tunc erat Cohortis Tribunus, & aliquando Luci Auguſti degebat, is erat huius regionis Princeps, & Patronus. *Hæc tibi, tiro, dicta tolle memor. ut cum in antiquis Hiſpaniæ Breviariis, vel martyrum, ſanctorũq; memoriis, alicuius Regis, vel Reguli Romanorũ tẽpore in aliqua provincia, vel urbe legeris memariã intelligas, Principes & patronos ita appellatos: quia eorum clientelam, & Patrocinium in ſe recipiebant, veluti*

Digitized by Google

Anni Chriſ. *tenet Iulianus in chron. anno 63. Lucas Tudenſis lib. 1. multis etiam argumentis convincit Morales lib. 9. c. 11. Padill. Cent. 1. cap. 23.*

g Libiſoca) *Libiſoca etiam apud Ptholemæum. Vera ſcribendi ratio ex priſcis lapidibus Lybiſoſa eſt, & ita etiam in Plinio lib. 3. c. 1. Hodie vocatur* Lezuza *corrupto nomine, ita Petrus de Medina, & Morales aſſerunt. De provincia Arenatum eſt inſcriptio veteris lapidis apud Lipſium Panegir. Traian. & Moralem lib. 9. c. 55. At quia in Archiep. Hiſpal. & Ioan. Pined. Codicibus.* Laminijs urbibus *ſcriptum inveni, ita reponendum cenſui. Tractus is hodie vocatur.* Campo de Montiel, *ut doctioribus placet.*

h *Hunc locum illuſtrat egregia Helecæ Cæſarauguſtani Epiſcopi additio.* Memoria celebris habetur in Gallia, & in Hiſpania S. Philippi, quem præmiſsit S. Clemens ante Eugenium in Hiſpanias, & Gallias: venit Rothomagum cum Leone Epiſcopo Rothomageſi, poſtea vero Vaſconenſi, & Gervaſio: prædicat in Gallia, & Cantabria Vaſconibus, & per Hiſpaniam. Dictus eſt cognomento Philotheus, qui provinciam Arenatum ſub Nerone ethnicus in Hiſpania gubernavit. *Michael Syncellus ſive auctor vitæ Dionyſij.* Philippus cognomento Philotheus, quem Laminij in Hiſpania converterat S. Paulus, eiuſque reditum Romam comitatus eſt, à S. Clemente Papa Legatus Sedis Apoſtolicæ mittitur in Hiſpaniam.

i *Metephraſtes ab Aecumenio, & Theodolo. Morales lib. 9. c. 11. qui pro multis tibi ſit. Padilla Cent. 1. c. 23. Nec Iulianus Petri oblitus eſt in chronico anno* 105. Sanctus Probus diſcipulus ſancti Pauli, maritus ſanctæ Xantippæ Laminitanæ comitatus Paulum: ex Hiſpania Romam venit, & comes ſancti Marcelli Eugenij venit iterum in Hiſpanias: inde venit Italiam. fit Epiſcopus Ravennas.

Digitized by Google

D. 63 — Anni Romæ

Hoc anno martyr fit in Pace Auguſta urbe Hiſpaniæ ad [l] Anam fluvium appoſita, ubi præclare.*

[l] *Quis? non uno modo clauſula hæc corrupta, ac mutila videtur. Cenſueram cum ſequenti coniungendam. Vetant manuſcripti Codices. Nec de S. Probo loquitur, Xantippæ marito, is multo poſt martyrium paſſus. Verba item aliquid negotij faceſſunt. Nam* Anam fluvium appoſitum urbi præclaræ ait. *Imo urbs ipſi fluvio appoſita. Hoc ab arte, & ex hominum ingenio, illud à natura fixum, & immutabile ſæpius. Repetit iterum urbe, & urbi. In Cod. Pinedæ ubi ſcriptum: tenebræ ſunt, quas aliquis Phœbus illuſtrabit, & conclamato loco medicinam adferet. Nos manus noſtras continemus, ne maius infligatur vulnus. Tantum τὸ appoſitum: in appoſita mutamus, & cum Cod. Pined. & ubi ſcripſimus, pro urbi.*

S. Paulus [m] Narbonenſis Epiſcopus, qui cum Paulo Apoſtolo venit in Hiſpaniam, ibidem prædicat.

[m] *Hic eſt ille Sergius Paulus Proconſul, quem D. Paulus Apoſtolus baptizavit Act. 13. de quo agitur in Martyrol. Roma. 22. Martij meminitque Prudentius in Periſtephano hymno 4.*

Surget & Paulo ſpecioſa Narbo.

Meminere etiam Gregor. Turon. lib. 1. c. 30. Petrus Cluniac. epiſt. 2. lib. 1. Gaulterius in chron.

C. Op-

Digitized by Google

Anni. Christ. 66

C. Oppius [n] filius S. Centurionis (qui poſt multa tempora iam ſenio confectus carus fuit Imperatori Hadriano) in Hiſpania Chriſtianus virtutis opinione claret.

n *Lapis in Piceno apud Grutterum pag. 446. forſitam huic convenit.*

C. OPPIO. C. FILIO. VEL. SABINO.
IVLIO. NEPOTI. VIBIO. SOLEM-
NI. SEVERO.
COS.
ADLECTO. A. SACRATISSIMO.
IMP. HADRIANO. AVG. INTER.
TRIBVNICIOS. PR. PEREGRIN.
CANDIDATO. AVG. LEG. PROV.
BAETICAE. CVRATORI. VIAE.
CLODIAE. ANNIAE. CASIAE. CI-
MINAE. TRIVM. TRAIANARVM.
ET. AMERINAE. LEG. LEG. XI. CL.
P. F. LEG. AVG. PR. PR. PROVINC.
LVSITANIAE. PROCON. PRO-
VINC. BAETICAE. PATRONO.
COL. LEONAS. LIB.

Convenit tamen Martirologij monumentum 4. die oct. & ea quæ docte. De eo perſequitur. Martinus de Roa in ſua Malaca, c. 10. & c. 11. ubi Baronij & aliorum opiniones diluit.

Sanctæ

Anni. Romæ

Sanctæ fœminæ virgines Baſiliſſa, & Anaſtaſia o Hiſpanæ ex urbe Setabi p in Edetanis ſecutæ ſunt ſanctũ Apoſtolum Paulum: cuius, & Petri corpora curantes q à Nerone Cæſare huius rei gratia præclaram coronam obtinent.

S. Iacobi, cæterorumque eius diſcipulorum vitas ſcripſit Torquatus S. Diſcipulus Iacobi, poſt quos etiam paſſus eſt.

o *Eadem fere, quæ Dexter in Martyrol. Rom. 15. April. fuſius eadem die in Græcorum Menologio.*

p *Hodie Xativa de qua Ptolemæus, & Plinius lib. 3. c. 3. Silius quoque Italicus lib. 3.*

Sedentana cohors, quam Salo rigentibus undis,
Atque altrix celſa mittebat Setabis arce:
Setabis, & telas Arabum ſpreviſſe ſuperbas,
Et Peluſiaco filum componere lino.

q *Poſt eorum exactum Romæ Martyrium. Ideo* curandi *verbo uſus, quod ad cadaverum curationem refertur. Sueton. in Nerone.* Aquam ſimul & ligna conferri curando cadaveri. *Inde etiam funerum curatores, qui funus elocabant.*

S. Criſpinus Epiſcopus r Aſtigitanus in Bætica ſub Halato patitur.

r *Martyrol. Rom. 19. Novem. Vſuardus & alij ea die: eius res geſtæ in hymno Breviarij Toletani continentur, meminit quoque Petrus in Catal. lib. 10. c. 48: hoc anno 1624. in Eccle-*

Digitized by Google

Anni Chriſ. *ſia Hiſpalenſi ſub duplicis officio eius feſtum celebrare auſpicati ſumus.*

Nec multo poſt Vticæ [ſ] in Bætica Maximus D. Iacobi diſcipulus in Hiſpania cum ſocijs Caſto, & Magno [t] patitur.

ſ *Vticam in Bætica fuiſſe Apianus eſt auctor, Fuit etiã Sedes Epiſcopalis, & in Concilijs Hiſpaniæ lego Potentinum, & Leopardum eius Epiſcopos. Morales lib.7. cap.50. Qui quamvis in Bætica hanc urbem fuiſſe affirmet; quo tamen conventu non aperit: at inter Cordubam, & Caſtulonem fuiſſe, ex antiquis itinerarijs Antonini Elicio, in quibus ita ſcriptum.*

Alio itinere à Corduba Caſtulonem.

Epora.	M.	P.
Vtia.	M.	P.
Caſtulonem.	M.	P.

Vbi tamen Vtia ſcriptum Vticam alij Codices habent iuxtaque Eporam, quæ Montoro *nunc dicitur conſtituunt. Falliturque Ioann. Loaiſa in notis ad Concilium 13. Toletanum, qui uticam Africanam putat, unde illi Epiſcopi ad Concilium illud Toletanum ventitarant.*

t *De eis agitur 4. Septembris prætermiſſo ibi paſsionis loco.*

In Hiſpania urbe Caſtulone [u] ad fluvium * Tagum [x] illam urbem præter fluentem in aditu Bæticæ Sancti martyres pro Christi nomine occiſi [y] Marcus, & Hadria.

Caſtulo

Digitized by Google

Anni Christi / Anni Romæ

u *Caſtulo Punicis bellis urbs notiſſima de qua Silius Italicus lib.3.*

Fulget præcipuis Parnaſia Caſtulo ſignis.

Ab ea Imilce Annibalis uxor Livius lib.24. Caſtulo, *inquit*, urbs Hiſpaniæ nobilis, & valida adeo coniucta Pœnis, ut uxor inde Hannibalis eſſet. *Silius item.*

At contra Cyrræi ſanguis Imilce
Caſtalij, cui materno de nomine dicta.
Caſtulo Phæbæi ſervant cognomina vatis.

x *Hanc urbem Caſtulonem ad pauperculas caſas hodie redactam* Caslona la vieja *indigetamus, à qua procul Tagus fluvius, imo propior Bætis. Vnde vel alium Tagum conſtituamus neceſſe eſt, vel mendum in ſcriptura ſuſpicemur: proque Tago Tygum, vel Tugium, ut alij Codices Plinij habent, ſubſtituamus, ibi enim ſaltus Tigenſis, vel Tugienſis. Plinium audi:* Bætis in Tarraconenſis provinciæ, non ut aliqui dixere Menteſa oppido, ſed Tygenſi ex ories ſaltu. *Qui locus Caſtuloni proximior indeque nomen hauſiſſe hunc fluvium ſuſpicamur, qui in noſtro corrupte Tagus dicitur.*

y *Beda in Martyrol.23.Octobris, & Marieta lib.2.c.34.*

Perſius Volaterranus Poeta [z] ſatyriricus annorum 29. moritur.

z *Euſeb. in chron. & Idacius.*

Thermæ à Nerone ædificatæ [a] ab illo Neronianæ dictæ.

a *Euſebius, & Caſiodorus in chron.*

Digitized by Google

Anni Chriſ. | Anni Romæ

Nero Romæ Cithariſtā agens [b] omnes ſuperat.

M. Annæus Lucanus exciſa vena in balneo perijt.

b *Sueton. in Nerone. Euſeb. in chron.*

Helena Adiabenorum Regina Chriſtiana [c] floret Hieroſolymis: prædicatione Apoſtolorum converſa: ex annalibus Hieroſolymitanis.

c *Oroſius cum noſtro convenit lib. 7. c. 6. Ado in chronico. Iulianus anno* 44. Hoc anno, *inquit*, baptizatur Helena Regina Adiabenorum, & Baccates (*lege Izates*) filius eius Rex prædicatione Pontificis Ananiæ Damaſcenorum, qui S. Paulum Baptizavit. *Baronius in Annal. tom. 1. anno* 44. *& Spondanus aſſentiuntur. Licet Ioſephus ſuæ gentis ſtudioſus ad iudaiſmum converſam cum Izate filio contendat, quem Ioſephus Scaliger parum Catholicæ veritatis amator, ſequitur, vivia varam.*

S. Fronto Petragoricas petit [d] frater Frontonis [e] Conſulis.

d S. Fronto Pytagoricus.) *In C. Archiepiſc.* Petragoricus. *In Ioannis Pinedæ:* Petragoricas petit. *Quam lectionem retinuimus, ut pote vero conſonam. Nam S. Fronto Petragoricis prædicavit. Martyrol. Rom.* 25. *Octob. & ea die Beda Vſuardus, Ado, & alij. Petrus in Catalog. lib. 9. c.* 109.

e *Frontonis Conſulis meminere Dio in Nerva, & Hadriano. Capitolinus in Marco. Aulus Gellius lib. 2. Noct. Attic.*

dictus

Digitized by Google

Anni Christi. *dictus M. Cornelius Fronto Conſulatum geſsit cum Vlpio Traiano anno. V.C. 853. Chriſti 101. fuit & orator Clariſſimus.* Anni Romæ

Florebat C. Cæſonius [f] Maximus,

f *In C. Archiepiſ. & Pinedæ.* Mygeſtas. *In omnibus ſatis confuſe duæ clauſulæ in unam redactæ. Divido, & ſenſum cuique reſtituo. (Florebat. C Cæſonius Maximus) & illico ſeorſum ſubiungenda.* (Petrus Græce Megiſtos Martyr fit 2. Iulij.) *Vides quam diverſi ſiut. C. Cæſonius, & Petrus, aut certe Megiſtus. Caius nempe Cæſonius Senecæ amicus, qui Conſulatum geſsit cum Petronio Turpiliano V. C. anno.* 813. *Qui tamen quia dictus eſt C. Cæſonius Pætus. Libet ſuſpicari, Tò Petrus, caſtigandum, & Pætus ſuccenturiandum. Iſtius Conſulis meminere Tacitus 15. Annalium, & Martial. lib. 7. epig. 39. quod ſubijciam.*

Maximus ille tuus, Ovidi, Cæſonius hic eſt,
  Cuius adhuc vultum vivida cera tenet.
Hunc Nero damnavit, ſed tu damnare Neronem
  Auſus es, & profugi, non tua fata ſequi.
Aequora per Syllæ magnus comes exulis iſti;
  Qui modo nollueras Conſulis ire comes.
Si victura meis mandentur nomina Chartis,
  Et fas eſt cineri me ſuper eſſe meo,
Audiat hæc præſens, venturaque turba: fuiſſe
  Illi te, Senecæ quod fuit ille ſuo.

Petrus qui Græce Megiſtos [g] Martyr fit 2. Iulij.

g *Repoſui:* Martyr fit. *Tres ſcilicet milites converſi ſunt in ipſo B. Apoſtoli Pauli martyrio Loginus, Aceſtus, Megiſtus. De quibus Martyrol. Rom. Tacitis nominibus 2. die Iulij, ſed nomina produnt Vſuardus, Ado, & alij. Adi Baron. in notis ad illam diem.*

S. Pau-

Digitized by Google

Anni. Chriſ.

S. Paulus ſcripſit epiſtolam ad Hebræos [h] Hiſpanos converſos.

h *S. Paulus ſcripſit epiſtolam ad Hebræos Hiſpanos.) Hæc verba deſiderantur in Codicibus Archiepiſc. Hiſp. & Ioannis Pinedæ. Nos retinuimus ab impreſsis, & auctoritate Iuliani Petri, & aliorum qui adſeverant. Ille in chron. agens de S. Paulo:* Scribit ad Hiſpanos Hebræos præcipue epiſtolam. quæ eius ultima eſt, iam mortis paſsioniſque vicinus, quam cum Timotheo miſsit. *Figuerola Valentinus in ſumma contra Iudæos 1. parte. Padilla Cent. 1. c. 23.*

L. Annæus Seneca Cordubenſis [i] vir Conſularis, & in religionem Chriſtianam egregie propenſus, cui etiam ſecreto adhærebat, datis, & acceptis à Paulo literis celebrandus, iuſſu Neronis venarum in ciſione perijt.

i *Tacitus undecimum Neronis annum aſsignat. Euſebius in chronico Olimpiade. 211.*

67 Hoc eodem anno S. Matthias [l] perimitur. 818

l *Ab alijs non ita ſignanter.*

Hoc eodem anno bellum Hieroſolymitanum [m] incipit.

m *Rebellantibus Iudæis ob Ceſtij Flori avaritiam. Euſebius in chronico Hegeſippus lib. 2. c. 10.*

Amphi-

Digitized by Google

hi. riſ. Anni. Romæ

Amphitriæ (quæ Carpetanorum urbs eſt) nunc Fita [n] Sanctus liberatus [o] Epiſcopus Illiberitanus feliciter moritur 13. Kal. Ianuarij.

n *In C. Pinedæ.* Sitia *in impreſsis* Fita: *appellatur, quod magis placet, Sitia enim non in Carpetania, ſed in Bætica conventu Cordubenſi à Plinio locatur lib. 3. c. 1. At in Carpetania:* Fita *nunc aut* Hita *nomen retinet: quamvis Barrerius in Corographia velit eſſe Antonini Caſata.*

o *De eo Martyrol. Rom. 20. Decembris, loci & dignitatis prætermiſſo nomine: exprimit Vſuardus loci Amphitreæ (ut & noſter) 20. Decemb. cum quo Molanus, & Equilinus lib. 11. cap. 1.*

Hoc eodem anno Sancti Apoſtoli Petrus & Paulus ex longiſsimis peregrinationibus ſuis Romam [p] redierunt.

p *Hæretici noſtri ſæculi impia novitate, aut dubitant, aut inficiantur S. Petri adventum in Romanam urbem, hoc eſt ſuis Cimmerijs tenebris diem veritatis ab Eccleſia eripere conantur, & errorum ſuorum umbras obducere. Cum id non ſolum totius Eccleſiæ receptiſsima traditione admiſſum, ſed frequentiſsimo Patrum teſtimonio confirmatum ſit. Papiæ Apoſtolorum diſcipuli apud Euſeb. hiſt. lib. 2. c. 15. ipſius Euſebij c. 14. Hieronym. in epiſt. ad Marcellam Irenei lib. 3. c. 3. Arnobij lib. 2. Cont. gent. Epiphanij. Hæreſi 27. Chryſoſtomi in Pſal. 48. Pauli Oroſij lib. 8. c. 6. Theodoſij Imperatoris. L. cunctos populos. C. de ſum. Trin. & fid. Cathol. aliorumque quorum nomina longum eſſet recenſere.*

Floret

Digitized by Google

Anni. Chriſ. | Anni Rom.

Floret memoria S. Petri Ratenſis[q] martyris primi Braccarenſis Epiſcopi, qui occiſus eſt anno 45. ad Ratem oppidum Braccarorum in regione Ophirina:[r] à nepotibus Ophir illuc appulſis hoc nomen obtinente.

q *Andreas Reſendius lib.4. Antiquit. Luſit. Morales lib. 9. c. 8. Padilla Cent. 1. c. 16.*

r *Conſulto non ab Ophir, ſed ab eius nepotibus nomen avi referentibus, cognominatam autumat; Ophir ſiquidem filius Iectam in Orientalem, non in Occidentalem plagam Colonias deduxit, ſcriptura teſtante, Geneſeos c. 10.* Ophir, & Ebilà, & Iobab Filij Iectam. Et facta eſt habitatio eorum de Meſſa pergentibus, uſque Sephar montem Orientalē. *Sed præter viri huius nomen, etiam regionis Ophir in ſacra pagina occurrit. Reg. 3. c. 9. & Paralipomenon 2. c. 9. Vbi tamen terrarum hæc Ophir regio ſita fuerit, variant rerum ſacrarum ſcriptores. Ioſephus Indiam tunc cognitam Orientalem vult eſſe. Euſebius ex Eupolemo inſulam Maris Rubri. Marius Niger, & Gaſpar Barreiros Auream Cherſoneſſum, vel eam oram, quæ Peguſijs, Malaca, & Samatra circunfertur. Robertus Stephanus Inſulam Hiſpaniolam novi orbis, doctiſſimus Arias Montanus Perù, nominis etymo illectus. Ortelius Cephalam ſive Sophalam. Itaque quot capita tot ſententiæ. Dexter ſciens, & prudens non Ophir Scripturæ, ſed* Ophirinam *hanc Luſitaniæ regionem, quæ Braccaris contermina eſt vocatam aſſeverat ab Ophir nepotibus, quod nullam cum ratione, aut hiſtorica fide habet repugnantiam, imo ea pars Luſitaniæ hodie parum corrupto vocabulo* Afeyra *vulgo vocatur, teſtatur Maurus Caſtella lib. 2. c. 10. hiſt. D. Iacobi. Sunt qui putent Ophir, & Tharſis ſacræ Scripturæ loca, eandē eſſe ſeu gentem, ſeu regionem, illo nempe argumento ducti,*

quoniam

quoniam cum lib.3. Regum cap.22. ſcriptum ſit. Rex Ioſa- Anni.
phat fecerat naves, quæ navigarent in Ophir; *in 2. tamen* Rom.
Paralipomenom c. 20. eadem hiſtoria hiſce verbis reperitur: Ioſaphat particeeps fuit, ut facerent naves, quæ irent in Tharſis. *Non igitur fluxo veritatis ipſius argumento innixi eam opinionem tuentur ac docent, Barradas lib.5. concor. c.11. favet Procopius, qui lib.3. Reg. ſolius meminit Tharſis, comprehendens ſub illa Ophir, quaſi unus eſſet locus, aut populus. Imitantur Agellius Pſ.47. ſentiſſeque videtur Theodoretus, 3. Reg. c.4. Villalpandus in Ezechiel tom.2. Tribuens Ophir, quæ de Tharſis dicuntur. Malvenda lib.3. c.19. Boſius de ſignis Eccleſiæ lib.20. c.3. Quæ autem regio ſit Tharſis inter Doctores ſacros magna eſt diſceptatio, & fere Cimmeria caligo, quam Cimmerius homo (ita de ſe ipſo Ioannes Goropius Becanus lib.7. Hiſpanicorum) allata illuſtri face diſiecit.* Retineamus *inquit*, Tharſis non aliam gentem fuiſſe, quam Tharteſſum; cuius beatam rerum omnium copiam, tum veterum ſcriptorum teſtificatio, tum præſens rerum ſtatus ſatis declarant. *Gloriatur ſane Goropius ſe primum illos obſcuræ ignorantiæ carceres audacter irrupiſſe, & ſcripturam, regionemque Bæticam, quæ Tarteſſus eſt, illuſtraſſe, ſingularique ornamento res eius promoviſſe: ſed ante eum idem dixerat, S. Anaſtaſius Synaita lib.10. Exam. ſuper illud:* Serpens erat callidior omnibus beſtijs: *ſcribit:* In tertio libro Regum invenimus naves Salomonis ſingulis annis venire ex Tharſis, quæ eſt Heſperia regionis Occidentalis, & ferre ad eum aurum, & eiuſmodi animantia. *Quam opinionem ſequitur Forerius ad Iſaiæ c.23.10. Nec diſciplicet Eugubino de ſignis Eccleſ. lib.15. c.18. Nec Riberæ Ionæ.1. quamvis autem Tharſis, ſive Ophir ad littoralem Beticæ partem ſecundum hanc opinionem pertinere videatur, tamen ad omnem Hiſpaniam Occidentalem ſpectare ex Strabone lib.3. elicio: in fit.* Homerus porrò multarum rerum præditus notitia, multaque canens occaſiones

Digitized by Google

Anni Chriſ. ſuggerit cogitandi ſe horum quidem non inſcium fuiſſe locorum, quod Tarteſſum audivit eſſe ad extremum occaſum, ubi ut ipſe loquitur.

Incidit Oceano lampas clariſsima ſolis.
Frugiferæ noctem tellurique ingerit atram.

Favet Claudianus in Rufinum, qui Tarteſsiacas Tagi arenas appellat.

Non Tarteſsiacis illum ſatiaret arenis
Tempeſtas pretioſa Tagi

Itaque non ſolum Bæticam, ſed etiam Luſitaniam, quæ ſub obeunte ſole ſita eſt, ad Tarteſsi regionem, ſive Ophirinam pertinuiſſe putandum. Nec enim naves, quæ totam Hiſpaniæ oram marinam circumluſtrantes legebant, aurum hinc inde, & merces pretioſsiuſiſsimas evecturæ uno tantum portu contentæ ſolvebant. Noſtræ Indicæ naves hodie argumento ſint, quæ immenſitatem Oceani emetientes, & inmenſas novi orbis longinquas regiones ſcrutatæ ſalum, ſolumque omne fama, & nominibus inditis compleverunt. Sed quia hoc argumentum à multis ſerio diſcuſum video, præcipueque à R. P. Ioanne de Pineda Hiſpalenſi è Societate Ieſu politioris Theologiæ, & omnium diſciplinarum peritiſsimo, noſtræque Bæticæ Coryphæo, nec mei muneris eſt in breviuſculis hiſce notis omnia perſequi, ideo ad illius in Salomone prævio librum 4. impenſe doctum lectorem delego, qui totus in hac arena egregie depugnat: & noviſsime D. Thomas Tamaius in Dextri Vindicijs adfert Ludovicum Tribaldum libro de Regionibus Tharſis, & Ophir hactenus errãtibus Hiſpaniæ demum ſerio vindicatis. *Quem nondum vidimus, ſed à literatiſsimo, & magno viro magna penitioris literaturæ myſteria indies reſerata iuvat expectare.*

Sancti

Digitized by Google

Anni. Romæ

Sancti Principes Apoſtolorum Pe- trus, & Paulus [ſ] Romæ III. Kal. Iul. alter in crucem actus eſt, alter enſe [t] iugulatur. 819.

ſ *Et hic unius anni prochroniſmus eſt. Nam patratum eſſe martyrium. L. Fonteio Capitone, & C. Iulio Ruffo Coſſ. Baronius, & Spordanus evincunt, anno ſcilicet Chriſti 69. cum ab anno præterito in carcere Mamertino detenti Apoſtoli fuerunt. Euſebius etiam in chronico alterum annum addit, & annum 70. aſsignat. De martyrio Romæ exacto agunt tam Græci, quam Latini Patres Dionyſius Corynthius apud Euſeb. lib. 2. c. 25. Egeſippus de Excid. Hieroſoly. lib. 3. c. 2. Euſeb. in chron. anno 71. Theodoretus in epiſtol. ad Leonem Papam Athanaſius in Apologia pro fuga. Tertull. de Præſcriptionibus Lanctantius Divin. inſtitut. lib. 4. c. 21. Hieronym. de vir. illuſt. in Petro. Maximus ſerm. 5. de Nati. Domini. Alijque in numeri.*

t *In impreßis:* Laterenſe iugulatur. *Satis barbare. Emendavimus à C. Pinedæ, & Archiepiſ. Hiſpal. Eccleſ. & ab eorum hymno. Atque Hegeſippo lib. 3. c. 2. de Excidio Hieroſolym.*

Per Crucem alter, alter enſe triumphans.

69 IV. Idus Iunij [u] Nero ſceleratiſsimus ſe ſuis manibus occidit. 820.

Petto in Sede Romana ſuccedit Põtifex Linus.

u *Dies exactiſsime notata in anno eſt anticipatio. Cum Neronis interitus, C. Silio Italico, & Galerio Turpiliano Coſſ. acciderit anno Chriſti 70. ut ex Plinij epiſtola 7. ad Caniniũ*

Digitized by Google

Anni. Chriſ. *Ruſſum, & Suetonio aſſeverat Spondanus in Epitome: hoc anno, convenit etiam Euſeb. in chron. Plinij verba omnem amovent dubitationem: is agens de Silio Italico.* Illud etiam notabile: ultimus ex Neronianis Conſularibus obijt, quo Conſule Nero perijt: *Vide Panvin. in faſtis.*

70 Servius ſulpicius Galba [x] Romanorum poſt Imperator, qui dicitur in Hiſpania cum Vitelio Chriſtianos multum cruciaſſe, à veteranis in Hiſpania commorantibus declaratur Imperator. 821

M. Silvius Otho, necato Galba, Romanorum fit Imperator.

Aulus Vitellius Germanicus imperat menſes 8. diem unum.

x *Suetonius, Plutarchus, Tacitus, Dio, Euſeb. Egeſippus hæc, & quæ fere per omnem paginã ſequuntur late ſcripſerunt, ea, ne lectorem in apertiſſima hiſtoria moremur, conſulto omittimus.*

Heraclææ [y] in Hiſpania prædicat S Aquila [z] Pontifex miſſus ab Apoſtolo Paulo in Hiſpanias prædicationis cauſa.

y *Plures in orbe terrarum urbes Heraclææ nomine inſignitas notant Geographi, quas Ortelius in Theſauro recenſet. Noſtra hæc ad radices montis Calpes ſita eo ipſo loco, quo nũc eſt* Gibraltar *noſcitur à Strabone lib. 3.* Ad quadraginta inde ſtadia urbs Calpe vetuſta, & memorabilis olim

ſtatio

Anni. Romæ.

ſtatio navibus Hiſpanorum. Hanc ab Hercule quidam conditam aiunt. Inter quos eſt Timoſthenes, qui eam antiquitus Heraclæam fuiſſe appellatam refert, oſtendique adhuc magnum murorum circuitum, & navale. *Miror doctiſsimum Ortelium, qui cum plurimas Heracleas recenſuiſſet, hanc oblibiſcitur. Forte quia ultra Lethem.*

z *De Aquila Martyrol. Rom. 8. Iulij, & ea die Vſuardus, Beda, Ado, & alij, Dorotheus quoque in Synopſi Heracleæ Præfectum Aquilam aſſeverat.*

In Arabia felice civitate Seſſaniæ a Adrumenrorum martyrium trium ſanctorum Regum. b Magorum Gaſparis, Balthaſaris, Melchioris, qui Chriſtum adorarunt.

Imperator Cæſar T. Flavius Veſpaſianus imperat annos 9. menſes 6.

a *Seſſanium à Plinio lib. 6. c. 29. ſub Aegypto habemus. Cum tamen Adrumentorum adiiciat, hæret mihi aqua. Niſi quod Marius Niger Adrumentum Siſſam appellat. Sed rurſus diſturbat Arabia Felix, in qua noſter hanc urbem locat, ab ea enim longe diſtat Adrumentum, nec quid certi reponam habeo in re tot tenebris impedita.*

b *De tribus Magis Chriſti adoratoribus multa congeſsit Baronius Annalium tom. 1. anno 1. cum quo iunge Bulengerum adverſus Caſaubonum Diatribe 3. c. 10. Vſuardum in Martyrol. 6. Ianuarij.*

Per hæc tempora delatus in Aſiam Sanctus Ioannes cognomento Theologus

Anni. Chriſ.

logus docebat Epheſi. Vnde ſcripſit ad Caium Hiſpanum [c] C. Centurionis Malacitani filium, fratrem Demetrij hoſpitalis viri, cuius pater poſt fit Epiſcopus Mediolanenſis. Diotrephes vero impediebat hoſpites [d] ad Hiſpanias peregrinationis cauſa devenietes. At hic malus Epiſcopus propter eius ſcelera, & ſuperbiam depoſitus eſt.

c *Vir ille eſt Corinthius, de quo Paulus ad Romanos:* Salutat vos Caius hoſpes meus. *Et 1. Cor. 1.* Neminem veſtrum baptizavi, niſi Criſpum, & Caium. *Cui etiam S. Ioannes. epiſt. 3. miſsit.* Senior Caio chariſsimo, quem ego diligo in veritate.

d *In ea epiſt. 3. S. Ioannes Caij ſtudium hopitaliter peregrinos recipiendi commẽdat:* Chariſsime fideliter facis, quidquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, qui teſtimonium reddiderunt charitate tuæ in conſpectu Eccleſiæ. *Diotrephem vero comminatur, ut eum qui malo animo tam egregium opus inter turbare moliebatur.*

Peregrinatio ad loca ſanta Hiſpaniæ [e] ex alijs locis orbis terrarum multis quidem, & diverſis facta. Et Peregrinatio Damaſci ad S. Ananiam paſſum ſub Lucilio Baſſo Iudææ procuratore 25. Ianuar. Hiſpanis inſuper, & regionibus celebris habetur, uti fuit ab ipſis Apoſtolicis temporibus, cum C. Cppius

Cen-

Digitized by Google

Anni Romæ

Centurio peregrinos in Hiſpania ſuſtentabat. Qui Caius domo Corinthius, genere vero Hiſpanus, [f] etiam D. Paulum inde redeuntem domo tectiſque liberaliter excepit, inviſitque Ioannem ab exilio poſt redeuntem in Hiſpanias [g] comitatur Ioannem, & Romam, uſq; Ignatium, [h] inde venit Mediolanum, & Pōtifex ibi factus in dominio moritur.

e *Qui temporum noſtrorum mores, diverſorumque Aſiæ, Africæ, & Europæ Principum tam ditionibus, quam religionibus diſſidentium iura conſideret, ac tam longi itineris labores, pericula, dificultateſque animo concipiat, is pro monſtro fortaſſe ducet, peregrinationem hanc ad Hiſpaniæ loca ſancta etiam ab exteris nationibus, infantula adhuc Chriſtiana Eccleſia, inſtitutam. Sed is, velim, conſideret, quam priſci Hiſpanorum (ne omnium gentium dicam) mores, ab illis aureis ſæculis degenerarint: in quibus Hiſpani noſtri, etiam infidelitatis tenebris obſiti, omnium mortalium maxime hoſpitales cenſebantur. Diodorus Siculus lib. 3. Bibliothecæ.* Advenientes, *inquit*, externos benigne hoſpitio excipiunt, adeo ut quadam emulatione invicem pro illorum honore certent: quos vero advenæ ſequuntur, hos laudant, amicoſque Deorum eſſe putant. *Nec tunc viarum pericula, pervius enim erat orbis Romanus, ſub uno ſcilicet Principe, cui cuncta parebant.*

Omnibus in terris, quæ ſunt à Gadibus uſque
Auroram, & Gangem

Tutius tunc, ac ſecurius per totum terrarum orbem, quam fortaſſe ab Hiſpanijs Romam, vel à Gallijs in Hiſpaniam nunc peregrinatur. Audi Prudentium.

Vivitur

Vivitur omnigerus in partibus, haud ſecus ac ſi
Cives congenitos concludat mænibus unis
Vrbs patria, atque omnes lare conciliemur auito.
Diſtantes regione plagæ, diviſaque ponto
Littora conveniunt nunc per vadimonia ad unum,
Et commune forum. Nunc per genialia fulcra
Externi ad ius connubij: nam ſanguine mixto
Texitur alternis ex gentibus una propago.

Alium etiam teſtem, nec minus veridicum: Hiſpanum Oroſium tibi produco lib. 5. c. 2. Latitudo Orientis, *inquit,* & Septentrionis copioſitas, Meredionalis diffuſio magnarum largiſsima tutiſsimaque ſedes mei iuris, & nominis ſunt. Quia ad Chriſtianos, & Romanos, Romanus & Chriſtianus accedo. *Accedat etiam Claudianus qui forte etiam Hiſpanus eſt.*

Huius pacificis debemus moribus omnes,
Quod veluti petrijs regionibus utitur hoſpes:
Quod ſedem mutare licet, quod cernere Thulem:
Quod bibim' paſsim Rhodanũ: potamus Araxim:
Quod cuncti gens una ſumus.

Rutilius numatianus ad Romam initin.

Feciſti patriam diverſis gentibus vnam,
 Pro fuit iniuſtis te dominante capi.
Dumque offers victis proprij conſortia iuris,
 Vrbem feciſti, quæ prius orbis erat.

Quod ſi hoc his vere dicere licuit, cum iam magna barbarorum colluvies in Romanum Imperium irrupiſſet, inque omnia eius membr ſævijſſet, quid dicerent de beatiſsimo illo, atque plane pacatiſsimo ſæculo, de quo Sybillinum illud apud Virgilium carmen.

Pacatum-

Pacatumque reget patrijs virtutibus orbem. Anni. Romæ

In Hiſpania præcipuè ab Auguſto poſt bellum Cantabricum ad Vandalos, & Gothos pax æterna. Florus lib. 4. cap. ultimo. Hic finis Auguſto bellicorum certaminum fuit, idem rebellandi finis Hiſpaniæ. Certa mox fides, & æterna pax cum ipſorum ingenio in parte pacis promptiore. *Oroſius item lib. 6. c. 21. æternam vocat hanc pacem:* Tota Hiſpaniam æternam pacem cum quadam reſpiratione laſsitudinis reclinata, ac repoſita quievit. *Hinc Aræ ac templa* Paci æternæ *conſecrata. Multa Lipſius de hac Romani orbis pace inde Magnit. Roman. lib. 1. cap. 7. & lib. 4. c. ultimo.*

Reddidi tibi pacatum orbem, cum hæc peregrinatio in moribus Chriſtianorum, & uſu eſſe cœpiſſet. Forſitam, & an tunc peregrinatio Chriſtianorum ad loca ſancta fuerit, requiris. D. Hieronymuus pro multis tibi ſit. In epiſtola ad Marcellam. Longũ eſt nunc ab aſcenſu Domini uſque ad præſentem diem per ſingulas ætates currere, qui Epiſcoporũ, qui martyrum, qui eloquentium in doctrina Eccleſiaſtica virorum venerint Hieroſolimam, putantes ſe minus religionis, minus habere ſcientiæ, nec ſummam, ut dicitur, manum accepiſſe virtutum niſi in illis Chriſtũ adoraſſent locis. *Sed dices hoc de ſolis Hieroſolymis teſtimonium ferri. Ipſe D. Hieronym. in eadem epiſtola diſertis verbis reſpondet.* Et Martyrum ubique ſepulcra veneramur, & ſanctam favillam oculis apponentes, ſi liceat etiam ore contingimus. *De locis ſacris noſtræ Hiſpaniæ addubitas? audi Prudentium piiſſimum ſimul, & elegantiſsimum Poetam noſtrum in hymno de Hemet. & Chaledonio.*

Exteri necnon, & orbis
Huc colonus advenit,
Fama nam terras in omnes
Præcurrit pro ditrix:

L Hic

Anni. Chriſt. | Anni. Roma.

Hic Patronos eſſe mundi,
Quos præcantes ambiant.

Ipſe etiam alibi.

Illitas cruore ſancto
Nunc arenas incolæ
Confrequentant obſervantes
Voce, votis, munere.

Iulianus Petri in chronico, quod mſ. apum me ſervo (debeoque R.P. Ioanni Pinedæ è Societ. Ieſu. Qui pro ſua in me benevolẽtia, & amicitia omnia Bibliothecæ ſuæ penetralia mihi aperuit) refert ſe à Calixto Summo Præſule Romæ concionantè audiviſſe. Quod S. Petrus, S. Clemẽs, & S. Timotheus, & quotquot inviſerunt Hiſpanias, S. Iacobi ſepulchrum inviſiſſent.

f *Scio domum pro tota gente accipi. Sed hic de patria ac civitate intelligit. Nam affirmat domo Caium eſſe Corinthium, genus ab Hiſpanis habere. Nec tamen auctore deſtituitur, nam domus etiam pro patria, ac civitate. Apud Virgil.* Da propriam Tymbræe domum, da mænia nobis. *Suetonius de Vitellio.* Cæterum P. Vitellius domo Nuceria, ſive ille ſtirpis antiquæ, ſive pudendis parentibus atque avis, eques certe Romanus. *Notat Iſaacus Caſaub. ad Tranquill. lib. 7. p. 162.*

g *Et hic critico cauterio opus, caret enim prorſus auctore S. Ioannem Evangeliſtam in Hiſpanias veniſſe. Niſi locum ſuũ mutaſſe illa verba* in Hiſpanias: *& ad Pauli reditum applicanda velimus, & reponamus.* Etiam D. Paulum inde redeuntem ad Hiſpanias, *& paulo poſt*: inviſitque Ioannem ab exilio redeuntem, & comitatur Ioannem, & Romam uſque Ignatium. *Sed nihil muto. Tuum arbitrium ſpecto. & codicum antiquorum fidem appello.*

h Et Romam uſque Iginium.) *Iterum non diſpari aberrat ineptia ſupinus exſcriptor: nullus tum cognitus Iginius*

[illegible]. *ex Chriſtianis, valde tamen Ignatius: atque ita repoſuimus* Anni.
[illegible]. *Ignatium: adſtipulantibus Codicibus Archiep. & Pined.* Romæ

71 Hieroſolymæ excisſæ: [i] templum antiquitate, religione, frequētiaque totius orbis maximum, & auguſtiſsimum ſext. Idus Septembris exuſtum fuit. 822.

i *Ioſephus oculatus teſtis de bel. Iud. lib. 7. c. 9. & 10. Euſeb. in hiſt. lib. 3. c. 8. & 9. & in chron. anno 72. Egeſippus lib. 5. c. 48. & 49.*

S. Oneſimus [l] S. Pauli diſcipulus ex urbe Patararum in Achaia cum ſanctis virginibus Polyxena, & Saria diſcipulis Andrææ Apoſtoli per Hiſpanias prædicat.

Iulianus in chron. anno 109. Xantippe, & Polyxena eius ſoror virgo ſanctiſsima, & eius ſocia Rebecca itē virgo: & ſanctus Oneſimus S. Pauli diſcipulus frequenter Laminio Toletum ventitāt, *& iterum*, frequenter S. Oneſimus Toleti prædicat, & per totam diſcurrit Carpetaniam, *De S. Oneſimo agitur in Martyrol. Rom. 16. Febr. & eo die Beda, Vſuardus & alij. Paſſus eſt ſub Traiano Imperatore, & Tertullo Vrbis Præfecto anno Chriſti* 110. *Baronius in notis ad Martyrolog. & in Annal. 1. tom. anno* 100.

Sanctus Hierotheus natione Hiſpanus, [m] (quem à Paulo Converſum diſcipuli ſui Dionyſij gloria clarum fecit)

Digitized by Google

n ad Hiſpanias ſe contulit. Prius Epiſcopus Athenienſis, o poſt Segoviæ p in Arevacis Epiſcopus ſanctitate mirandus habetur.

m *Tuentur etiam Græci, & noſtri auctores Morales lib. 9. c. 12. Padilla Cent. 1. c. 22. Carrillus in Annal. Sunt etiam qui Aſtigitanum putēt, quibus libenter antiquiſsimæ, & nobiliſsimæ civitatis honori proſpiciens aſſentirer, ſi id aliquo auctoris teſtimonio, vel traditione antiqua fulcirent, interim tamen anceps, & animi pendens ſum.*

n *Teſtatur ipſe Dionyſius lib. 1. de Eccleſ. Hierarch. par. 1. c. 2. & de Divinis nominibus c. 3 & 7.*

o *Græci 4. Octob. ea die Vſuardus, Molanus, & Galeſinus.*

p *Nomen integrum nunc retinet per tot ſæculorum volumina nobilis civitas, lanificij, pannique conficiendi arte, & divitijs pollens. Fuit etiam altera Segovia in Bætica non longe à Carmone prope flumen Silicenſe, quod nunc* de las Algamitas: *de qua* Segovia *Hirtius lib. 1. de Bel. Alex.* Caſius his rebus incenſus movet Caſtra, & poſtero die Segoviam ad flumen Silicenſe venit. *Quod lubens moneo, quia in Dextro plures urbes cognomines reperire eſt in diverſis Hiſpaniæ provincijs, ne parum attentos lectores tranſverſos agat.*

M. Marcellus q M. Marcelli diſcipuli Petri cognomento Eugenij conſanguineus, olim cum eodem Marcello Simonis Magi diſcipulus, non procul Roma patitur.

q *Plures in noſtro Marcelli: quorum hic primus martyrij*

lauream

i. *lauream Romæ tulit. De eo Martyrologium Rom. 7. Octob.* Anni.
ix. Romæ SS. Marcelli, & Apulcij. Qui primo quidem Romæ
Simoni Mago ad hæſerunt. Sed videntes mirabilia, quæ per Apoſtolum Petrum Dominus operabatur, relicto Simone, Apoſtolicæ doctrinæ ſe tradiderunt, ac poſt paſsionem Apoſtolorum ſub Aureliano Conſulari coronam martyrij reportarunt, ſepulti non longe ab urbe. *Iulianus in chron.* Fuit hic ſanctus Marcellus diſcipulus S. Petri prius cum altero Marcello cognato ſuo, (qui poſt fuit martyr Romæ) & Apuleio diſcipulo Simonis magi, & de domo Cæſaris Neronis. *Vides quam cum noſtro concordent omnia.*

Theodorus ſecũdus [r] Cæſarauguſtanus Epiſcopus prædicans in Africana Pentapoli, [ſ] cum Irenæo [t] Archidiacono ſuo, & Serapione, & Ammonio lectoribus martyr fit.

r *Martyrol. Rom. 26. Martij: Cæſarauguſtanæ tamen ſedis ibi nulla mentio. Eſt apud M. Maximum in hymno, qui locum martyrij deſignat:*

Laudote nunc Athanaſi ſacer,
Teque præſtanti Theodore cantu,
Non minus noſtris Epitecte præſul
Dignus es odis.
Tertium, & primum videt ipſe Iberus
Fortiter paſſum, ſed enim ſecundum
Sacra per tractus libycos ferentem
Clara Cyrene.

ſ *Hac à Suida* Thebais libyca *vocatur, eſtque Cyrenæ regionis Pars, cuius freques apud Sinecium mentio.*

t *Martyrol. Rom. eo die 26. Martij. Eadem Vſuardus.*

Nec

Digitized by Google

Anni. Chriſ.

Nec multo poſt delatum eius corpus ad Hiſpaniam, [u] ut ipſe Thedorus iuſſerat, prope ſepulchrum Sancti Iacobi iacet.

u *Breviaria antiqua Compoſtellanæ Eccleſiæ ita habent, & Morales lib.9.c.7.*

76 Paulus Sergius Hiſpali [x] Cordubæ, Barcinone, Cæſaraugustæ, Secuntiæ, & in pluribus alijs Hiſpaniæ urbibus prædicat, totamque provinciam peragrat. 112

x *Eius memoriam celebrant Acta Apoſt. c.13. Philippus Bergomenſis in vita Pauli lib.8. Morales lib.9.c.11. Padilla Cent.1.c.23.*

M.Pelagius, & Aulus Altimus Paternus, [y] cives Toletani S. Saturnini. [z] S. Petri diſcipuli prædicatione miraculiſque (quæ præclara edidit) Toleti præmiſsis illuſtrati.

y in *Primus hic Conſtantienſium Epiſc. fuit de eo fit 23. Sept. Martyrol. Rom. adi. Baron. in notis.*

z *Pampilonenſis Eccleſiæ Breviaria antiqua. Iulianus in chronico anno 105. Moral. lib.9.c.5. Padilla Cent.1.c.20.*

86 Per idem tempus S. Anacletus, [a] vel Cletus ſucceſſerat Lino. Linus vero ſucceſſerat in Sede Romana Petro. 837

Qui

Anni. Romæ

a *Qui Pontificiam hiſtoriam ſcribunt, eo etiam ordine ſufficiunt. Optimeque,* ſucceſſerat *, ſcriptum iu noſtro auctore: cum non hoc anno, ſed 81. Veſpaſiano, & eius filio Tito Coſſ. Pontificatus infulis condecoratus fuerit.*

Veſpaſiano, Titus, [b] Tito vero Domitianus Imperator crudeliſsimus ſucceſsit. Qui ſecundam contra Eccleſiam perſecutionem movit.

b *Ita hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores uno conſenſu.*

Caparæ in Luſitania [c] Carilippus, & ſocij [d] martyrium paſsi ſunt.

c *Antonino, & Ptolemæo, veteribuſque eius ruinis nota urbs. Nunc* Las ventas de Caparra *in Bæticæ colimitio, quamvis olim ea pars Luſitaniæ adiudicata fuit.*

d Carilippus & ſocij) *Martyrol. Rom. 28. April. & eo die Beda, & Vſuardus, nomine loci omiſſo.*

Domitianus quoddam templum [e] ſine contignatione facit.

e *Euſebius in chronico.*

Idem primus Imperatorum ſe Deū [f] appellari facit.

f *Suetonius, Dio, Eutropius, Oroſius, Martialis lib. 8.*

Edictum Domini, Deique noſtri,
Quo ſubſellia certiora fiunt.

In

Anni. Chriſ. *Et alibi*: Poſſe Deum rebus pariter Muſiſq, vacare.

Scimus:

Statius lib. Syl. En tibi eſt,

Deus hunc iubet beatis

Pro ſe Iupiter imperare terris.

Sed an fuerit primus, dubito: nam antea Caligula ſe hoc crimine impiaverat, Suet. lib. 7. c. 2.

S. Iulianus diſcipulus S. Petri,[g] Martiali charus[h] Vicum transfertur.[i]

g *Hic Iulianus ſanctorum Luciani Bellovacẽſis Epiſcopi, & Maximi ſocius. De quibus agitur 8. Ian. in Martyrolog. Roman.*

h *Martialis Epigrammate 25. lib. 3. Iulianum quendam, non tamen ut amicum, in ceſsit.*

Si temperari balneum cupis fervens

Fauſtine, quod vix Iulianus intraret,

Rogo lavet, uti Rhetorem Sabineum,

Nerionanas is refrigerat thermas.

i *Hodie* Sãnta Cruz de la çarça.

Libri impreßi nimis importune hic Narciſum Martyrem Gerundenſem exhibent, & iterum anno Chriſti 277. repetiit: ſed hæc, utpote ſuo loco, & tempore pulſa, & errantia, ad eũ mandavimus, ſcilicet quo ſanctus hic martyr coronam martyrij tulit ſub Aureliano.

C. Valerius Lentulus vir Conſularis, ut Domitiano placeret, egit Laureolum[l] Chriſtianum.

l *Laureolus Tragædia fuit (ut quidam ex Aulo Gelio*

opinan-

Digitized by Google

Anni Romæ

opinantur, aliis contra nitentibus) Nævij Poetæ, in qua Laureolus latronum dux in crucem agebatur, & à feris laceratus populo ſpectante, devorabatur: quæ fabula aliquoties Romæ repræſentata fuit, ita ut qui Laureolum ageret ſons, non ficta, ſed vera cruce ad mortem torqueretur. Martialis in Anphiteatro:

Nuda Caledonio ſic viſcera prebuit urſo
Non falſa pendens in cruce Laureolus.

Huius fabulæ meminerunt Suetonius in Caio c. 37. Ioſephus antiquit. lib. 19. cap. 1. Tertullianus adverſus Valentinianos, c. 14. D. Hieronymus in epiſt. ad Sabinianum de Lentulo huius fabulæ exhibitore. Hæc, *inquit*, ridicula tibi forte videatur, qui comædis, & Lyricis ſcriptoribus, mimis, & Lentulis delectaris. *Teſtis etiam eius ævi Iuvenalis Satyr. 8.*

Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,
Iudice me, dignus vera Cruce.

Eo ſcilicet ſævitiæ in Chriſtianos ventum erat, ut non ſolum noxia capita, ſed innocentiſsimi quique eo dumtaxat nomine, quod Chriſtiani eſſent, in hæc immaniſsima tormenta per ludum raperentur, Laureolumque, aut Dædalum, aut Hippolytum repræſentarent, non mimica, ſed vera Cruce. Quod magis admirari oportet, nam vetere Romanorum iure in ludis, & Theatris vetita erant reorum cruciamenta, ut ex Livio Dec. 1. lib. 2. elicitur. Sed invaleſcente luxuria, & moribus in peius quotidie lapſis omnia hæc iura violata ſunt, fruſtraque pro Chriſtianis advocabantur.

Flavius Clemens [m] vir Conſularis occiditur pro fide 21. Novemb. familiaris Martiali. [n]

Digitized by Google

Anni. Chriſ. m *Sub obſcure tradit hoc Suetonius in Domitiano cap. 15. Expreßius Dio in eo Principe.* Tum vero Fabium Clementem Conſulem, & ſi nepos eius erat, duxeratque uxorem Flaviá Domitillam propinquam ipſius, morte affecit, illato ambobus crimine ἀθεότητος, Cuius rei cauſa multi, qui in mores Iudæorum tranſierant, damnati ſunt. *Iudæos tunc Chriſtianos Romani vocabant, ex eo quod Chriſtus, quem profitebantur, ab ea gente erat, quodque primi etiam eius annunciatores Iudæi. Quamvis autem huiuſce martyris nomen in Martyrologijs non ſit, martyrem tamen fuiſſe affirmat Baronius in Annal. anno 98.*

n *Forſitam is eſt, ad quem epigram. 93. lib. 10.*

Si prius Euganeas Clemens Heliconis in Oras.
Pictaque pampineis videris arva iugis:

Contra Matheus Raderus. Sed nec iudicium ſuum ratione fulcit, aut teſtem producit.

Thraſeas,[o] Helvidius, Bareas, traditi ſunt à quibuſdam Chriſtiani.

o Thraſcas, Helvidius, Bareas traditi ſunt à quibuſdã Chriſtianis) *Levibus mendis, non leviter peccatum. Siquidem ablata, vel addita litera, vel mutata, hiſtoriæ veritas grave accipit nocumentum. Ita ſcriptum in Codice etiam Pinedæ, & Achiepiſcop. Hiſpalenſ. niſi quod in ambobus Thraſeas vere ſcribitur. Ego ab ipſius hiſtoriæ arcanis ſic reſtituo.* (Thraſeas, Helvidius, Bareas traditi ſunt à quibuſdam Chriſtiani.) *Hi ſunt Thraſeas Pætus, Helvidius Priſcus, Bareas Soranus. Quorum honeſtiſsimi, atque ad virtutem compoſiti mores nominis Chriſtiani, digni ut cenſerentur, effecerunt. De Thraſea, & Barea, Tacitus. 16. Annal.* Trucidatis tot inſignibus viris, ad poſtremum Nero virtutem ipſam excindere conatur, interfecto Barca Sorano, & Thraſea

Pæto.

Anni. Chriſ. Pæto. *Idem Tacitus 4. hiſtor. de Helvidio Priſco.* Helvidius Priſcus regione Italiæ ſeptima, Tarracinæ municipio, Cluvio patre, qui ordinem primipili duxiſſet, ingeniũ illuſtre altioribus ſtudijs iuvenis admodum dedit, non ut plerique, ut nomine magnifico ſegne otium velaret, ſed quo firmior adverſus fortuita rempub. capeſſeret. Doctores ſapientiæ ſequutus eſt, qui ſola bona quæ honeſta, mala tantum quæ turpia. Potentiam nobilitatem, cæteraque extra animum: neque bonis, neque malis annumerant. Quæſtorius adhuc à Pæto Thraſea gener dilectus e moribus ſoceri nihil æque, ac libertatem hauſit. Civis, Senator, maritus, gener, amicus cunctis vitæ officijs æquabilis. Opum contemptor, recti pervicax, conſtans adverſus metum. *Capitonis Coſſutiani, qui etiam Thraſeæ ſuggillator erat, apud eundem Tacitum verba apponam:* Eiuſdem, *inquit*, ille, animi eſt Popæam Divam non credere, cuius in acta D. Auguſti, D. Iulij non iurare, ſpernit religiones, &c. *Vides viros in Chriſtianos, ſive Chriſtianis dignos mores incumbere? ideo Chriſtiani putati, & traditi. Apud Sueton. lib. 8. c. 9.* Sanctiſsimos *appellatos invenias.* Iunium Ruſticum, quod Pæti Thraſeæ, & Helvidij laudes edidiſſet, appellaſſetque eos ſanctiſsimos viros, &c. Anni. Romæ

Florebat per idem tempus in Hiſpania Cohors Celtiberorum, quæ nũc eſt Brigantij: hæc habet Suellos p iaculatores, ex oppido nunc Suello q in Celtiberia corrupto quidem vocabulo deſumpto ab ipſis Suellis iaculatoribus.

p *Iaculatorum Suelitanorum Cohortem non ſemel noſter celebrat. Nec oblitus Martial. qui lib. 4. epig. 54. aliàs 51.* Et

Anni Chriſ. certos iaculo levi Suellos. *In quo loco aliqui contendunt legi oportere* Sillaos; *vel* Suævos. *Sed Matthæus Raderus in commentarijs ad Martial.* Suellos *cum veteribus Codicibus, & Calderino legit, quæ lectio à noſtro firmatur.* Anni Rom.

q *At Suellum oppidum, ſive Suel in Bætica. Plinius me ducit, ac docet lib. 3. c. 1.* Mõs Calpe, dein littore interno oppidum Berbeſula. Item Salduba. Oppidum Suel. Malaca cum fluvio fæderatorum. *Antonius in itinere à Malaca Gades.* Malaca. Suel. Cilniana. *Pomponius Mela. lib. 2.* Ad principium Bæticæ præter Carthaginem, quam dux Pœnorum Aſdrubal cõdidit, nihil referendum eſt. In illis oris ignobilia ſunt oppida, & quorum mentio tantum ad ordinem pertinet, Virgi in ſinu, quem Virgitanum vocant. Extra Abdera. Suel. Hexi. Menoba. Malaca, &c. *Hoc oppidum*, Suel Molena, *exteri vocant, aliqui volunt eſſe* Chipiona. *Sed toto cælo errant: à Doctioribus:* La Fuengirola: *ſtabilitur. Ita Bernardus Aldrete de orig. lig. Caſt. lib. 1. c. 2. Martin. Roa in ſua Malaca. Ibi priſci illius ſæculi lapis clamat.*

NEPTVNO. AVG. SACRVM.
IVNIVS. PVTEOLANVS. VI. VIR.
AVGVSTALIS. IN. MVNICIPIO.
SVELITANO. D. D. PRIMVS. ET.
PERPETVVS. OMNIBVS. HONO-
RIBVS. QVOS. LIBERTINI. GE-
RERE. POTVERVNT. HONORATVS.
EPVLO. DATO. D. S. P. D. D.

Fuengirolenſes *nunc, ſive* Suellitani *iaculandi peritia excellunt, quaſi à loci priſco Genio edocti. Quare ergo noſter Celtiberos hos iaculatores, Suellumque in Celtiberia comminiſcitur?*

Digitized by Google

Anni. Chriſt. *niſcitur? Fuerunt certe Celtiberi iaculatores, fuit etiam Suellum in Celtiberia. Vel quod Cohors illa utrique nomen dederit ab inhabitatione: Vel quod reapſe eiuſdem nominis duo oppida fuerint. Ab hoc ſenſu capio Martielem lib.4.epig.54. vel 42. non à Suel Bæticæ, ut ibi interpretes. Ipſe Martialis luculentis verbis Suellos Celtiberos facit, & inter illa patriæ duriora nomina connumerat.* Anni. Romæ

Nos Celtis genitos, & ex Iberis
Noſtræ nomina duriora terræ
Grato non pudeat referre verſu:
Sævo Bilbilim optimam metallo:
Quæ vincit Calybaſque, Noricoſque:
Et ferro Plateam ſuo ſonantem,
Quam fluctu tenui, ſed inquieto
Armorum Salo temperator ambit.
Tutelamque Choroſque Rixamarum,
Et convivia feſta Carduarum,
Et textis Peteron roſis rubentem,
Atque antiqua patrum theatra Rigas,
Et certos iaculo levi Suellos.
Turgentique lacus Petuſiæque,
Et parvæ vada pura Betoniſſæ,
Et ſanctum Baradonis illicetum.

Nullum hic oppidum Bæticæ, ſed Celtiberiæ, ut cætera, quæ commemorat: duo igitur oppida conſtituamus neceſſe eſt, alterum in Bætica, alterum in Celtiberia; illa enim Celtiberorum Cohors Suellitanorum, hinc inde ſæpius involabat, potuitque, utrique nomen ſuum indere. Vt ut ſit, Suellum in Celtiberia ex Martiale habemus, & Dextro.

Apud Meſſanenſes celebris eſt memoria Beatæ Virginis Mariæ [r] miſſa prius ab eadem dulci epiſtola.

r *Meminit*

Digitized by Google

Anni. Chriſ. r *Meminit Baronius tom.1.ann.48. Petrus Caniſius lib.5. c.1.de Deipara Virgine. Nos alibi in hoc ſtadio.* Anni Roma

Caſtris Cæcilijs [ſ] in Luſitania prædicat S.Ionas [t] diſcipulus S. Dionyſij Areopagitæ, & ad Galliam poſt revertitur.

ſ *Hodie* Caceres,*luxato vocabulo.*
t *Petrus in Catalogo lib.8.c.106.Martyrol.Rom.22.Sept.*

Apud Caracam [u] in Carpetanis ſancti martyres Aemilianus, & Geronius pro Chriſti fide martyrium conſtanter paſsi.

u *Eadem quæ* Arriaca *apud Antoninum.Hodie Punico nomine* Guadalajara *de ea ſatis multa Barreros in Chorographia.*

88 Maria Magdalena miraculis clara 839.
mirifice divinis laudibus, contemplationique dedita in [x] gloriam [x] migrat.

x Maria Magdalena miraculis clara mirifice divinis leudibus contemplationique dedita in Galliam migrat.) *Ita in impreßis, quod falſum omnino: nam idem ipſe Dexter anno 48. cum Lazaro, Marta, & ſocijs navigio ſine velo, & remige impoſitam Maſsilliam appulliſſe aſſeverat. Alij etian antea anno 35. in prima illa diſperſione diſcipulorum hoc contigiſſe aiunt, quod Baronius, & recentiores verius iudicant: oportuit enim Lazarum cito pelli, ne impij*

Iudæi

Digitized by Google

Anni. *Iudæj ſuæ perfidiæ teſtem quotidie coram aſpicerent. Maxime* Anni.
Chriſt. *hoc anno 88. id contingere uon potuit, exciſſa iam urbe Hieroſolyma, everſo, concrematoque templo illo Auguſtiſsimo, & abductis in captivitatem ſuperſtitibus Iudæorum. Quo igitur pacto Magdalena nunc in Galliam migrat? repono ab eiſdem literarum veſtigijs (& mecum fortaſſe docti iudicabunt)* in gloriam migrat. *veteres* Gliam *pro* Gloriam *breviabant. Vnde mendum ab imperito* Galliam *pro* Gloriam *exſcribente. Alij Codices habent* in Gallia migrat: *quæ lectio ſubſtineri poteſt.* Romæ

90 S. Mancius, y vel Manlius civis Romanus, Chriſti diſcipulus, primus Eborenſium in Luſitania Pontifex, qui in Gallia prius prædicaverat, & poſt multos labores migrat martyr. 841.

y *Iulianus in chron. etiam Martinum nominat, potuitque tot habere cognomina more Romano, ille Auctor:* S. Martinus primus Epiſcop. Eborenſis, & Apoſtolus, diſcipulus Domini, civiſque Romanus eo tempore repletus Spiritu Sancto miraculis fulget, ſunt qui putent dictum hunc Memmium Mancium. *De S. Mancio Martyrolog. Rom.* 15. *Maij. Theſau. concion. tom.* 2. *Vaſſæus anno* 100. *Molan. ad* 12. *Kal. Iun. fuſe in Breviarijs antiquis Eccleſiæ Eborenſis, & Burgenſis Moral. lib.* 9. *c.* 30. *Garibaius lib.* 7. *c.* 14. *Padill. Cent.* 2. *c.* 2. *Iacobus Vaſconcellus in Ebora lib.* 5. *Reſendius lib.* 4. *antiquit. Luſit.*

91 Vxamæ barchæ [z] in Autrigonibus Hiſpaniæ S. Trophimus Ovantius, & Aſtorgius Epiſcopus [a] martyres in eadẽ 242.

Eccle-

Eccleſiæ perſecutione pro Chriſti fide conſtantes cæſi ſunt.

z *Alia eſt Vxama Vaccæorum, quæ etiam* Argella *dicta Ptolemeo. Hæc, de qua nũc Dexter,* Vxamabarcha *continuatis literis enuncianda in Autrigonibus fuit. Quæ tamen hodie ſit prorſus ignoro.*

a *De S. Throphimo S. Pauli diſcipulo mentio fit in Actis Apoſtolicis c. 20. & 21. & ad Corint. 4. Sed Arelate paſſus refertur, ut primus illius Eccleſ. Epiſ. ex epiſt. Comprovinc. Epiſcop. apud B. Leonis opera. & Baron. ann. 450. num. 52. Euſtorgius epiſcopus eſt Mediolanenſis de quo in Martyrol. Rom. 18. Sept. de Ovantio maior caligo eſt.*

Glabrio [b] Cõſul Romanus pro Chriſti confeſsione cæditur.

b *Acilius hic eſt Glabrio. Qui cum Vlpio Traiano Conſulatum geſsit anno V. C. 845. Chriſti 93. cuius illuſtriſsimi martyris acta, ut etiam pleraque, interciderunt. Sed Dio hiſtoricus ſub obſcure in Domitiano rem narrat.* Glabrionem quoque, qui cum Vlpio Traiano magiſtratum geſſerat, accuſatũ præter cætera ſuperioris criminis (ἀθεότητος) & quod cum beſtijs pugnaſſet, interfici iuſsit, cui præſertim propter invidiam infenſus erat. Nam cum eum Conſulem in Albanum vocaſſet, & ad iuvenalia, coegiſſetque immanem Leonem expugnare: Glabrio non ſolum à Leone læſus non eſt, ſed etiam eum egregie confecit. *Nec oblitus Iulianus Petri*: Memoria ſancta, celebriſque Atilij (*lege Acilij*) Glabrionis viri Conſularis anno 94. 1. Novemb. Fuit natus in Hiſpania urbe Menteſa in Oretanis. *Vide Baroniam anno 94. 1. tom.*

Nereus, Achilleus, [c] & Flavia Domi-

tilla

Digitized by Google

tilla relegati crebris, S. Marcelli Eugenij poſt Toletanorum Pōtificis literis [d] recreati, tandem pro fide cæſi ad martyrij Lauream evolant.

Tota Hiſpania celebris habetur memoria S. Iacobi Apoſtoli Zebedæi filij, primique illorum Paſtoris, & egregij Doctoris.

c *De his in Martyrolog. Rom. 12. Maij. De Flavia Domitilla 7. eiuſdem menſis, ubi multa Baronius notatu digna.*

d *Iulianus in chron. anno* 104. S. Vitalis Toletanus Archipresbyter miſſus à S. Eugenio ad cōſolandum Chriſtianos detentos in inſula Pontia, &c.

Ioannes Theologus, exultantibus totius orbis Eccleſijs, ab exilio revocatur [e] omnes illius reditum miſsis literis gratulantur.

e *Dionyſius Areopagita epiſt. 10. Hanc exilij revocationem non niſi occiſo Domitiano anno Chriſti 98. ſcribunt chronologi, vel Dione teſte in Nerva. Nerva omnes, qui impietatis in Deos rei fuerant, abſolvi voluit, & exules in patriam reduci. In noſtro itaque 7. annorum prochroniſmus eſt.*

Philippus cognomento Philotheus, [f] (qui prius corpora SS. Martyrum Gervaſij, & Protaſij civium ſuorum Mediolanenſium Mediolani ſepelierat)

Anni. Chriſ.

converſuſque in capo Laminitano a S. Paulo illum ſequutus adhæſit Clementi, à quo legatus miſſus in Hiſpanias Toleti, Barcinone, Cæſaraugustæ, Hiſpali, Valentiæ, & in multis alijs urbibus prædicat.

f Philippus cognomento Philotheus.) *Michael Sincellus in vita S. Dionyſij*: Porrò S. Clemens per idem tempus Philippum quendam Hiſpanis Epiſcopum præfecerat, eandemque poteſtatem, quam ipſe Divinus Clemens à B. Petro acceperat, ipſi dederat dicens: profectus in Occidentales plagas Evangelium regni cælorum prædicato. *Iulianus in chron.* Philippus cognomento Philotheus, quem Iaminij in Hiſpania convertit. S. Paulus à. S. Clemente Papa Legatus Sedis Apoſtolicæ mittitur in Hiſpaniam. Prædicat Toleti, &c. *Hæc etiam Garivaius lib.* 1. *c.* 29. *Padilla Cent.* 1. *c.* 20.

S. Iulianus civis Toletanus [g] Toleti patitur 7. die Ianuarij. Fuit Epiſcopus.

g *Iulianus Petri Archipresbyt. in chron. anno* 93. Iulianus diſcipulus S. Clementis poſt Romani Pontificis in Hiſpania prædicatione S. Petri converſus conſtituitur Epiſcopus Carpetanorum. *De eo Martyrol. Rom. vetus, & novum, Maurolicus, Vſuardus, Molanus, & alij* 7. *Ianuarij.*

Aulo Cornelio Palma [h] V. C. cive Toletano II. Viroque Chriſtiano Toletum venit, ibique M. Marcellus Sedé

prima-

primariam totius Hiſpaniæ, [i] ut in eius meditullio conſtituit. Metropoles à S. Iacobo cœptas melius diſponit, Eccleſiamq; totius Hiſpaniæ luculenter promovet.

h Aulus Cornelio Palma. V. C. civi Toletano II. viroque Chriſtiano.) *Sic ineptiunt impreſſi. At Codex Arch. Hiſp. & Ioan. Pinedæ.* Aul. Cornelius Palma V. C. cive Toletano. *In Vercellenſi. Vt eſt in margine illius Ioãnis Pin. Codicis.* Aulo Cornelio Palma cive Toletano, Duum viroque Chriſtiano. *Sentio, & repono cum Vercellenſi: nec me movet aliquorum annorum anticipatio, id enim fit ſæpiſsime numeris intercidentibus. Aulus Cornelius Palma vir Conſularis, Duum virque Toletanus primum Conſulatum geſsit cum Caio Soſio Senecione anno Chriſti 101. ſecũdum cum Calviſſo Tullo anno 111. Præfectus etiam Syriæ Arabiam; vel eius partem in poteſtatem Populi Romani redegit, Dio id teſtatur:* Per id tempus Palma Præfectus Syriæ cepit eam Arabiæ partem, quæ Petram attingit. *De eo etiam Martialis lib. 12. Epigram. 9. ad Traianum.*

Palma regit noſtros mitiſsime Cæſar, Iberos:
Et placido fruitur Pax peregrina iugo.
Ergo agimus læti tanto pro munere grates:
Miſsiſti mores in loca noſtra tuos.

Vbi Matthæus Raderus, qui primo addubitaverat, licet immerito: Nec dubitandum amplius de Palma Præfecto loqui à Traiano in Celtiberiam miſſo, quem Poeta & laudat, & Traiano pro tam clementi Præſide gratias agit. *Demum Palmam noſtrum occidit Hadrianus, ut Dio in eo Prince refert. Habuit filium Aulum Palmam Ponti Epiſ-*

Anni Chriſ. *copum, cuius meminit anno* 102. Mentio celebris in Hiſpania Auli Palmæ Epiſcopi Ponti, filij Auli Palmæ viri Conſularis, quem occidi iuſsit Hadrianus. *Eſt & mentio Palmæ: Apud Paulum Iuriſconſultum, in l. Vranius, ff. de fideiuſſ. & mand.* Anni Rom.

i *Poſt M. Marcellum Romæ Martyrem de quo ſupra aliũ. M. Marcellum Epiſcopum Toletanum illiuſque conſanguineum, repræſentat, cuius res geſtas ſedule diſquirit. Hunc primatus fundamenta altius ieciſſe aſſeverat. M. Marcellum, Eugenium, S. Dionyſij diſcipulum nominat. Noſtri hiſtorici cognomine tantum Eugenij agnoſcunt. Alij civem Romanum, quod verum, alij Græcum Eugenij cognomine decepti faciunt. Diſcipulum S. Dionyſij Areopagitæ teſtantur Beuterus lib. 1. c. 2. Vaſſeus anno 97. Alcocer lib. 1. c. 26. Padilla Gent. 1. cap. 27. Vellit tamen mihi aurem Breviarij Eccleſiæ Hildemenſis hiſtoria, quæ diverſos Marcellum, & Eugeniũ S. Dionyſij diſcipulos conſtituit hiſce verbis:* Cum pluribus Coepiſcopis, & Presbyteris, & Diaconibus Arelatenſium, uſque civitatem pervenit (*Dionyſius*) commiſtros ſibi traditos deſtinavit, videlicet B. Lucianum Bellovacenſibus, Marcellum Bituricenſibus, alioſque complures ſuis in locis. Eugenium vero Toletum comittere ſtuduit. *Alteram occupat aurem Methodius in Dionyſij martyrio:* Socij, *inquit*, B. Dionyſij fuerunt Saturninus, Marcellus, & Lucianus. Hi cum veniſſent, & una interfacerent, pervenerunt ad portum Arelatenſis urbis. Tunc S. Dionyſius, Marcello miſſo in Hiſpaniam, ut Chriſti Eccleſijs verbum vitæ proponeret, ipſe Spiritus Sancti calore incenſus, &c. *Vides diſcrepantiam? Sed nec propterea à Dextri fide recedimus, quem tuetur doctiſsiſſimus D. Thomas Tamaius de Vargas amicus noſter Toleti, imo totius Hiſpaniæ ornamentum, qui quidem Muſas eius ad pileum & libertatem vocat.*

M. Man-

pi. ſiſ. M. Mancino II. viro Barcinonenſi[l] Anni Romæ
idem Philippus Barcinonem adijt. Ibidemque per aliquot menſes manet.

l *Videntur clauſulæ inverſo ordine ſcriptæ. Et hæc debere ſcribi poſt illam in qua de Philippo agit immediate.*

14. S. Clemens ſcribit[m] Iuliano Epiſcopo Carpetano, & Iulio Abulenſi. 845.

m *Is Iulianus eſt, de quo proxime dictum. Epiſtolam invenies 1. tom. concil. ſcriptam contendit Valdeſius his de quibus in noſtro refertur. De dignit Reg. Hiſp. c. 6.*

Amphitriæ, quæ nunc Fita, S. Gregorius Epiſcopus Complutenſis[n] 12. Kal. Ianuar.

n *Nullum invenio Gregorium Complutenſem: ſed neq; in Martyrologijs 20. Decembris. Invenio tamen ea die in Vſuardo Liberatum Amphitreæ. Noſter etiam anno 366 eundem Gregorium Toletanum facit translatumque eo anno Toletum, & inter Divos relatum, colique aſſerit 20. Decembris. Vnde mihi ſuſpicio ſub oritur, eundem eſſe Gregorium, & Liberatum: ſiquidem in loco, & tempore conveniunt. Potuitque Gregorius Liberatus cognominari: ſed neq; hæc à cortina dicta. Tu melius ſi quid habes, benigne lector, repone.*

Bilbilitani[o] Chriſto crediderunt affectu paterno.

o *In C. Archiepiſcop. Hiſpalenſ. & Pinneda, Bilbilitæ: in impreſſis, Bilbitani. Hæc Auguſta illa Bilbilis M. Martialis patria. Nummis Imper. Tiberij ita appellata AVGVSTA.*

Digitized by Google

Anni. Chriſ. *GVSTA. BILBILIS. Et illius Poetæ carminibus ſæpiſsime.*

Municipes Auguſta mihi, quos Bilbilis acri
Monte creat, rapidis, quos ſalo cingit aquis.

C. Procorus [p] ſcripſit Evangelium, & res geſtas Ioannis unius ex ſeptem Diaconis.

L. Magnus Iulianus civis Toletanus, & martyr in pretio habetur.

p *De actis Ioannis eſt Gelaſij cenſura in c. ſancta Romana 15. diſtin. & forte is liber eſt, qui ſub nomine circuitus Ioannis inter apocripha recenſetur à S. Athanaſio in Synopſi: adi Bellarmin. deſcript. Eccleſ. anno* 100.

Octogeſſæ in Hiſpania [q] S. Agathode [r] martyr viriliter paſſa.

q *Variant Auctores, quæ hodie ſit: alij enim* Mequinenſa, *aut* Hitona, *alij* Scatron, *oppida Regni Valentiæ eſſe volunt.*

r *Nullam Agathodem invenio. Suſpicor à Detro ſcriptum* Agathoclie, *de qua in Martyrol. Romano* 17. *Sept. cuius nomen ex. c. l. in. d. conflatum eſt, Sed ſuſpicor tantum.*

S. Theodoſius [ſ] ſecundus Barcinonenſis Epiſcopus 6. Kal. Februar

ſ *Hiat omnino clauſula hæc. Addendumque aliquid neceſſario: patitur, vel obijt.*

In Car-

Digitized by Google

Anni. Romæ

In Carpetania Pydne, [t] vel Piotij S. Alexander martyr.

t *Pydnam urbem in Macedonia, & in Rhodijs, Montem in Creta invenio. At de Hiſpanica hac altum ſilentium, nec de Piotio liquet.*

Aquis Quintianis [u] in Gallæcia Hiſpaniæ S. Chriſti martyres Iulianus, Dativus, Vincentius, [x] alij 27. ſocij eorum.

u *Agnoſcitur à Ptolemæo. Aquæ caldes Moletio Suævorũ in Gallæcia oppidum.*

x *Agitur de eis 27. Ianuar. in Martyrolog. Roman. Beda, Vſuard. ſed tacita natalium ſede.*

S. Ovidius [y] civis Romanus Epiſcopus Braccarenſis ſuccedit S. Baſileo; hic vero S. Petro Kal. Novemb.

y *Hoc ævo Ovidium civem Romanum à Valerio Martiale celebratum invenio. Epigram. 38. lib. 7. & Epig. 39.*

Maximus ille tuus, Ovidi, Cæſonius hic eſt.
Alibi: O nullis, Ovidi, tacende gentibus.

Sed de Epiſcopo Braccarenſi ſolus mihi Iulianus in chronico occurrit. Braccaræ poſt S. Ovidium, S. Polycarpus Braccarenſis ad annum 130.

In Aſia martiana [z] Hiſpaniæ patiuntur Aquila, & Priſcilla.

z *Aquila, & Priſcilla, de quibus in Actis Apoſtolicis c. 18. & Pauli ad Rom. c. 16. At Timoth. 2. c. 4. & alibi, paſsi*

ſunt

Digitized by Google

Anni. Chriſ.

S.M. Marçellus Eugenius, qui Presbyter Paulum ad Hiſpanias venientem ſecutus eſt, iam Pontifex iterum Toleti prædicat.

e *De S. Romulo, Martyr. Rom. 5. Sept. Dies ipſe in quo hæc ſcribo, primus eſt, quo in Acta Hiſpalẽſis Eccleſiæ relatus ſub duplicis officio celebratur hoc anno 1624. De eo etiam Gaulterius in chron.*

Ruffus Thebis [f] reverſus ad Hiſpanias Pontifex Sedet.

f *Iulian. in chron.* S. Dionyſius, & Ruffus veniunt ad Hiſpanias, & eas docent Evangelium. *Is Ruffus eſt, de quo Paulus ad Rom. 16. agitur de eo 21. Sept. Thebarumque Epiſcopum fuiſſe conſentit Dorotheus. Noſtri id etiam fatentur, ſed eundem ultimo Dertoſæ in Celtiberia* (Quæ nunc Tortoſa) *conſtitiſſe Epiſcopumque eius urbis fuiſſe mordicus tenent, ex eius Eccleſiæ antiquis monumentis, ac tabulis. Heleca in fragmentis. Marieta lib. 5. c. 75. Morales lib. 9. c. 21. Padilla Cent. 1. c. 23.*

Sirmij in Hiſpania [g] S. martyres Mõtanus Presbyter, & Maxima [h] clariſsimi Chriſti martyres.

g *An pro Hiſpania Pãnoniam ſuccenturiabimus? nam Sirmium in Pãnonia urbs clariſsima. Sed etiam Sirmium in Hiſpania apud Metaphraſtem invenio. Ideoque nihil muto, licet dubius an ſit corruptio in utroque, & Sexifirmium caſtigandum. Alibi nos in hac Sparta.*

h *Marty-*

Digitized by Google

h *Martyrol. Roman. 26. Martij. Petrus in Catalogo lib. 3. c. 233. Beda, Vſuardus, Vandelbertus, & alij.* Anni. Romæ

Ad Caſtrum altum [i] prope Tugiam [l] prædicat Sanctus ſecundus Pontifex S. Iacobi diſcipulus, martyr ultimus ſociorum.

i *Locus eſt fato magni Hamilcaris memorabilis ex Livio lib. 24. limitaneus Tarraconẽſi, & Bæticæ. Caſtralla à Beutero hodie putatur.*

l *In G. Hiſpalenſ. Archiepiſc. & Pined. Iugiam. Sed neutram invenio.*

M. Marcellus excellens Poeta, [m] & orator ad quem Perſius inſcripſit quartam Satyram amicitijs Iuvenalis Perſij, & Senecæ, Galli, Statijque [n] præclarus, miraculis crebris floret.

Toletani vehementer profecerunt doctrina S. M. Marcelli: ut Barcinone proficiunt Chriſtiani gloria miraculorum, virtute doctrinæ, ac exemplis Theodoſij Epiſcopi.

Maxima Toletanorum cum Barcinonenſibus neceſsitudo contrahitur, ex quo civitatem illam ego Dexter bienio rexi, & in tabularijs eius urbis multa ſcitu digna reperijſſe me fateor.

Anni. Chriſ. *ſtupendaque auctorum notitia Dextrum ab invidia immunem præſtat. Illum conſule, neque amplius diffides.*

Flavia Domitilla [r] Sabina uxor Flavij Clementis Conſulis pro fide occiſa eſt.

Mirabiliter fides Chriſti per totas Hiſpanias dilatatur: creſcit numerus fidelium, nec perſecutionis gladius debilitat.

r *Cave hanc cum Flavia Domitilla virgine, & martyre confundas: Fuit Flavia Domitilla virgo Flavij Clementis Conſulis ex ſorore neptis, à Sancto Clemente Papa velamine conſecrata, de qua plures ſcriptores tam ethnici, quam Chriſtiani ſcripſerunt, & nos aliquid ſupra. At hæc Flavia Domitilla Sabina cognominata, fuit uxor Flavij Clementis Conſulis, Domitiani Imperatoris neptis in inſulam Pandatariam ob fidem Chriſtianam relegata, & tandem martyrio coronata. Itaq; ſunt duæ Flaviæ Domitillæ, altera virgo, altera mater familias, ambæ martyres.*

Olcadibus in Carpetania.) *Nebriſſenſis, & recentiores volunt eſſe, quæ hodie* Ocaña *dicitur: ſed hanc narrationem omnino ab hoc loco evulſimus, cum nec tempori conſentanea ſit, nec rebus. Præterea in notulis illis marginalibus Codicis Pined. deeſſe in Codice Vercellenſi legi: maximeque hoc efeci, quia de Alexandro milite, & Antonina virgine idem ipſe Dexter agit anno 285. quo, vel circiter paſsi ſunt.*

L. Sabinus Probus [ſ] converſus à Paulo in agro Laminitano Hiſpaniæ Ravennæ Pontifex deceſsit.

ſ *Agitur*

ſ *Agitur de Probo Rauennate 10. Nomb. in Martyrolog. Rom. de quo etiam Petrus in Catal. lib. 10. c. 45. Molanus in addit. ad Vſuard.* Anni. Romæ

Claudia Paphe Candida [t] Romæ fit martyr.

L. Macedonica ſub Præſide Riccio cum alijs pluribus patitur.

t *Sub nomine Candidæ duntaxat celebratur à Beda, & Martyrol. Rom. 1. Decemb. de L. Macedcnica nihil invenio.*

Xantippe, & Polixena [x] in Hiſpania mera fide Deum laudavere. M. Lupus, Philippus, Lucius maritus Candididæ Palmam martyrij conſecutus eſt, omnes Pauli diſcipuli.

Q. Marcellam Xantippem M. Marcelli Romæ Præfecti filiam, M. Marcelli Eugenij Toletanorum Ponticis ſororem (quam S. Paulus viſis in eius fronteliteris aureis ad fidem Laminij cōvertit) redeuntem ex Italia ad Hiſpanias, morientem S. frater Marcellus ſepulturæ mandavit.

x *Agunt de his Martyrol. Rom. & Græcorum Menol. 23. Sept. & ibi Apoſtolorum diſcipulæ perhibentur. Meminit etiā Metaphraſtes in ſer. S. Pet & Paul. 29. Iun. apud Suriū to. 3. Moral. lib. 9. c. 11. ex Ecumen. & alijs Mariet. lib. 4. c. 59.*

Eius

Anni. Chriſ.

Eius mater Claudia Xantippe[y] civis fuit, & de genere ſplendidiſsimo Athenienſium, corpore ſupra iuſtam ſtaturam procero: in quâ iocatur Martialis.

y *Lib. 8. Epigram. 60. aliàs 57.*

Summa Palatini poteras æquare Coloſsi
Si fieres brevior Claudia ſexquipede.

Domitij Calderini vera ſententia in hunc Martialis locum à Dextro communitur, reiecta Matthæi Raderi anxia dubitatione, an Claudia ut brevis irrideretur: qui tamen in Domitij partes it, quod Claudia longior pleriſque inſolentiſsime ſe propterea efferret, nimiumque ſibi placeret.

S. Vincentius Epiſcopus Mæviæ,[z] vel Mevitaniæ prope Vrcem Hiſpaniæ urbem in confinio Bæticæ, & Tarraconenſis, petit Italiam, & à Capitolino iudice reductus in Hiſpaniam, & Carthagine Spartaria tortus Meviam reducitur, & à C. Porphyrio ſucceſſore Capitolini dilaceratus eſt. Eius Epiſcopatus Mevitanenſis Aſſotum poſtea eſt translatus: quæ Erotus paulo corruptiori vocabulo nunc incœpit nominari.

z *De Vincentio Epiſcopo Mævitano cum in Hiſpania plures Vincētij fuerint, altum apud Auctores, quos viderim, ſilētium. De Mevitania Plinius lib. 3. c. 3.* Regio Mævitania, dein Deitania, dein Conteſtania.

Nunc

Nunc corpus S. Martyris, & Epiſcopi iacet in oppido Deitano, vulgo Totana [a] non procul Eluroca, inter Poſtellam, & Leviniam nunc Lebriſa dicta. Eſt XLIIII. M. P. Carthagine.

a *In Cod. Archiep. & Pinedæ Paulo aliter.* Iacet in oppido Deitano, vulgo Totaria non procul Eluroca, nunc Labrila. *Certe in eo ipſo tractu Totana, & Lebrilla populi ſunt hodie appellati.*

Mævania [b] quædam inſula eſt in mari noſtro prope Carthaginem Spartariam, unde quidam exeuntes condiderant in Italia civitatem dictam Mevaniam, & etiam prope inſulam non longe diſsitam à Britannia.

b *An de qua Columela lib. 3. c. 8.* Armentis ſublimibus inſignis mævania eſt: *non eſt promptum dicere, nec Codices concordant. In aliquibus: Meccania.*

Antonia Maximilla [c] cõiux [d] Aegææ patrarum in Achaia Proconſulis à B. Andræa cõverſa in antrum ſe abdidit, mortem poſt mariti. Fuit hæc Novocomenſis Plinij iunioris conſanguinea. [e] Nupſit C. Fonteio Capitoni. [f] Poſt Nicomediam delata [g] pro Chriſti fide 4. Maij patitur.

Digitized by Google

Anni Chriſ. c Antima Maximilla coniux Aegeæ Patrorum in Achaia Proconſulis. Poſt nupſit. C. Fontero, Capitorumque Nicomediam delata.) *Hunc locum miſere fœdatum ex Plinio, Tacito, & Martyrol. Romano in ſuum priſtinum decorem reſtituo, ſimulque illis Auctoribus facem præfero. Nunc tibi per partes depromam. Antima, in C. Pinedæ. Antimi. Sed corruptius. Reſtitui:* Antonia: *ita à Plinio vocatur in epiſtola ad Traianum pro Harpocrate Iatralipta:* Item rõgo, des ius Quiritium libertis Antoniæ Maximillæ ornatiſsimæ fœminæ, Heliæ, & Antoniæ Hermeridi, quod à te, petente patrona, peto. *Ita etiam in Martyrol. Rom. vocatur. 4. Maij. ubi ſcriptum.* Nicomædiæ natalis S. Antoniæ martyris. Anni Roma

d Coniux Aegææ Patrorum in Acaia Proconſulis.) *Corrige:* Patrarum. *Patræ urbs Achaiæ Pauſania, & Stephano teſtibus, hodie etiam Patræ. Hiſtoriam à Breviarijs Romanis pete in die S. Andrææ Apoſtoli, ibi de eo.* Poſt Patras Achaiæ profectus in ea urbe plurimis ad veritatem Evãgelicam perductis Aegæam Proconſulem prædicationi Evangelicæ reſiſtentem liberrime increpavit. *Quæ à presbyteris Achaiæ deſumpta ſunt.*

e *Non ſatis aperit Plinius in ea epiſtola, ſed id rationi conſentaneum videtur. Aperitque Iulianus in chron.* In Italia, & Græcia laudatur Maximilla, in quam iocatur Martialis. Fuit uxor Aegææ Conſulis cognataque Plinij, quæ ſepelivit. S. Andræam. *At in Martiale Maximina vocatur, De ea lib. 2. Epig. 34. aliàs 41.*

Et tres ſunt tibi Maximina dentes,
Sed plane piceique, buxeique, &c.

Detorſit fortaſſe aliquantulum Maximillæ nomen in Maximinæ, ut larvato tutius iocaretur.

f Nupſit. C. Fontero, Capitorumque Nicomediam delata.) *Reſtitui:* nupſit Caio Fonteio Capitoni. *Is Pro-*

Anni Chriſt. *conſul Aſiæ fuit ſub Tiberio. Tacitus. 4. Annal.* At Fonteius Capito, qui Proconſul Aſiam curaverat, abſolvitur. *Idem Tacitus multa de eo Capitone 1. hiſtoriarum, & alibi. Plinij quoque ad eundem epiſtola eſt lib. 5. 8.* Anni Romæ

g *In Martyrol. Rom. eo die.* Nicomediæ natalis S. Antoniæ Martyris, quæ nimium torta, & varijs affecta cruciatibus, altero brachio tribus diebus ſuſpenſa, & in carcere biennio detenta, ad ultimum à Priſcilliano Præſide, in confeſsione Domini flammis exuſta eſt. De ea etiam Beda, Vſuardus, & alij eo die.

Stacteus Zotici, vel Getullici filius,[h] Qui Zoticus Epheſi negotiorum cau- morabatur: Mortuus Stacteus, à Ioãne. Ad vitam revocatur: convertuntur Zoticus, & Symphoroſa cum filijs ad fidẽ, qui reverſi ad Italiam paſsi ſunt.

h Stactus Zotici, vel Gentilici filius.) *Lege:* Stacteus Zotici, vel Getullici filius. *Ex Martyrol. Rom. 18. Iulij, & ex plumbi lamina, quæ cum eorum ſaccris oſsibus reperta Romæ eſt hiſce literis. HIC. REQVIESCVNT. CORPORA. SANCTORVM. MARTYRVM. SYMPHOROSAE. VIRI. SVI. ZOTICI. ET. FILIORVM. EIVS. Agunt de his martyribus. Beda, Vſuardus, & Ado hac die. Mombrit. tom. 2. Baron. in Annal. anno Chriſti 138.*

101 Domitianus ſuccedit Tito: [i] Huic Nerva Cocceius, Nervæ ſuccedit Traianus: qui Nerva decreto Senatus, curante Traiano filio, inter Deos[i] relatus eſt. 852.

P 2 i Ita

Anni Chriſ. i *Ita recto ordine imperium Capeſſunt ex hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptoribus.*

l *Euſebius in chron. alij.*

104 Traianus de Dacis, & Scythis hoc anno [m] triumphat. 85[illegible]

m *Rectius quam in Euſebij Codicibus, in quibus triumphus hic ad annum Traiani 7. Reijciebatur. Referunt rem Caſiodorus, Eutropius, Dio Nicæus, priſci lapides apud Grutterum p. 246.*

105 Anno ſequenti [n] idem, devicto Decebalo, Daciam facit provinciam. 856

n *Aurelius Victor, Euſebius, Eutropius, &c.*

S. Ioannes ſcripſerat ad Druſiam fœminam Electam [o] ſecūdam epiſtolam: quæ velut Eccleſiæ illius civitatis parés mira largitione, & charitate tunc florebat.

Vndumeni (quod oppidum nunc prope Valentiam Vnda dicitur.) S. Victorius, ut creditur, Epiſcopus Valentinus.

o *Electam nominat Ioannes in ea epiſt. 2. Druſiæ ſuppreſſo nomine.*

S. Quartus Apoſtolorum diſcipulus bis Hiſpaniam peragrat: ſemel poſt Iacobum: iterum relictus à Paulo, Berelæ,

quæ

[q] quæ nunc Betyrus: alijs Bætica, vel Gontiolum in Hiſpania dicitur: in Beronibus [r] nunc miraculis claret.

p *De eo Martyrol. Rom. 3. Novemb. fuiſſe Beryti Epiſcopum tradit Dorotheus in Synopſi. Beritus vero, vel Brythus urbs Phæniciæ dicta Iulia Felix. Vt Plinio alijſque ſcriptoribus notum. Fuſeque de ea Chriſtianus Adricomius in miſcellaneis locorum terræ ſanctæ, fo. 185. Meminit D. Paul. ad Ro. 16. & Gaulterius in chron.*

q *In Pinedæ.* Veriæ. *Forſitam Dexter ſcripſit:* Bereæ, *quæ hodie* Vera *creditur. De reliquis caligo mihi eſt.*

r *Berones Hiſpaniæ Tarraconenſis ſunt populi, Ptolemæo, & Straboni, quos olim Tyrios vocatos aiunt.*

Nathanael [ſ] unus de ſeptuaginta Domini diſcipulis requieſcit in urbe Hiſpaniæ Treuga prope legionem ſeptimá Geminam: alijs dicitur ad Trigundum [t] oppidum prope Brigantium in Gallæcia iacere, nunc vero Turreſtium ignobile.

ſ *Docte locum hunc tuetur Tamaius. Nec quid addendum ſuccurrit. Adi illum in Dextri vindicijs.*

t *Adſtipulatur Antonini itenerarium. Turrigam Ptolemei vult Simlerus. Ex Ortelio.*

Poſt aliquot annos ab adventu ſuo in Hiſpanias S. Eugenius M. Marcellum rem primatus Hiſpaniæ confert cum

viris

Digitized by Google

Anni. Chriſ.

viris ſanctis, & primarijs Epitacio, [u] vel Epitecto Cæſarauguſtano, & Philotheo ſocio peregrinationis ſuæ, legato etiam S. Clementis Vitaliq;, Avitoq; [x] (qui profectus poſt ad inſulas Fortunatas martyr fuit.) A. Cornelio Palma, & P. Turaco Duumviris Toletanis Catholicis viris, multiſque alijs Carpetaniæ, & aliunde Epiſcopis convocatis.

u *De Epitacio agunt Martyrol. Rom. 23. Maij. Et Vſuardus, qui & Epitectum etiam cum noſtro in quodam Codice inveniri affirmat ſcriptum. Alius eſt Epitacius, cuius meminit Iulianus in chron.* Tude, & ailbi floret memoria S. Epitacij primi Tudenſis Epiſcopi, & martyris.

x *De eo Epiſcop. Cabilon. in Topographia.* Canaria inſula in Oceano Atlantico: huc delata eſt Chriſti fides: hic Avitus Martyr.

110 At multo poſt S. Dionyſius Areopagita Hiſpanias [y] inviſit ut legatus à Beato Clemente totius Occidentis ordinatus. 86

y S. Dionyſius Areopagita Hiſpanus inviſit.) *Corrige:* Hiſpanias: *Iulianus quoque in chron. meminit.*

Triginta circiter ſcriptores Chatholici contra blaſphemias Porphyrij ſcripſerũt.) *Quid ais Dexter? Nõdũ hoc ævo natus Porphyrius. Qui vix ſub Aureliano Auguſto anno 270. cognitus. Qui ergo cõtra eius blaſphemias ſcriptores Catholici ſcribunt? ſed in aperta hiſtoria deceptum tantum virum,*

Anni Chriſti rum, etiam ſi quis aram tenens iuret, non credam. Plura ſunt in his fragmentis huc illucque commota. Ideo enim merito fragmenta vocantur. Vt enim cum ædificium ruit, alia ſublime tolluntur, alia deprimuntur, materies omnis frangitur, ac conquaſſatur, & partim velut in ſumma tempeſtate; nutat huc atque illuc commota: ita etiam quandoque in his fragmentis videas ſupera inferis, infera ſuperis miſceri, fracta, mutilaque plurima, & quæ pulchra erant, ac decora, fœda laceratione deprauata. Itaque ad Aureliani æuum à mandavimus, in quo vere hæc geſta ſunt, aut circiter: non enim uno tempore ſcripſere Methodius, Apollinaris, & Euſebius Porphyrij Antagoniſtæ, reliquique, quorum ſcripta interciderunt, veroque propius iudicamus, non defuiſſe viros doctiſſimos in Eccleſia, qui huic cani viventi, & oblatranti impia ora ſcriptis & calamo obturarent, quorum nonnullos Hiſpania omni ævo æternorum ingeniorum mater communi fidelium parēti fidelis ipſa offerret. Anni Romæ

S. Petrus Epiſcopus Braccarenſis, & martyr [z] ad oppidum Ratem non procul à Braccara Auguſta pro Chriſti fide anno Domini 45. martyrium illuſtre ſubierat, frequentiſsimis miraculis clarior habetur. Cui ſucceſsit Baſilius, & poſtea Ovidius civis Romanus.

z. *Adde*: Qui ad Oppidum, &c.

S. Firminus Pampilonenſis [a] civis, & Epiſcopus, diſcipulus S. Saturnini S. Petri ſimul auditoris Ambiani ſub Iuliano Præſide patitur: prius per Hiſpa-

nias

Anni. Chriſ.

nias Toletum uſque prædicans provinciam longe, lateque pervaſit.

a *De eo ſit 25. Septembris in Martyrolog. Rom. & ea die Beda, Vſuardus, & alij, fuſius Morales lib.9.c.15. in Martyrologio vero non ſub Iuliano Præſide, ſed ſub Ricciovaro traditur paſſus.*

Hiſpali floret S. M. Bolanus Florentius civis Hiſpalenſis, & Flavius Rutilius, [b] qui fugiens venit Cordubam Hiſpaniæ, & in Africa patitur.

b *Tertul. in de Fug. temp. Martyrolog. Rom. 2. Auguſti. Vſuardus in Appendice, litera R.*

S. Vitalis primi Toletanorum Archi presbyteri [c] (ex his quos veniſſe ſcimus) qui cum Zenone, & Felicula venerant Toletum, Romamque ex Cherſoneſſo, reverſi mirificum certamen fuit, quod ad Eccleſias totius Occidẽtis ſcribitur.

c *Agitur de eo in Martyrol. Rom. 14. Februar. & ea die Beda, Vſuard. & Vandelbert. Iulianus etiam meminit in chron.* Miſſus Arelate comite Archipresbytero Vitali, &c. *Lectio noſtrorum codicum aliquantulum, immiſſa illa parentheſi, interturbata videtur. Lubens itaque legerem.* (Sancti Vitalis primi Toletanorum Archipresbyteri, ex his qui cum Zenone, & Felicula venerant Toletum, Romamque, ex Cherſoneſo, reverſi mirificum certamẽ fuit, quod ad Eccleſias totius Occidentis ſcribitur.)

Hiſto-

Digitized by Google

Anni. Chriſ. *Hiſtoriam aperit Iulianus in chron. anno* 100. *loquens de M. Marcello Eugenio Toletum veniente.* Venit comite ſuo Archipresbytero Vitali, & fratre, cum Zenone, & Felicula. *Comites etiam Martyrol. Rom. facit, ea die.* Anni. Romæ

Marcellus, fratris S. M. Marcelli filius [d], vir pius, charus eſt, ſicut & patruus, Imperatori Hadriano, cui quondam Sylvam, [e] ut viro doctiſsimo, Papinius Statius dedicarat.

d *E N quintum Marcellum, ſcilicet M. Marcelli Præfecti nepotem, Marci Marcelli, & Vitalis ſobrinum patruellem. Miror doctiſsimum Tamaium hunc Marcellum, eundem cum Vitali confundere. Cum hic aperte patruum ſuum Marcum Marcellum conformet, aut forſitam eum non capio.*

e Cui quondam Sylvani, ut viro doctiſsimo Papinius Satius dedicant.) *Quam hic barbarum exſcriptorem ſopor altus habebat! Repone.* Cui quondam Sylvam, ut viro doctiſsimo, Papinius dedicarat. *Nec tamen* quondam, in quandam *muto, reſiſtente meorum codicum fide. Aliter Tamaius: forte meliores nactus. Liber eſt Papinij Statij Sylvarum quartus cum epiſtola, quæ incipit:* Inveni librum Marcelle chariſsime, quem pietati tuæ dicarem, &c. *Et in fine.* Hunc tamen librum tu Marcelle defendes. Sylva ita exorditur.

Læta bis Octonis accedit purpura faſtis
Cæſaris inſignemque aperit Germanicus annum.

In eo etiam Sylvarum libro elegantiſsimam epiſtolam animoſus Poeta ipſi Marcello mittit.

Curre per Euboicos non ſegnis epiſtola compos,
Hac ingreſſa vias, qua nobilis Appia creſcit.

Q Illic

Anni Chriſ.

Illic egregium formaque, animiſque videbis
Marcellum, & celſo præſignem vertice noſces.

Omnia in epiſtola ea, cum ijs quæ à Dextro dicuntur, conveniunt.

S. Arcadius Vrſaone [f] in Bætica patitur 12. Ianuar.

f S. Arcadius Viſaone in Bætica patitur 12. Ianuar.) *Levi mendo.* Vrſaone *corrigendum. Hæc Vrſao nobilis Pompeiana fide urbs, Cæſaris Iulij expugnatione, claraque ab alijs Auctoribus, Plinio, Strabone, Antonino, & Apiano, nummiſq;: cenſetur hodie* Oſſuna, *ducũ illuſtriſsimorum titulus. Munitiſsimaq; literarum Academia. Adi Ludovicum Non. in ſua Hiſpa. c. 15. Matamorum de Academijs de S. Arcadio Vrſaonenſi agitur etiam 12. Ianuarij in Martyrologio Rom. & ea die Beda. Vſuard. Vberius tamen S. Zeno Epiſcop. Veronenſis, qui luculenta oratione eius acta percurrit ſerm. 4. eius etiam acta invenies apud Lypomanum tom. 2. Alius hic Arcadius ab eo, qui in Africa perſecutione Vandalica paſſus. Ita, ne tyrones decipiantur, caveo.*

112 S. M. Marcellus [g] Eugenius Toleti cõcilium ex Epiſcopis Carpetanis, & alijs de rebus fidei, & morum * congregat. 86

Ionas diſcipulus S. Dionyſij Areopagitæ inviſit S. M. Marcellum Eugeniũ, Dionyſij magiſtri ſui condiſcipulum.

g *Hiat omnino periodus, neceſſarioque addendum ∴ congregat, vel quid ſimile.*

Aſtæ in Hiſpania Bætica [h] Sancti

Chriſ-

Chriſti martyres Honorius, Eutychius,[i] Stephanus viri quidem Apoſtolici.

h *Nunc*: Xerez de la Frontera, *aut prope in eius agro* Aſtæ *viſuntur rudera nomenque ibi*: la meſa de Aſta, *& in ipſa urbe via*: la calle de Aſta: *plura de hac urbe eiuſque antiquitate, & nobilitate vir cum primis doctus Martinus de Roa Societatis Ieſu in libello de eius antiquitate Hiſpanico ſermone, Ludovicus Nonius in ſua Hiſpania c.13.*

i *Martyrol. Rom. 21. Novemb. Laurentius Padilla, Vaſeus, Flos Sanctorum Hiſpaniæ, Theſaurus Concionatorum, & alij. Iulianus in chron. pro Eutichio Euſebium habet, ſed mendoſe fortaſſe in eo.*

S. Eutychius S. Pauli diſcipulus,[l] ipſo prædicante, de feneſtra præcipitatus,[m] ab eo in vitam revocatus, qui ſecutus eſt S. Ioannem Evangeliſtam, Telæ[n] paſſus in Vaccæis in Hiſpania, completo martyrio, glorioſus migrat ad Dominum.

l *Alius eſt ab illo Honorij, & Stephani ſocio. De eo fit 11. Decembris in Martyrol. meminere etiam Beda, Vſuardus, & alij.*

m Ab ipſo prædicante de feneſtra præcipitatus, at in vitam revocatus) *Tranſpoſita vocula, impium reſultat mendacium. Corrigo*: S. Pauli diſcipulus, ipſo prædicante, de feneſtra præcipitatus, ab ipſo in vitam revocatus. Qui ſequutus eſt S. Ioannem, &c. *Veritatem ab actis Apoſtolorum pete. ibi c.20.* Sedens autem quidam adoleſcens nomine Eutychius ſuper feneſtram, cum mergeretur

Anni. Chriſ. ſomno gravi, diſputante diu Paulo, ductus ſomno cecidit de tertio cœnaculo deorſum, & ſublatus eſt mortuus; ad quem cum deſcendiſſet Paulus, incubuit ſuper eum, & complexus dixit: nolite turbari, anima enim ipſius in ipſo eſt. Adduxerunt autem puerum viventem.

n *In C. Archiep. Hiſp. & Pinedæ.* Lædæ *ſcriptum reperio. Duxi cum impreſsis, licet raro in eis verum,* Tedæ, *retinere auctoritate Antonini, qui Telam eo tractu collocat, unde & Concilium Telenſe. Sed quoad martyrij locum in Vaccæis, inficias eunt Padilla, & Vaſſeus, qui Gadibus aſsignant.*

Paternus domo Toletanus, ° civis Bilbilitanus, Romæ tamen M. Martialis familiaris, & charus floret.

o *Paternum in Martiale invenio, ſed quem, ut avarum inſectatur lib. 12. epig. 53. aliàs 43.*

Nummi cum tibi ſint, opeſque tantæ,
Quantas civis habet Paterne rarus, &c.

Certe Plinio iuniori Paternus frequens eſt in epiſtolis, coævique omnes fuerunt.

Pantheon Romanum p templum de cælo tactum.

p Pantheum Romanum templum.) *Lubens cum Euſebi legerẽ:* Romæ *adi illũ in chron. hoc ann. & Paul. Dia. lib. 10*

Tres Gallatiæ civitates terræ motu q magno dirutæ.

q *Idem Euſeb. totidem verbis, & Diaconus.*

Plinius

Digitized by Google

Anni. Chriſt. | Anni. Romæ

Plinius ſecundus Novocomenſis r orator clarus habetur.

r Plinius ſecundus Neriocomenſis.) *Corrigo.* Novocomenſis.

S.Saturninus ſ Epiſcopus Toloſanus ſecundo Toletum inviſit.

ſ *Iulianus eadem fere quæ Dexter. Anno* 85. S.Saturninus cum veniſſet ſemel Toletum, hoc anno iterum redit, dum Sanctus Marcellus Hiſpanias viſitaret.

Carthagine Spartaria S.Alexander t frater Ruffi primi Dertoſanorum Epiſcopi in Hiſpania Tarraconenſi, filius Simonis Cyrenẽſis, qui poſt Chriſtum eius crucem baiulavit, patitur cum Cãdido, & Sozimo ſocijs martyrium: in religione ſequitur Simon filios, nec fraudatur debita mercede portatæ poſt Chriſtum crucis, nam poſt multa bona opera Hieroſolymis placide quieſcit.

t *Alexandrum, & Ruffum Simonis Cyrenæi filios in Marci c.15.21 legatis. Et apud Iulianum, Ruffum, non Alexandrum. ille in chron.* S.Dionyſius Epiſcopus Auguſtanus, & Ruffus veniũt ad Hiſpanias, & eas docent Evangelium longe lateque diutius prædicando. *Iterum etiam Martyrol. Rom.* 18.*Decemb. Ruffum, & Sozimum coniungit, nec tamen Candidum.*

Hiſpa-

Anni. Chriſ. 115 Hiſpali in Hiſpania Bætica [u] Macarius, Iuſtus, & Rufinus martyres in eadem perſecutione paſsi. An. Ro. 86

u *At in Martyrolog. Romano, in quo de iſtis agitur 28. Febr. Romæ, non Hiſpali paſſos invenias. Sed an in eo parata correctiuncula, & pro* Romæ: Romulæ, *legendum ſit? Hiſpalis colonia Romula dicta. Ibi ad Templum maximum magnus lapis cum ſtatua, & epigraphe.*

M. RVRELIO. VERO. CAESARI.
IMP. CAESARIS. TITI. AELII.
ADRIANI. AVG. PII. P.P. FILIO.
ANTONINO. COS. II. SCAPHARII. QVI. ROMVLAE. NEGOTIANTVR. D.S.P.D.D.

Alius ibi etiam lapis marmoreus parentum noſtrorum memoria repertus cum eleganti epigraphe, quæ quia Coloniæ Arcenſium (quæ etiam nomen retinet, & Arcos de la Frontera *vocatur, magnorum Ducum Pontiorum de Leon titulus) antiquum nomen, priſcamque dignitatem retinet, neque aliunde habemus (deceptus eſt enim doctiſsimus Nebriſſenſis putans Arcobrigam) libenter exhibeo. Debeo enim Illuſtriſsimo Duci Ruderico Pontio, id eſt, Principum noſtri ſæculi prudentiſsimo Neſtori, clientellæ antiqua iura, ipſiſque Arcenſibus civibus amicitiæ ſacra: forſitam & ipſa inſcriptio antiquitatis amatoribus negotium faceſſet.*

SEXTO.

SEXTO. IVLIO. SEX. F. QVIR.
POSSESSORI. PRAEFECTO. COH.
III. GALLORVM. PRAEPOSITO.
NVMERI. SYRORVM. SAGITA-
RIORVM. ITEM. ALAE. PRIMAE.
HISPANORVM. CVRATORI. CI-
VITATIS. ROMVLENSIVM. M.
ARVENSIVM. TRIBVNO. XII.
LEG. FVLMINATR. CVRATORI.
COLONIAE. ARCENSIVM. AD-
IECTO. IN. DECVRIAS. AB. OP-
TIMIS. MAXIMISQ;. IMP. AN-
TONINO. ET. VERO. AVGG. AD-
IVTORI. .... ANTONI. PRAEFEC-
TO. ANNONAE. AD. OTIVM.
HISPANVM. RECENSENTVM.
ITEM. SOLAMINA. TRANSFE-
RENDA. ITEM. VECTVRAS. NA-
VICVLARIIS. EXOLVENDAS. PROC.
AVG. AD. RIPAM. BAETIS. SCA-
PHARII. HISPALENSES. OB.
INNOCENTIAMQ;. EIVS.
SINGVLAREM.

In Plinio etiam lib.3.c.3. Et à læva Hiſpalis Colonia cognomine Romulenſis. *Nummi. COL. ROMVL. PERM. D. AVG. id ita coniectabam. Sed viderint doctiores.*

Vrſaone

Anni. Chriſ.

Vrſaone [x] in Bætica S. Leo martyr, [y] & ſocij eius.

x *Vtroque nomine effertur. Vrſao, & Vrſo, & Orſona. Quæ etiam apud Plinium: Gemina Vrbanorum, non Genua, ut in aliquibus corrupte. Habuit Coloniæ dignitatem. Nummi ab ea cum literis* VRSONE. *Poſtica parte Sphynx monſtrum Thebanum, quod etiam Auguſti ſigillum, viſiturque in Chienſium nummis. Vide Antonium Auguſtini. Dial. 5.*

y *In Martyrol. Rom. Leonis, Donati, Nicephori, & Abundantij, & aliorum novem ſociorum 1. Martij fit.*

Traianus Armeniam, [z] Aſſyriam, Meſſopotamiamque facit provincias.

z *Dio in Traiano, Xiphilinus; Eutropius; Euſebius, Oroſius.*

116 Terræmotus pene totam Antiochenam [a] civitatem evertit. 86

a *Idem Dio. Oroſius. Eſebius.*

Iudæi qui in Libya [b] erant, contra cõtribules dimicant.

b *Dio. Euſeb. hiſt. lib. 4. c. 2. Nicephorus lib. 3. c. 22.*

S. M. Bolanus Florentius, filius Ruſtici Bolani [c] Conſularis Hiſpani, diſcipulus Sanctorum Apoſtolorum converſus in Tyle, nunc Chilac, apud Hiſpalim paſſus 27. Octob.

c S.

Digitized by Google

c S. Marcus Bolanus Florentius, Filius Ruſtici Bolani Conſularis.) *Vectij Bolani Coſ. mentio eſt apud Tacit. 2. hiſtoriarum, & in lapide.* Anni. Romæ

SILVANO. SANCTO.
L. VALLIVS. SOLON.
PORTICVM.
EX. VOTO. FECIT. DICAVIT.
KAL. APRIL. PISONE
ET. BOLANO. COSS.

Is fuit annus à Chriſto Nato. 112. de S. Florentio martyre præter Martyrol. Rom. ea die meminere Beda, Vſuardus, Ado, & recentiores 26. Octob. & eo die Breviaria Hiſpalenſia.

In Cyle nunc Silac.) *In Archiepiſcop. Hiſpal. C. & Pinedæ: Chilac. in Breviarijs Eccleſiæ Hiſpalenſis.* Ad Tyle caſtrum agri Hiſpal. capite plexus vij. Kal. Novemb. *Eſt certe, aut parentum memoria fuit oppidum Chillas in agro Hiſpal. cuius Eccleſiam recens dirutam, cruce ibi ex ritu adfixa, cum epigrammate ſignãdam curavi cum diœceſim Hiſpalenſem viſitarem anno 1621. Oppido præter nomen, & ruina nihil ſuper eſt nunc.*

Epiſtolæ S. Ignatij ad B. Virginem d celebres habentur.

d *Inficias eunt Baronius, & Spondanus eius epitomiſtes, Martialis Meſtræus in præfatione ad ſuas in Ignatiũ notas. Chriſtophorus de Caſtro in hiſtoria Deiparæ cap. 23. Cæterum pro Dextro ſtant D. Bernard. Sermon 7. in Pſ. 90. D. Anton. 1. par. tit. 7. cap. 1. de Veſpaſianis. Seſſ. 11. de Ignatio. M. Michael Carnot. lib. de Vir. illuſtr. Dionyſius Cart. in comment.*

R de

Digitized by Google

Anni Chriſ. *de divin. nomin. ſextus Senenſis lib. 2. Blibiothecæ. Petrus Caniſius lib. 5. de B. V. c. 1. Ferreolus Loccius, Ioann. Bonifacius, lib. 1. hiſt. Virg. c. 18. Franciſcus Arias de imit. Virginis c. 20.* An. Rom.

Rutilius ad Hiſpanias miſſus fit martyr:[e] meminit eius Tertullianus præclaro quidem elogio.

e Ruſticus ad Hiſpanias miſſus fit martyr.) *Ergo Rutilius non Ruſticus ab eodem Tertull. fit de eo. 2. Aug.*

871

120 Diocles agitator[f] Luſitanus ex oppido Laconimurgi prope Capparam[g] mirabilium agitationum opinione floret.

f *Romæ in campo Martio magnus, & elegans lapis.*

C. APVLEIVS. DIOCLES. AGITATOR. FACTIONIS. RVSATAE. HISPANVS. LVSITANVS. ANN. XXXXII. M. VII. D. XXIIII. AGITAVIT. IN. FACTIONE. ALB. ALCIBIO. AVIOLA. ET. CORELIO. PANSA. COSS, &c.

Præneſte etiam Fortunæ Primigeniæ ſtatuam dedicarunt. C. Apuleius Nymphidianus, & Nymphidia filij. C. Apuleij Dioclis. Grut. p. 76. inſcript. orb. Mirum eſt quam innumeras victorias in certaminibus reportavit. Lege apud Panvinium in de ludis circenſibus c. 10.

h *Plin. lib. 3. cap. 1. Ptolem. etiam nominat in Vettonib.*

Hadria-

Digitized by Google

[illegible] · Hadrianus Imperator Iudæos cap- Anni.
[illegible] tivos diſpergit: [h] idem multis publi- Romæ
122 cà tributa laxans libertate donat.[i] 873.

h *Euſeb. in chron. & Ioſippus.*
i *Euſebius, Spartianus, Cedrenus, Xiphilinus, Nicephorus.*

123 Plutarchus Cheronnéſis, Agathobo- 874.
lus, [l] Sextus, & Onomarus Philoſophi
doctrinæ celebritate clari iudicantur.

Bellum atrox, & crudele contra Sau
romatas geſtum eſt.

124 In Libyam, quæ à Iudæis vaſtata erat, 875.
mittitur colonia.

l *Euſeb. in chron.* (Onomaras.) *Lege Oenamanus ab Euſebio, & alijs.* (In Libyam) *Euſeb. & Dio.*

125 Hadrianus Athenienſibus leges pe- 876.
tentibus [m] iura dedit.

m *Xiphilinus, & Spartianus in Hadriano. Nicep. lib. 3. c. 24. Euſeb. in chron.*

Hadriano Quadratus [n] diſcipulus Apoſtolorum, & Ariſtides Athenienſes libros obtulerũt pro religione Chriſtiana.

n *Euſeb. Hiſt. lib. 4. c. 3. 8. & 9. Iuſtinus in Apolog. Hieronym. de vir. illuſt. Diaconus lib. 10. Miſcellæ hiſtoriæ.*

Digitized by Google

Anni Chriſ. 130 Serenus Grannius [o] legatus vir doctus, & apprime nobilis, literas miſsit ad Hadrianum, oſtendens indignum eſſe populi clamoribus Chriſtianos feris obijci ſine probatione criminis. Hadrianus his motus reſcripſit: ſine crimine reum non agi quempiam Chriſtianum ſola religionis obiecta criminatione. Anni Rom. 881.

o *Euſebius in chron & in hiſtoria lib. 4. c. 8. & 9. Oroſius, Diaconus lib. 10.*

Hoc anno S. Calocerus [p] S. Iacobi diſcipulus, & Epiſcopus Ravennas [q] maior centenario miraculorum gloria clarus ad cælos migrat.

p *Tabulæ Ravennates S. Calocerum quinto loco ſufficiunt, & S. Apollinaris diſcipulum perhibent, Antoninique Pij temporibus in pace quieviſſe. Rubeus hiſt. Ravenn. lib. 1. Surius tom. 7. Martyrol. Rom. 11. Feb. Itaque neceſſario additum centenario maiorem obijſſe.*

q Ravennatis.) *Corrige:* Ravennas, *vel* Ravennatum.

S. M. Marcellus Eugenius Toletanorũ Epiſcopus. S. Clementis legatus [r] ad Gallias profectus cauſa cõmunicandorum cum Dionyſio gravium negotiorum Toloſæ prædicat, & eius urbis

Epiſ-

Epiſcopus creditur, [s] poſt necem S. Saturnini eius urbis Epiſcopi, & martyris. Inde profectus ſciens martyrium S. Dionyſij condiſcipuli ſui, id ille celebrat elegantiſsimo carmine: [t] & prope Lutetiam à ſatellitibus Traiani Hadriani, cui ipſe chariſsimus fuit, pro fidei patrocinio iugulatur. [u]

r *Iulian. anno* 130. S. M. Marcellus legatus ad Dionyſium pro maximis Eccleſiarum Hiſpaniæ negotijs, &c. *Et alibi*. Toloſæ, mortuo prius S. Saturnino, prædicat.

ſ *Tamaius Epiſcopum Cabilonenſem pro ſe allegat in ſuis ad Dextrum Vindicijs.*

t *Iulian. ubi ſupra*. De morte S. Dionyſij certior fit, clegantiſsimum hymnum in eius laudem componit. *Producit Tamaius. Sed longe ab eius ſæculi elegantia, ac venuſtate, ſequioriſque ætatis arbitramur.*

u *Eius res geſtas ſub Eugenij nomine celebrant Breviaria antiqua Toletana. Vſuardus, Ado, Martyrolog. Rom. 15. Novemb. Floſ. Sanctor. Hiſpan. Petrus in Catal. lib. 10. cap. 62. Vaſſeus in chron. Marin. Siculus lib. 6. Theſaur. concion. tom. Garivaius, Morales, Mariana, Villegas, Tamaius paſsim in Dextri Vindicijs.*

Ionas [x] Dionyſij Areopagitæ diſcipulus in Gallijs prædicat.

x *Martyrol. Rom. 22. Sept. Petrus in Catal. lib. 8. c. 106.*

Aulus Altimius Paternus [y] Toletanus civis, factus à Sancto Saturnino Tolo-

Digitized by Google

ſatium Epiſcopo Eluſatium Pontifex, qui Eugenio Dionyſioque charus fuit in Gallia martyrium patitur.

Idem etiam Epiſcopus fuit Conſtantienſis, ſed divagatus per Gallias Apoſtolorum more prædicat Verbum Dei.

y *Illum fuiſſe credo, de quo fit in Martyrol. Rom. 23. Sept. de quo etiam eo die Vſuardus, habeturque Conſtantienſis Epiſcopus, Iulianus cum noſtro.* S. Paterni Bilbilitani civis Toletani memoria floret, quem S. Saturninus Toleti convertit continentia, parſimonia, cæteriſque virtutibus homine Chriſtiano dignis mirifice præditus, à S. Saturnino factus Eluſatium Epiſcopus prædicat per civitates Galliæ, & Germaniæ. Sub Hadriano Imperatore pro fidei confeſsione fortiter patitur.

Aquis prope Toletum nimis Eugenio familiaris S. Pimenius y vir egregia virtute, multaque pro Chriſto patitur.

y *In Martyrol. Rom. 24. Martij Epigmenius eſt Presbyter. & eo die Pigmenius etiam Præsbyter, & ambo martyres, ſed natales ibi tacentur quo ad locum.*

S. Honoratus natus, [z] Cancanæ, [a] ut quidam volunt urbe Celtiberorum, ut alij Cantabrorum, poſt diſceſsionem S. M. Marcelli Toletanorum Epiſcopi Toleti prædicat, & ab eo ſecundus habetur.

z De

Anni. z *De eo Iulianus in chronico.* S.Honoratus conchinenſis Anni.
Chriſ. Hiſpanus confeſſor ſuccedit S.Marcello Eugenio. Romæ

a *Concana Ptolemæo urbs nota in Aſturibus, de qua Silius, Italicus lib. 3. de bell. Pun.*

Cornipedis fuſa ſatiaris Concane vena.

Orat. lib. 3. Carm. Ode. 4.

Et lætum equino ſanguine Concanum.

Extat quædam epiſtola, [b] quæ circũfertur ad M. Marcellum Tolet. Præſulem, quem vocat filium, & Timotheũ, id eſt, Deo honoratum. Nam alter Timotheus, cum epiſtola hæc ſcripta eſt, iam invivis eſſe deſierat.

b *Cuius epiſtola hæc fuerit, non aperit. S. Dioniſij eam eſſe coniectamus à Timothei cognomine quo S. Dionyſius Eugenium ſuis ſcriptis honorat, ut ſupra vidimus. Moneo præterea hanc narrationem, cum duabus ſequentibus, huic loco me tranſcripſiſſe, cũ in impreſſis, & Codicibus mſ. ad annum. 220. locatas invenerim: quia omnino nec tempori, nec loco conveniebant, pulſaſque, ac errantes iudicavi. Et huic anno, vel circiter convenire. Quod etiam monitum invenio apud Tamaium.*

Titus cognomento Iuſtus [c] Epiſcopus factus, ſecutus eſt primo S.Paulum: mox Eugeniũ: prædicat in Carpetania, ubi eius memoria magnitudoque miraculorum celebratur.

c *Ad quem S. Paulus ſcripſit epiſtolam, meminit quoque de eo ſæpiſsime. Atq; etiã S. Ignatius in epiſtola ad Philadelph.*

Euſe-

Digitized by Google

Anni Chriſ. *Euſebius hiſt.lib.3.c 4. Hieronymus, & Iſidorus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Dorotheus in ſynopſi, Martyrol. Rom. 4. Ianuar. Molanus de eo affirmat 94. annos vixiſſe, & in pace quieviſſe.*

Is Titus converterat ad fidem Pliniũ Iuniorem, [d] ex Bithynia Pontoque redeuntem in Creta inſula, ubi iuſſu Traiani Iovi templum erexerat, nec deſunt qui putent, ſeptima ſextilis ad Novocomum eſſe paſſum.

d *Iulianus in chronico.* Celebris eſt memoria Plinij iunioris, quem bona mens, qua in Chriſtianorum cauſa fuit, creditur in cauſa fuiſſe, ut à Tito Cretenſi Archiepiſcopo converſus ad fidem, poſt aliquot annos Novocomi cum alijs capitis obtruncatione in perſecutione Hadriani martyrium paſſus ſit.

Bithynia Pōtoque redeuntem.) *Id ex vita Secundi docemur, & antiqua lapidis inſcriptione Mediolani in æde D. Ambroſij. Notat Raderus ad lib.6. Martial. epig.68.*

134 Salvius Iulianus [e] perpetuum edidit edictum. 88

e *Euſeb. in chron. Diaconus.*

Hadrianus Imp. [f] Athenis Bliothecã reliquit.

f *Spartianus, & Caſiodorus, Euſebius quoque in chron.*

Decem mille Martyres [g] in Ararath, magiſtro

magiſtro, & ſocio Hermolao [h] Archie- Anni. Romæ
piſcopo Toletano.

g *Agitur de his in Martyrol. 22. Iunij. Meminere Petrus in Catalogo lib. 5. c. 137. Mombric. tom. 1. Græci in Menologio ea die. Ex quibus Ararath reſtituimus in noſtro. Vide Baronium tom. 2. hoc anno.*

h Magiſtro, & ſocio Hermovio Archiepiſcopo Toletano.) *In Cod. Arch. Hiſp. & Pinedæ* Hermolito. *In Iuliano*: Hermolao, *quod verius puto. Is in chron.* S. Hermolaus milites Chriſtianos, quorum ille bonam partem prædicatione ſua in Hiſpania baptizaverat, relicto diœceſis Aulo Pelagio Agrippa ſucceſſore Romam ſequitur, & inde ad Armeniam, & in monte Ararath cum illis glorioſiſsimum martyrium ſubit. *Idem etiam M. Maxim. in chronico. Nicephorus lib. 7. c. 14. Hermolaum martyrem, & Epiſcopum nominat, ſed ſedem tacet.*

Metellini in Luſitania [i] S. Martyres Euſebius, Palatinus, [l] & alij novem pro Chriſti fide conſtanter paſsi.

i Metalini.) *corrige*: Metellini. *Q. Metelli colonia, hæc eſt hodie Medellin.*

l *Martyrol. Rom. 5. Maij. Beda, Vſuardus, & alij.*

135 Iudæi arma arripientes [l] Paleſtinam depopulati ſunt. Præſide provinciæ Tynio Ruffo, Hadrianus miſsit exercitum. 886.

l *Dio, Euſebius, Oroſius lib. 7. c. 13. Diacon. lib. 10.*

Favorinus, & Palæmon [m] Rhetores inſignes cenſentur.

S m *A Gell.*

Digitized by Google

Anni. Chriſ. m *A Gell. Noct. Attic. lib. 1. c. 1. lib. 10. c. 12. & 15. 8. de Favorino. De Palæmone, Suetonius, Dio, Euſeb. Tamen Polemonem vocat Diaconus.*

136 Baſilides Hereſiarches, [n] à quo Gnoſtici, in Alexandria celebratur. 887

n *Irenæus lib. 1. c. 20. Tertull. de præſcript. Euſeb. hiſtor. lib. 1. c. 8. Hieronym. in epitaphio Lucini Bætici. Nicephorus lib. 4. c. 2.*

138 Marcus Hieroſolymis primus [o] ex gentibus Epiſcopus creatur. 889

o *Euſeb. lib. 4. c. 7. & in chron. Genebrardus in ſuo.*

Barcinone in Hiſpania S. Philetus Senator, & Leda [p] uxor eius, & filij eius, & alij quinquaginta quinq; martyres.

p *Martyrol. Rom. 27. Martij Philetus & Lydia cum filijs. De ſocijs altum ſilentium, natale etiam ſolum prætermittitur.*

Oſcæ in Bætica S. Theodorus, & Philippus [q] martyres.

q *At in Martyrol. Rom. 15. Maij. Theodoſius, & Pauſilippus. Ita etiam in Menologio Græcorum.*

S. Pelagius [r] conſtituitur à S. Honorato Toletanorum Epiſcopus, qui præeſt in Sede Toletana 26. annis, & aliquot

Anni Romæ

quot præterea menſibus, vir vere pius, & laudabilis.

r *Iulian. anno 138. Vocat Aulum Pelagium, Agrippam, & Hermolao ſufficit.*

Amphilochij[s] in Gallæcia Hiſpaniæ. S. Marina, vel Margareta[t] virgo, & martyr pro fide Chriſtiana, & pudicitia paſſa.

s *Iuſtinus ad id lib. 43.* Galleciæ autem portio Amphilochi dicuntur. *Dicta fuit ab Amphiloco Teucri comite, qui hic diem ultimum clauſit, Strabone teſte. Ptolemæus eundem populum cum Aquis calidis inter populos Celinos facit. Suevi poſtea per Hiſpaniam graſſantes* Vvarm: ſec: *nominarunt. Indeque Orenſe hodie. Ludovicus Nonius, c. 53.*

t *Iulianus in chron.* Marina prope Amphilochium urbem paſſa fuiſſe dicitur. *De ea in Martyrol. Rom. 18. Iulij Flos Sanct. Hiſp. Theſaur. concion. to. 2. morales lib. 10. c. 27.*

Vvilgefortis, vel liberata[u] Catelli[x] Luſitanorum Reguli filia paſſa eſt Amphilochij.

u *Martyrolog. Rom. 20. Iulij. Vbi Molanus in addit. ad Vſuard. Luſitanam, non Gallæcam facit. Iulianus in chron. ad ann. 130.* Sub hoc tempus. S. Quiteria, Genivera, Marina, Marciana virgo, Vvilge fortis, ſeu Liberata, & aliæ quatuor virgines, & martyres, &c.

x Catelli Luſitanorum Reguli.) *Fallor, an à Iuliano corrigendus eſt locus hic? Et: Cai Atilij: ſuccenturiandum: Is ipſe:* Caius Atilius Regulus floret in Hiſpania, & in

Digitized by Google

Anni Chriſ. Gallæcia ad fluvium Græcum nunc dictum Vliam cum validа manu Pyratarũ pugnat: *Et ad annum* 130. *ubi ſupra de S. Quiteria, & Genivera*: Filiæ C. Atilij (*ſic lego*) viri Conſularis, & Luſitaniæ Reguli. Ann. Rom.

In eadem Gallæcia. S. Euphemia [y] virgo, & martyr

y *Morales fuſe de ea lib. 9. c. 27.*

139 Hoc anno 6. id. Iul. Traianus Hadrianus [z] moritur, illique ſucceſsit in Imperio Antoninus Pius ab illo adoptatus. 890.

Aulus Victor Epiſcopus Barcinonenſis præſidet annos triginta, & octo.

z *Dio, & Spartianus in hoc Principe. Euſeb. tamen in chron. addit unum annum.*

Vliæ in Bætica [a] floret S. Quadratus [b] Epiſcopus.

a *Sic in nummis*: *V. L I A. Non*: *V lla*: *ut in Aulo Hirtio, hodie* Monte mayor, *ut Morali placet, lib. 9. c. 49. Ortelio, & alijs.*

b *Nec cuius Sedis Epiſcop. fuerit aperit: produnt, qui de eo ſcripſere. Agitur de eo in Rom. Martyrol. novo & veteri.*

Sancti Chriſti Martyres Facundus, & Primitivus, [c] ex Cæa urbe Gallæciæ [d] ad Cæam amnẽ pro Chriſto ceſi ſunt.

c Sub

Digitized by Google

Anni, Romæ

c *Sub Antonino Pio Martyrium conſummaſſe noſter innuit. Cum quo Ioannes Marieta lib. 2. c. 1. Lucas vero Tudenſis, Aegidius Zamorenſis, Ambroſius Morales, & Padilla ſub Antoninis anno 168. Vaſſæus ſub Aurelio commodo. Marinæus Siculus ad Dacianum protrahit. Quid in tanta Auctorum diſcrepantia eligam, non eſt nunc inſtituti mei, ſed officij à Dextro ſtare.*

d *De Cæa urbe, quæ etiam eo nomine appellatur, agit Prudentius Sandovalius ad hiſt. Epiſcoporum, fol. 8. Vbi etiam de flumine illam præterfluente.*

140 Antoninus Pius Imperator, [e] hoc anno Pater Patriæ Appellatus eſt. 891.

e *Id eſt Imperij ſui 2. Vt Capitolinus, & Euſebius volunt.*

141 Hoc tempore florebat Romæ Gallenus [f] Medicus Pergamenus. 892.

f *Euſeb. in chron. anno 140. à quo Ado. Vincentius, & Antoninus in chronicis. Diaconus, & alij.*

143 Iuſtinus Philoſophus librum [g] pro religione tradidit Antonino. 894.

g *Euſebius in chron. anno 142. & in hiſt. lib. 4. c. 8. 10. 11. Nicephorus lib. 4. c. 5. & 6. Diacon.*

145 Valentinus hæreticus agnitus [h] durat uſque ad Anicetum. 896.

h *Euſebius eodem anno. Irenæus lib. 3. 4. Euſeb. in hiſt. lib. 4. cap. 10. Nicephorus lib. 4. c. 3.*

Concor-

Digitized by Google

Anni Chriſ. | Anni Rom.

Concordiæ in Luſitania, [i] quæ nunc Beſulci dicitur, ſancti Chriſti martyres Donatus, & ſocij [l] eius etiam paſsi.

i *Apud Plinium legas.* Concordienſes, qui & Bocori in Luſitania. *lib.* 5. *c.* 22.

l *Martyrol. Rom.* 17. *Martij, in quo ita:* Concordiæ ſanctorum martyrum Donati, ſecundini, & Romuli cum alijs 86. eiuſdem coronæ conſortibus. *Agit etiam de his Vſuardus ea die, ex veteribus mſ.*

149 Arrianus Philoſophus, [m] Nicomedienſis, & Maximus Tyrius. [n] 900.

m *Euſeb. anno* 148.

n *Suidas in Maximo & Euſeb. eo anno.*

150 Appollonius Stoicus, [o] Chalcidius natione, & Baſilides Syropolytanus, [p] Philoſophi illuſtres habentur, qui fuerunt Cæſaris Præceptores. 901.

o *Capitolinus, Caßiodorus, & Euſebius Chalcidicum. Alij Chalcedonium, ut Eutropius, & Marianus, ſed perperam.*

p Baſilides Syropolitanus.) *Corrige:* Scythopolitanus. *Ita monet Iſaacus Caſaubonus in notis ad Capitolinum, fol.* 117.

156 Sub Aniceto Papa venit Romam, S. Polycarpus, [q] qui doctrina ſua, & exemplo vitæ mirabilis multos ab erroribus liberat. 907.

q *Euſe.*

Digitized by Google

Anni. Chriſt. q *Euſebius in chron, Suidas in Polycarpo. Nicephorus lib. 3. c. 30. ex S. Irenæo.* Anni. Romæ

Blandæ[r] in Hiſpania patiuntur. S. martyres Bonoſus, & Maximus.[ſ]

r *Ptolemæus, & Mela de hac urbe. Quam* Blanes *hodie vocari affirmant Beuterus, & Florianus.*

ſ *In Hiſpal. Archiep. C. Magni. Sed cum impreſſis tenemus Auctoritate Martyrologij Romani 21. Auguſti, quo die Vſuardus.*

Carthagine Hiſpaniæ Modeſtus, & Iulianus[t] florent.

t *Martyrol. Rom. 12. Feb. ab antiquis exemplaribus.*

160 Domina Virgo[u] cum ſororibus egregijs Chriſti martyribus. 912

u *Aliàs Domnina, vel Domna de ea, & Sororibus Martyrol. Rom. 28. Decemb. Lipom. tom. 3. Surius tom. 6. Nicephorus hiſt. lib. 7. c. 6.*

Pelagio Toletano Pontifici ſuccedit Patruinus,[x] vir fidelis: Præſidet in illa Sede annos 29.

x *Alij Batruinum vocant. Iulianus Paternum.* Paternus Epiſcop. Tolet. ad annum Domini 156. vixit, qui multum laboravit in converſiono gentium, & Iudæorum.

162 Hoc anno Nonis Martijs Antoninus Pius mortuus eſt,[y] ſuccedunt illi 913

duo.

Anni Chriſ. duo. M. Aurelius [z] verus, & L. Aurelius, Commodus Antoninus. Anni Romæ

y *Spartianus, Vopiſcus, Caſiodorus, Eutropius, Euſebius hoc anno.*

z Succedunt illi unus M. Antoninus, Alter Aurelius. L. Ceionius.) *In Archiepiſcopi. C. & Pinedæ.* Vnus M. Antonius verus. Alter Lucius Ceionius Aurelius. *Ex faſtis Caßiodori, & Cuſpiniani repoſuimus.* M. Aurelius Verus, & L. Aurelius, Commodus Antoninus. *Vide Aurelium Victorem, & Diaconum.*

165 L. Cæſari Athenis ſacrificanti [a] ignis in cælo ab Oriente in Occidentem, nec ſine miraculoſa viſione ferri viſus eſt. 916.

a *Euſebius, Idacius, Contractus, & alij.*

166 Vologeſus Rex Parthorum, [b] provincias vicinas depopulatus eſt. 917.

b *Euſebius Caßiodorus, Oroſius lib. 7. c. 15. Victor.*

167 Seleucia Syriæ urbs [c] cum trecentis millibus hominum eſt capta. 918.

c Seleucia Syriæ urbs cum triginta millibus.) *In Euſebio:* cum trecentis millibus hominum. *Et ita habent Codices Archiep. & Pined. ex quibus reſtituimus, & probat Caſaubonus in notis ad Capitolinum, fol. 185. quamquam Iornandes numerum auget:* Seleuciam urbem cum quadringentis millibus accepit pugnatorum.

Apud

Christi. 168 Apud Piſas Peregrinus Philoſophus[d] rogo, quem ex lignis compoſitis extruxerat, vivum ſe ſuper iniecit. Anni. Romæ 919.

d *Iulianus in epiſtola de morte peregrini. Gellius lib.12. c.11. Euſeb. in chron.*

Maſsiæ in Hiſpania[e] ad locum Dorotenſem, S. Polycrates, mirabilis vir converſione, & omnibus operibus ſuis.

e Maſtiæ, vel Maſsiæ. *De qua Stephanus Biſantius*: Maſsia locus pertinens ad Tarteſsios. Gentile Maſsianus. *Plinius lib. 35. c. 14 agens de lateribus*. Pitane in Aſsia, & in ulterioribus Hiſpaniæ civitatibus Maſsia, & Calento fiunt lateres, qui ſiccati non merguntur aqua. *Feſtus quoque Avienus: oræ marit.*

Sunt Maſsieni Regna Selbyſina.
Feracis agri, & divitis Tarteſsi.

Grandiores lateres Mazaries nunc dicimus: forte ducto ab hac urbe vocabulo. De Policrate mirabili nihil legi, niſi is ſit, de quo Nicephorus lib. 2. c. 44.

169 Marcus hæreticus Hiſpanias petit:[f] Præmoniti vero Hiſpani à Petro epiſtola 2. & ſæpius à Paulo, cum Carpetaniam adijt, Toleto pulſus: volenſque Valentiam Luſitanorum corrumpere in ea provincia male tractatus nonnullas mulierculas corrupit: ab alijs vero irridetur. 920.

T Ex

Anni. Chriſ. f *Ex Valentini hæreticorum peſſimi ſchola diſcipulus, impoſtor, ac magus, qui Calicem Eucharisticum rubicundum apparere faciebat. De eo Irenæus lib. 1. c. 8. & 9. Euſebius in hiſtoria lib. 4. c. 10. Tertullia. adverſus Valẽtin. & de præſcriptiõ. Hieronymus in Hiſpanias veniſſe teſtatur epiſt. ad Theodoram.* Quod Marcus quidam de Baſilidis Gnoſtici ſtirpe deſcendens primum ad Gallias venerit. Inde Pyreneum tranſiens Hiſpanias occuparit, & hoc ſtudio habuerit, ut divitum domus, & in ipſis fæminas maxime appeteret, &c.

Hoc ad annum 116. tranſcribendum monet. D. Thomas Tamaius ad Dextrum, fol. 69. Sed nos nihil mutandum cenſemus, cum Valentinus Marci anteceſſor ad Anicetum Pontificem graſſatus ſit, qui Eccleſiæ præſedit anno Chriſti 166. agnituſque fuerit primum anno 145. Itaque Marcus eius diſcipulus eo anno 116. Necdum fortaſſe natus, nec Gnoſticorum pater is eſt, ſed Baſilides, & Carpocrates, Irenæus lib. 1. c. 24. Nicephorus lib. 4. c. 2.

Lucius Cæſar cum fratre Commodo de Parthis triumphat. g

g *Capitolinus, Eutropius, Oroſius, Euſebius.*

170 Perſecutione orta in Aſsia h Polycarpus, Pioniuſque patiuntur.

h Perſecutione orta in Aſia Polycarpus, Proniuſq;.) *Euſebius in Chronico. Oroſius lib. 7. cap. 15. à quibus repoſuimus: Pionius.*

Plurimi in Gallia, Hiſpaniaque ob Chriſti nomen interfecti. i

i *Euſeb. in chron. & hiſt. lib. 5. c. 1. Oroſius ubi ſupr.*

Lues

Anni Chriſti. Anni Romæ

171 Lues multas provincias invadit, & Romam etiam.[l] 922.

l Capitolinus, Victor, Eutropius, Euſebius, Oroſius.

Romani contra Sarmatas, Dacos, Quados, Marcomanos pugnant.[m]

m Euſebius in chronico & cæteri.

S. Soter Romanam regit Eccleſiam[n] ſatis afflictam.

n Euſeb. in hiſt. lib. 5. in proemio, Niceph. lib. 3. c. 25.

172 Lucius Imperator prope cōcordiam apoplexia corripitur.[o] 923.

o Capitonlinus in eo. Eutrop. lib. 8. Euſeb. in chron.

173 Aſianus Sardicenſis[p] offert Antonino Apologeticum. 924.

p Aſianus Sarduenſis.) Sic impreſſi. Corrige: Sardenſis, vel Sardicenſis. Ab Euſeb. lib. 4. hiſtor. cap. 14. & 21. & lib. 5. cap. 24.

174 Apollinarius Hieropolytanus[q] Epiſcopus clarus habetur. 925.

q Eſebius in chron.

Dionyſius[r] Corinthiorum Epiſcopus, & Pynitus[s] Cretenſis.

Anni. Chriſ. | Anni Romæ

r Idem Euſeb. in chron.

r Pynetus.) *Repone*: Pynitus. *Ex Euſeb. in chron. & hiſt. lib. 4. c. 23. Hieronym. de ſcript. Eccleſ.*

175 Tanta per totum orbem internecio [s] fuit ex graſſante peſtilentia, ut totus pene exercitius Romanus deletus fuerit. 926.

ſ *Euſebius in chron. Diacon. lib. 10.*

Interamni Flavij [t] in Hiſpania S. Proculus [u] martyr.

t Interamnifluvij.) *Sic in impreſsis, & mſ. ſed mendoſe: repoſui:* interamni Flavij. *Aſturum urbs eſt Ptolemæo, & ab Antonino in itinere à Braccara Aug. Aſturicam collocatur. Morales vult hodie eſſe* Fuente encalada. *Coccus* Ponferrada.

u *De Proculo interamnenſi 14. April. in Martyrol. Rom. ſed ibi Epiſcopus perhibetur. Eſt etiam alius S. Proculus martyr. 14. Feb. non Epiſcop. Itemque Interamnenſis: hos tamen Italos, non Hiſpanos eſſe ſuſpicor, aut valde fallor, cum eorũ acta intexta habeantur cum actis S. Valentini Epiſcopi Interamnenſis. Veritatem in medio relinquo alijs diſcutiendam, nec enim iuravi in verba magiſtri.*

Orationibus Chriſtianorum Antonino apud Quados pugnanti, [x] internecionemque ſuorum timenti, data eſt pluvia, & victoria.

Anto-

Digitized by Google

Anni. Chriſ. 180. Antoninus conſortem Imperij facit filium Commodum. Anni. Romæ 931.

x *Tertullianus in Apologetico ad Scapulam. Euſeb. in hiſtor. lib. 5. c. 5. Oroſius lib. 7. cap. 15. Capitolinus, & Dio, Paulus Diacon. & alij ſexcenti ex recentioribus.*

Vtriculi, quæ Bætis olim, y civitas eſt in Betica, prope Hiſpalim natus Lucius z floret Romæ ingenij laude præclari.

y Vtriculi, quæ Bætis olim, (civitas eſt in Bætica prope Hiſpalim) natus Lucius: Floret Romæ ingenij lande præclari.) *Liceat per te, benigne lector, homini Bætico amantiſsimam patriam quaſi redivivam, aut longo poſt liminio viſam, priſco ſibi nomine reſtituto, obvijs ulnis amplexari, pro eaque tibi pauca ex occaſione dicere: provincia igitur Bætica, in qua* Bætis urbs, Vtriculum, *ſivi* Vtricula *ſita eſt, Hiſpalis principis urbis vicinitate, veteri novoque nomine à Dextro tam accurate recenſitis, veluti manu nos ducit, ut per eadem veſtigia, illam Bætim, ſive Vtriculum, ſive Vtriculam, (ut Maximo placet) eandem eſſe, quæ hodie parum luxato nomine* Vtrera *vocatur, niſi moroſi, ac refractarij ſimus, arbitremur. Pleræque ad Hiſpalim, vel non Procul poſitæ circumquaque urbes, vel ſuum nomen parum inflexum conſervant, ac retinent, vel ab auctoribus, qui ea in re egregiam operam navarunt, quo indigetatæ fuerint, proditur. Exemplo tibi ſint:* Carmo, *hodie* Carmona. Vrſaona, Oſſuna. Aſtigi, Ezija, Nebriſſa, Lebrija. Arci, Arcos. Marcia, Marchena. *Has omnes provinciæ ſitus, etymonque nominum, ac ſimilitudo priſci quoque lapides, qui nomen retinent, eaſdem eſſe nos inducunt, ut credamus. Quod igitur omnibus fas, iuſque eſt, cur in noſtram, vel potius totius antiquitatis iniuriam vertamus, ut quæ in provincia Bætica prope Hiſpalim* Vtricula *olim fuit,*

Vtrera

Digitized by Google

Anni Chriſ. | Ro.

Vtrera *hodie non ſit? cum etiam Arabibus, qui totam Hiſpaniam flamma, ferro, ultimaque barbarie vaſtaverint, illud ipſum nomen ad noſtrum uſque ævum mordicus retentum ſit, nec tot bellorum turbines obliterare, aut convellere potuerint. Fuit amicus quidam noſter manſuetiorum Muſarum literis excultus, qui putavit Plinium lib. 3. c. 1. cum oppida Hiſpalenſis conventus recenſeret, ea nempe, quæ ab utraque fluminis ripa locata erant; Bætim urbem inter æſturia fluminis poſuiſſe. Is ita Plinij verba deligebat:* At inter æſturia Bætis oppidum: *Inter punctionemque diſtinguebat. Et illico Nibriſſam cognomine Veneriam quaſi ab æſtuarijs excluſit, id quo iure excogitaverit (cum Nebriſſam hodie inter æſtuaria Bætis eo ipſo loco, quo ſemper fuit, vel cæci, & apud Cimmerios nati videāt) ipſe dicat. Potuit illa Bætis, fateor, ſubverti, aut cadere, ſed ubi lapides, aut ruinæ? in eo Atacæni æſtuarij vaſtiſſimo tractu, qui hodie* La Mariſma. *ab ipſa Hiſpali ultra Nebriſſam protenditur paluſtri ſemper, Voraginoſoque ſolo, & vix tuguriorum hoſpitali; nulla rudera, nec urbis cæmenta, quamvis à me omnibus veſtigijs inquiſita, comparent. Nec oppidum hodie Palacios, ſive Villafranca aliquid negotij faceſſit, recens enim, & avorum noſtrorum memoria conditum, atque adeo incommodo ſolo, ut domos extructuri oppidani terram, ac lapides illuc aliunde convehant. Neque ibi umquam antiqui populi veſtigia ſunt, aut fuere. De noſtra Bæte urbe apud Strabonem luculentum eſt teſtimonium lib. 3. cuius ſubijciam verba:* Poſt has Hiſpalis claret, ipſa quoque Romanorum colonia. Ac nunc quidem emporium ibi durat. Honore tamen, & recenti militum Cæſaris inhabitatione Bætis præcellit, quamvis non ſplendide habitata. *Alia verſio habet ſic.* Poſt hanc vero, & Gaditanam, Hiſpalis quidem inſignis, & ipſa Romanorum Colonia: hoc autem tempore manet emporium. Cæterum HONORE, & deductis nuper in coloniā Cæſarianis militibus civitas Bætis excellit, tametſi non admodum

ſplen-

Digitized by Google

ſplēdide cōdita. *Paucis verbis multa noſtræ urbis ornamenta complectitur. Quæ ut ſingillatim diſcutiam, oratum te volo. A Bætis primum nomine auſpicatus Græcanicum cum Polluce, & Iſidoro arbitror, proindeque longa temporum ſerie à Græcis, qui in Bætica plurima oppida condidere, originem duxiſſe haud ab re coniectamus, conditamque eo tempore:* Anni. Romæ

Cum quateret thyrſo populos bellator Iberos
Bacchus, & attonitas Satyrus circumdaret aras,
Atque Mymallonidum reſonaret Bætica bombis;
Dicitur hæc ſocijs placuiſſe patentia late
Arva ſuis: fixiſſe domos, muroſque. Iuventus
Graia erat, & BAETIM patrio denomine Bætæ
(Pellis ea eſt arcens hyemes, æſtuſque furentes)
Auſpicijs poſuiſſe: Deus, fatumque monebat.
Condita tunc etiam Nebriſſa à Nebride dicta,
Quam Satyri cinxere leves, nocturnaque Menas:
Gaudia quæque ſonat Meſenia condita Carmo.
Omnes ſunt urbes Graiæ: nam Græcia voces
Agnovit iurata ſuas: teſtatur, & ipſe
Bætis arundinifer, longa cum veſte verendus
Canicie, longiſque fidem firmantibus annis.

Nos hæc impoematio de noſtra Bæte ad Excelentiſsimum D. Ferdinandum Enriquium de Ribera doctiſsimum Ducem de Alcala & Bæticarum Muſarũ Apollinem aliquãdo luſimus.

Prætarea etiam Hiſpali urbi Principi, ac omnibus ſæculis clariſsimæ honore præcellere eo ævo Strabo divite teſtimonio ait. Quod noſtræ Bætis urbis ſingulare ornamentum in ſuæ Cordubæ colophonium detorquere nititur dictus, ac pius vir Martinus de Roa è Societate Ieſu in eo libello, quem de Cordubæ Principatu eleganter ſcripſit: ſed nullo alio, ut puto, fultus tibicine, niſi antiqui marmoris inſcriptione apud eandem Cordubam, quæ haſce habet literas.

IMP.

Anni. Chriſ.

IMP. CAESAR. D. F. AVGVSTVS. COS. XIII. TRIB. POTEST. XXI. PONT. MAX. A. BAETE. ET. IANO. AVGVSTO. AD OCEANVM. LXIIII.

Ann. Rom.

Nihil tamen aliud continet; quam à Bæte flumine Cordubam præter fluente ad Oceanum dimenſionem, ut cuivis inſpicienti pervium, ac facile eſt. Vult ita Morales, & ab eo omnes Hiſpanici ſcriptores. Habet certe Corduba tot apud ſe præclariſſima omni ævo ornamenta, ut urbs illa patricia noſtra emendicare non habeat neceſſe: quare in amoliendo hoc marmore nihil laboramus. Quis autem, & qualis honor iſte noſtræ Bætis fuerit; ut gratum ac iucundum nobis eſſet invenire, ita in tam obſcura rerum, ac temporum caligine operoſum inquirere, ac plane difficile. Lubet tamen quaſi in crepera luce attentius ſuſpicari. Votorum hæc vis eſt.

Eſt apud me lapis marmoreus ulnæ, aut circiter altitudine, latitudine ſemis affabre perpolitus; literis digitalibus in fronte exciſsis, ex quibus primæ tres, iniuria, fragmento divulſo, perierunt. Has tamen ſatis conſpicuas habet.

: : : : : : SA.

AVG.

GENI.

MVNICIP.

Hoc eſt: Cæſaris Auguſti Genio Municipes. *Expleta lacunula illa. Sculptæ præterea ſunt ab utroque latere ſideris cæleſtis Chelæ, ſive Scorpionis antica pars, quemadmodum ab Aſtronomis pingi, ſive ad fingi ſolet. Aram hanc Auguſti*

Cæſaris

Digitized by Google

Anni. Chriſ. *Cæſaris Genio conſecratam quis non videat? Natus fuerat Auguſtus 9. Kal. Octob. ut ex Suetonio, Dione, & alijs liquet, exorientibus Chelis, ſive Scorpionis antica parte. Itaque Municipes illi honeſto Genij nomine novum Auguſti numen templis, ariſque, ac pulvinaribus honorare, & colere intendebant, adhibitis æditius ac flaminibus: ſimulque genethliaci ſidere, ſive ſigno, quo natus eſt ad ficto, iuſtum, fortem, prudentem, prædicabant, ut ad lib. 1. Georgic. notavit Servius. Virgilij carmina hæc ſunt.* Anni. Romæ.

Qua locus Erigonem, inter Chelaſque ſequentes
Panditur, ipſe tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cæli iuſta plus parte reliquit.

Vbi interpres ille: Ergo docet Auguſtum fortem propter libram, prudentem propter vicinam Virginem. *Ad hæc etiam Manilius* 4. *Aſtronomicon,*

At cum autumnales cæperunt ſurgere Chelæ,
Felix æquato genitus ſub pondere libræ,
Iudex extremæ ſiſtet vitæque, neciſque.
Imponet iugum terris, legeſque rogabit.
Illum urbes, & regna trement, nutuque regentur.

Habes igitur aram, quaque fine dicata videatur. Scilicet ut Auguſto veluti Deo Genio velato Cæſaris nomine, honor deferretur. Ab hoc itaque divino honore *Strabonem in hoc loco capio, quaſi* honore *iſto aræ ſibi ab Auguſto cōceſſæ Bætis urbs Hiſpali præmineret.* Honor *nempe pro ſacrificio ipſo Aræ impoſito. Ita Poetarum Princeps* 1. *Aeneid.*

Simul Aenæam in regia ducit,
Tecta ſimul Divum templis indicit honorem.

Eo etiam libro. Et quiſquam numen iunonis adoret?
Præterea, aut ſupplex aris imponat honorem?

V *Apud*

Digitized by Google

Anni. Chriſ. *Apud Symmachum etiam undecimus honor, pro undecima hoſtia. Plura exemplæ in Nonio Marcello invenies.*

Supereſt nunc, an honor *iſte Auguſto delatus communis ac reciprocus cum ea fuerit, ita ut inde præcellere, & eminere Hiſpali potuerit eius prærogatiua. Pomponius Mela inde ſitu orbis, agens de Noega Aſturum oppido ait:* In Aſturum littore Noega eſt oppidum, & tres Aræ, quas ſextianas vocant, in peninſula ſedent, illuſtrantque terras antea ignobiles Auguſti nomine conſecratæ. *Iſaacus Caſaubonus in notis ad monumentum Ancyranum diſſertis quidem verbis.* Pleræque provinciarum pro magno beneficio poſtularunt ſibi ius dari aræ ponendæ in aliqua ſuarum urbium, ubi communi nomine populi totius provinciæ honoris eius cauſa ſacra facereut. Talis in Gallia Lugdunenſi ara, ad quam ſexaginta populos convenire ſolitos refert Strabo, Talis in altera Galliæ parte ara Narbonenſis, & in alijs provincijs aliæ tum Auguſto, tum Iulio Cæſari poſitæ tantoquidem ſtudio, ac adulatione, ut earum urbium incolæ, qui huiuſmodi templa apud ſe haberent, nullo alio magis nomine ſuperbirent, quã quod eſſent iſtorum Νεοφ'υτων numinum æditui.

Vnum hoc pro multis teſtimonium ſufficiat. Genio etiam Auguſti haud inſolens dedicatio fuit, ſiquidem præter hanc, quæ Bæti conceſſa, Athenis etiam templum habuit Genij nomine conſecratum. Suetonius me docet in eo Principe: Cuncti ſimul ædẽ Iovis Olympici Athenis antiquitus inchoatam perficere communi ſumptu deſtinaverunt, Genioque eius dedicare.

Altera etiam honoris excellentia urbi noſtræ contigit non ſolum à iure aræ illius ponẽdæ, ſed etiã à millitibus veteranis ab Cæſare Auguſto in coloniam deductis. Vt expreſſe aſſerit Strabo. Quod orbe pecato, tẽpliq; Iani cluſibus liminibus emergere potuit, finito iam bello Cantabrico anno ab V. C. 729. Auguſto IX. & M. Iunio Sillano Coſſ. liquet hoc ex Dione.

Eo

Digitized by Google

Anni. Eo nimirum tempore quo in Luſitania ab emeritis militibus Anni.
Chriſt. Emerita Auguſta condita eſt, ac cognominata. Porrò ut hi mi- Romæ
lites, relicto Marte, Bætim noſtrũ, quemadmodũ illi Emeritã pro præmio, ac pretio defunctæ millitiæ ſibi poſcerent, multa potuerunt eſſe, quæ eorum animum allicerent. In vitare namque poterant cæli, ſolique præſtantia: ager enim noſter circumquaque lætiſſimus, ex quo frugum, vini, olei, lignorum ſaliſque copia pene mirabilis: ita ut Ceres, Liber, Pallas, ac Cybele ſecũ certare videantur. Nec tamen Dij maiorum gentium Medioxumos Panem, Vertumnum, Salaciam, Pomonamque aſpernãtur. Imo vero ſibi famulos, atque ad miniſtros conciliant; partitos enim ac diviſos habent fines.

Numina ne certent, bello neu regna fatiſcant.

Ipſa urbs, veluti arbiter, aut ſacer lapis in medio reſidens, lites diſcernit, ſuo quemque muneri aſsignans; ita ut arva ubi meſſes, vinetis aut olivetis, aut pinubus immixta nocumento non ſint, ſed ſua cuique tellus diſterminata, ac diſtincta eo agricolarum fructu, ut ſæpiſsime experientia compertum ſit, quæ uno duntaxat anno colliguntur, inque cellaria, & horrea conduntur, ſineque foras exportarentur (quod plerumque, & ſemper fit) in quatuor, vel quinque annos civibus eſſent ſuffectura, nec propterea annona deficeret. Hanc multiplicem copiam, Franciſcus Paciecus canonic. Hiſpal. in epig. ad Regem Philippum 2. commendat.

Accipe dona meis innata patentibus arvis
    Clara Deûm ſoboles, Auſtriadumque decus.
Quamvis flava Ceres det fruges. vina lyæus,
    Detque oleum Pallas, lignaque det Cybele:
Plus tamen exhilarat me ſemper virginis Ara.
    Quo Rex præſenti numine tutus eas.

Nos quoque in poematio

Anni. Chriſ.

Ergo armentorum, pecudum quoque, dives equorũ,
Fruge potens, olea facilis, fæcunda lyæo,
Altrix pomorum, atque ſalis, pinuque ſuperba
Sola tuis opulenta bonis.

Fuit etiam præſtantum virorum non infæcunda, ſiquidem habuit Lucium hunc de quo Dexter ingenij laude ea ætate Romæ, id eſt totius mundi Theatro florentem: Sabinum Presbyterum, qui Concilio Arelatenſi ſubſcripſit, Antiſtitem poſtea Hiſpalenſem: Gregorium Bæticum Illiberitanæ ſedis præſulem ſanctiſsimum, Stratonem, Rufinum, & Rufinianum fratres, Artemidorum, & ſævium invictos martyres, ſanctum Lucianum Presbyterum, Lucinium Bæticum germanos fratres, Abigaum cæcum D. Hieronymi literis, ſuiſque ipſorum meritis immortalitatẽ donatos: nec tamen ætate noſtra oblita ſui Didacum Leontium Epiſcopum Columbrienſem, qui ſacro æcumenicoque Concilio Tridentino interfuit munere legati Pauli Pontificis fungens, & cum patribus ſubſcribens: Ludovicum Meſiam Leopontium non infimi ſubſellij Iureconſultum, Franciſcum Parram ex Collegio Ovetenſi Salmantica, Theologiæ ſacræ anteceſſorem Canonicũ Oxomenſem, & alios plures omnibus diſciplinis inſtructos viros, quos longum eſſet recenſere.

z Natus Lucius.) *M. Valerius Martialis Lucium quendam Hiſpanum in epigram. celebrat.*

Luci gloria temporum noſtrorum:

De Lucio etiam hac etate florente Lylius Giraldus de vitis Poet. Poſt hunc erat Lucius Poeta Hiſpanus, qui Horatium Flaccum imitatus eſt Domitiano Cæſare, *quem eundem eſſe, qui à Dextro laudatur, non dubito: de eo quoque agit Lucas Tudenſis in chronici præfatione de laudibus Hiſpaniæ. Morales lib. 9. cap. 27. Eſt etiam priſcus lapis Tarracone de Lucio cive Aſturicenſi, domo tamen Bætico: ſed nec hunc*

Anni. Chriſ. *hunc Poetam exiſtimo, alium tamen illuſtrem virum noſtræ Bætis alumnum.* Anni. Romæ

LVCIO. ANTEIO. FLAVINO. BAETICO. COS. CIVI. ASTV-RIC. LEG. VII. G. P. FEL. ANN. XLV. STIP. XXIIII. ANTEIVS ANTIOCHVS. LIB. PATRONO. OPTIMO. BENEMERENTI. FECIT. SECVNDVM. VOLVNTATEM. SVAM.

Hoc tempore omnes Hiſpaniarum Eccleſiæ; ſicut etiam aliæ totius orbis terrarum, a paganis pacem mercatæ ſunt.

182 Antoninus Imperator plusquã centum leones [a] exhibuit. 933.

a *Capitolinus, Dio, Eutropius, Euſebius.*

Smyrna urbs Aſiæ terræmotu cõcuſſa ruit: [b] ad cuius reparationem decennalis tributorum relaxatio data eſt.

Antoninus Imp. in Pannonia morbo deceſsit. Succeſit illi Imperio Commodus filius.

b Syrna urbs Aſiæ terremotu concuſa ruit.) *Repoſui Smyrna: adſtipulantibus Euſebio in chron. & Dione in M. Antonino.*

Digitized by Google

Anni. Chriſ. pro fidei defenſione obtulit, & capite truncatur.

193 Commodus egregia ſpectacula populo Romano præbuit.

m *Euſebius in chron. & in hiſtoria lib.5. c.20. Nicephor. lib.4.c.26.& in Martyrol.Rom.fit de eo 18. April. Hieron. de ſcript Eccleſiaſt.Gaulterius, & alij.*

Commodus Imp. ſceleratus in domo Veſtaliani [n] necatur.

n Commodus Imp.Sceleratus in domo veſtaliani necatur.) *Varie hoc apud Auctores legitur. Capitolinus, & Lampridius:* In Hortis Vectiliani. *Idatius tamen cum noſtro convenit, à quo non recedimus.*

Succeſsit in Imp. Romano Helvius Pertinax [o] menſes ſex: Pertinax obſecrantem Senatum, ut uxorem ſuam Auguſtam, filium Cæſarem appellaret, repulit dicens: ſatis eſſe quod ipſe nollens Imperium Romanum ſuſcepiſſet, & regeret.

o *Anno 195. Conſulibus Falcone, & Erutio Claro, Dio, & Capitolinus, Herodianus.*

Pertinax occiditur in palatio [p] ſcelere Iuliani Iuriſconſulti. Quem poſtea

Severus

Severus apud Milvium pontem interfecit.

p *Dio in Iuliano, Eutropius, Victor, Euſeb.*

Severus, qui & Pertinax q ſucceſsit Iuliano Imperatori.

q *Dio, Eutropius, Victor, Herodianus.*

97 Clemens Alexandrinus Presbyter, & Pantenus Stoicus r Philoſophi in diſputatione pro fide noſtra fortiſsimi cenſentur. 948.

r Clemens Alexandrinus Presbyter Eſpaneſius ſtoicus.) *Repoſui: Pantenus: vel Pantæus. Ex Euſebij melioris notæ Codicibus. In Hiſpalenſi. C. idem Panætius.*

98 Polycrates, & Bachillus, ſ Aſiæ provinciæ Epiſcopi clari cenſentur. 949.

ſ Polycarpus, & Bacchylius.) *Repoſui Polycrates, & Bachillus. Ita Arnaldus Pontacus in Euſebium exemendatioribus Codicibus.*

199 Sub Victore Papa gravis de Paſchate t quæſtio oritur. 950.

200 Iudaicum, vel Samariticum bellum reſumptum. 951.

t *Euſebius in chron & hiſt. lib. 5. cap. 24.*

Digitized by Google

Anni Chriſ.

Severus Imperator Parthos, & Adia benos [u] ſuperavit, Arabaſque interros pene ad internecionem delevit.

u *Herodian lib. 3. Dio, Eutropius, Euſebius.*

202 Severo Imperatore Romæ Septizonium, & [x] Thermæ extructæ. 9

x Romæ Septizodium.) *Repoſui: Septizonium. Ex notitia Imperij. Publio Victore, Spartiano, Ammiano Marcellino lib. 15. Videnduſque eſt Anton, Auguſt. dial. 4. Bernardus Gamucius in antiquit. Porro Septizonium erat illuſtre, ac conſpicuum altitudine ædificium ſepteno columnarum ordine per ambitum ſubſtructum. Spartianus in Severo de Septizonio, & Thermis:* Opera publica eius extãt Septizonium, & Thermæ.

204 Perſecutio in Eccleſiam mota eſt, [y] in qua Leonides, Originis pater glorioſo martyrio coronatur. 955

y *Tertullianus, Euſebius, & alij.*

Aexander [z] ob confeſsionem fidei celebratur.

z *Euſeb. Hic videtur eſſe, qui poſt annos octo factus eſt Epiſcop. Hieroſolymitanus ex Epiſcopo Capadociæ, ut colligitur ex Nicephor. lib. 5. c. 9. Euſeb. hiſt. lib. 6. c. 8.*

206 Clodio Albino, [a] qui ſe Cæſarem in Gallia fecerat, apud Lugdunum occiſo, Severus bellum movet Britannis. 957

a Dio

a *Dio in Severo, Eutropius, Herodianus lib.3. Capitolinus.* Anni. Romæ

Carthagine in Hiſpania Geta, & Plauciano Coſſ.[b] Gundenes Virgo patitur 15. Kal. Quintilis. 959.

b *Qui fuit annus V.C.956. Chriſti 204. Ergo incommodo loco caput hoc locatum? ſed nos religionem putamus quidquã mutare, ſufficit tempus martyrij nominatis Coſſ. ſignaſſe, licet non eo tempore collocet. De S. Gundene agitur in Martyrol. Rom. 18. Iulij: unde etiam mendum ſuſpicor in Tò Quintilis. Et ſcribendum: Sextilis. Adi Baronium in notis ad eam diem.*

Blitabri prope Segoviam[c] ad iuga Carpetana in provincia Tarraconenſi S. Auditus martyr 1. Novembris.

c Britabli prope Segovian.) *Optime ſcriptum. In Livio lib.39. non æque Litabrum à C. Flaminio expugnatum, de eo Morales in antiquit. Hiſp. fol.95. & in Epiſtola Montani ad Theoribium Palentinum in qua etiam Britablum. De Audito nihil legi.*

S. Andeolus[d] qui peragratis Gallijs, & univerſa Carpetania, in Hiſpanijs prædicat, ad urbem Nivariam[e] Carpetanorum finibus coniunctam, & ſub Severo patitur.

Lucius Barcinonẽſis Epiſcopus præeſt annis quatuor.

d *De eo fit in Martyrol. Rom. 1. Maij, ubi Beda, Vſuardus,*

Anni Chriſ. *Ado, & alij. Ibi tamen in Gallia, & territorio Vivarienſi feſtum notatur, non in Hiſpania. Sed certe non aperit Martyrologium an ibi paſſus fuerit, ſed tantum de eo ibi agi, potuitque pati in Hiſpania.*

e *Inter Salmãticam, & Compluticam ab Antonino in Itin. locatur. Forſitam hodie Nieva.*

Quinctus, vel Quinctianus f Epiſcopus Toletanus ſuccedit Patruino, vel Paterno. g Præſidet in ſede annis duodecim.

f *Iulianus de eo. In chron. anno 202.* Quintus Epiſcop. Toletanus excellentis vir ſpiritus extitit, & defendit fortiter fidem Chriſti.

g Succedit Patruino.) *Imo Aſturio; qui Patruino iam ſuffectus eſt. Eoque etiam ordine in Chronologijs reperitur Loaiſæ, & aliorum.*

In Hiſpania ab Apoſtolicis temporibus frequens imaginum ſacrarũ uſus, & cultus. In quibus apud nos poſtrema fuit à paſsione S. Chriſtophori Gigantis imago. h

h *Cave intelligas hoc anno 208. imaginem D. Chriſtophori Gigantis cultam; cum ipſe paſſus ſit ſub Decio Imp. loquitur enim Dexter per occaſionem; cum enim de uſu, & cultu imaginum ſacrarum in Hiſpania; his temporibus de quibus agit, dicat, ultimam appingi, ſive ad fingi ſuo ipſius Dextri tempore, colique aſſeverat à paſsione Domini, ſive à Chriſtophori martyrio.*

Secun-

Digitized by Google

Anni. Romæ

Secundus Aſtenſis [i] floret in Hiſpania, paſſus in Bætica prope flumen Tanagrum, alias vocatum Lethem. [l]

i *Habentur eius acta in actis S. Marciani Epiſcopi Dertoſenſis. Et in Martyrol. Rom. 29. Martij Petroque in Catalogo lib. 4. c. 12. & in Iualino in chronico.*

l Prope flumen Tanagrum, alias vocatum Lethem.) *Florianus Ocampius aſſerit hunc fluvium vocatum Lethem olim, quem nos hodie addita Arabica particula Guadalethem nominamus, qui* Aſtæ, *ſive* Xerez de la Frontera *vicinus fluit. Adduci potuit Florianus, ut id ita crederet illo Silij Italici carmine.*

Et Theron potator aquæ ſub nomine Lethes.

Bernardus Aldretius bono reipublicæ literariæ natus putat, eſſe Chriſum, de quo Feſtus Avienus.

Hic Chryſus amnis intrat altum Gurgitem.

Vide illum in orig. ling. Caſtell. lib. 3. c. 11.

Floret Tertullianus Afer [m] filius Centurionis Proconſularis viri.

m *Euſebius in chron. Hieronym. de ſcriptor. Eccleſ. Lactantius, Paulinus, & alij ſexcenti.*

211 Origenes Alexandriæ [n] in ſtudijs omnibus celebratur. 962.

212 Fulta Epiſcopus Barcinonenſis ad annos 12. Sedet. 963.

n *Hæc ab Euſebio tribuuntur anno 15. Severi Imp. repugnat Auct. hiſt. Eccleſiaſticæ lib. 3. c. 3.*

Seve-

Anni. Chriſ.

213 Severus Imperator moritur Eboraci [o] in Britannia. 9

o *Eutropius, & Euſebius, Victor, Diac. lib.* 11. *licet. Aelius Lampridius dubiam hanc opinionem redat hiſce verbis.* Denique agentem eum cum paucis in Britannia, at alij volunt in Gallia in vico, cui Sicilia nomen eſt, non ex omnium ſententia, ſed latrocinaantium modo, occiderunt.

214 Aſclepiades Epiſcopus [p] Anthiochenus mire floret. 9

217 Antoninus Thermas ſuo nomine Romæ ædificat. 96

p *Euſebius in chron. & in hiſtoria lib. 6. c. 8.*

218 Antoninus tam in uſitatæ libidinis [q] fuit, ut Iuliam novercam ſuam uxoré ducere decreverit. 96

q *Plurima eius monſtri ſcelera Dio, Eutropius, Herodianus, & alij hiſtorici commemorant.*

219 Antoninus occiditur ann. ſuæ ætatis 44. [r] prope Carras. 97

r Antoninus occiditur anno ſuæ ætatis 44.) *Hæc Euſebius. Aliter Dio qui 39. Spartianus qui 43. ſignat.*

220 Macrinus [ſ] creatur Imperator. Imperat anno uno. 97

ſ *Dio in Macrino, Eutropius, Euſebius, Victor.*

Circen-

Digitized by Google

Circenſibus Vulcanaliorum [t] Romæ Amphitheatrum incenſum.

t Cyrenſibus Vulcarariorum.) *Repoſui*: Cirſenſibus Vulcanaliorum. *Vulcanalia fiebant menſe Auguſto 9. Kal. Sept. ex Plinio, & Columela, & expreſsius in lapide: Lipſius.*

Vincentius [u] Epiſcopus Toletanus 973.
ſuccedit Quincto, vel Quinctiano Toletano pariter Antiſtiti.

u *In impreſsis nimis oſcitanter una clauſula in duas diſſecta. Coniunxi, & ſenſum redintegravi. Iulianus in chronico de Vincentio eadem fere, quæ Dexter.* Vincentius Toletanus ad annos 245. ad hũc S. Pontifex Antherus ſub nomine Metropolitani in provincia Toletana ſcribit. Fuit vir egregius, & pius, Meviæ vero moritur.

Præeſt annis viginti tribus. Obijt [x] Meviæ.

x *In C. Arch. Hiſp. Meriæ. In Pinedæ Meriœ. Sed ab impreſſo non receſsi, favetque Plinius, & Iulianus.*

Hippone in Carpetania [y] S. Chriſti martyres Cyriacus, & Iulita, [z] ſub Imperatore Alexandro lauream conſequuntur.

y *Plures fuerunt Hippones in Hiſpania, forſitam à Carthaginenſibus conditæ. Hanc provinciæ Carpetaniæ ex Livio evincimus lib. 39. qui illam prope Toletum locat.*

Digitized by Google

Anni. Chriſ. z *Lucius Marinæus Siculus noſtri opinionem ſequi videtur, qui tamen impugnatur à Morale lib. 9. c. 29.*

224 Antoninus occiditur Romæ [a] in tumultu militari. 9

a *Aurelius, Victor, & Euſebius. At Eutropius in Gallia occiſſum affirmat.*

228 Vlpianus Iuriſconſultus [b] Aſſeſſor Imperatoris Alexandri inſignis eo tempore nimium floret. 9

b *Spartianus, & Euſebius. Sext. Aurelius, librique Digeſtorum ſatis viri Conſultiſsimi ingenium illuſtrant.*

229 Romæ ex ædificatæ ſunt Thermæ [c] dictæ Alexandrinæ. 98

c *Herodianus lib. 4. Diac. lib. 9.*

230 Geminus Presbyter Antiochenus, & Hipolytus, & Beryllus Epiſcopus Arabiæ Boſtrenus [d] clari ſcriptores cenſentur. 981

d Epiſcopus Arabiæ Proſtenus.) *Quatuor videntur viri, ſed tres tantum ſunt. Geminus Presbyter Antiochenus, Hippolytus, & Beryllus Epiſcopus Boſtrenus, nomen hoc Gẽtile, & Arabicæ civitatis. Euſeb. in chron. & hiſt. lib. 2. c. 2. & Hieron. de ſcript. Eccleſ. ab impreſsis ſatis barbare enunciantur.*

In Lu-

Digitized by Google

In Luſitania urbe Salaria, [e] quæ urbs Imperatoria dicitur, celebrantur egregijs laudibus Gracillianus, & Feliciſsima [f] martyres. — Anni Romæ

34 Alexander Imperator egregie pius in matrem Mammæam. 985.

35 Origenes ex Alexandria ad Cæſaream Paleſtinæ obijt. 986.

37 Alexander Imperator occiditur Moguntiaci in tumultu militari. 988.

238 Maximinus miles gregarius ſine auctoritate Senatus eligitur 989.

239 Maximinus in Eccleſiam Catholicam perſecutionem movet. 990.

240 Maximinus à Pupieno Aquileiæ in Italia occiditur. 991.

241 Gordianus eligitur Imperator, occiſis Pupieno, & Balbino Romæ. 992.

243 Gordianus nimis adoleſcens Parthorum acies exuperat. 994.

244 Philippus Præfectus Prætorio Gordianum prope Romam necat. 995.

e *Apud Ptolemæum, Plinium, & Antoninum* Salacia *appellatur. Morales ſæpiſsime Salariam nominat, ut noſter. Hodie* Alcaçar do Sal, *in Algarbienſi Regno, ut placet Andreæ Reſendio.*

f *In Archiepiſcop. Hiſp. Codice: Gratidianus. Agitur de eis in Martyrol. Rom. 12. Auguſti. Sed ibi Falariæ in Tuſcia*

X paſſos

Digitized by Google

Anni Chriſ. *paſſos affirmat Baronius in notis ad illam diem, & ex Falari, ut in veteribus mſ. repoſuit: Faleriæ in Piceno. Et eorum corpora in Eccleſia Caſtellanenſi aſſervari teſtis eſt. Noſter in Luſitania Vrbe Salaria Imperatoria, ſatis perſpicue aſſerit. Nec lis componi in manifeſta diſcrepantia poteſt.*

Multa in hac pagina conſulto præterij, quia obvia ſunt in auctoribus, præcipueque apud Euſebium, Diaconum, Victorem, Lampridium, Capitolinum, & Spartianum, quorum ne nomina toties repeterem, ſemel hic notaſſe ſufficiat.

245 Pomponius Palmatus, vel Paulatus [g] Epiſcopus Toletanus Vincentio quoque Toletano ſuccedit, vir eloquens, & pius: ſedet annis 36. 99

g *Eo etiam ordine in Chronologijs Eccleſiæ illius recenſentur, meminitque Iulianus in chron.*

246 Oſcæ in Veſcitania [h] SS. Chriſti martyres Orentius, & Patientia [i] Patres S. martyris, & Archilevitæ Laurentij Romæ paſsi, & S. Orientij confeſſoris Epiſcopi Auxitani. 997

h *Levi mendo: Veſcitania: repoſui. Ex Plinio lib. 3. c. 3.* Oſca *in Tarraconenſi multis nominibus celebranda, hodie* Gueſca. *De ea Plutarchus in ſertorio, pluresque hiſtorici, & Geographi, ſcripſitque hiſtoriam ſatis difuſam Franciſcus Diegus Ainſa.*

i *Martyrol. Rom. 1. Maij Floſ. Sanct. Hiſpaniæ Morales, alij quos refert Franciſcus Diegus Ainſa lib. 2. c. 1. hiſt. Oſcenſis: quamquam ibi non martyres, ſed confeſſores habentur.*

Auxita-

Auxitani.) *In Martyrol. ea die Epiſcopi Auſcitani, & prædictus Auctor hiſtoriæ Oſcenſis c. 2. lib. 2.* Anni. Romæ

8 S. Melchiades, [l] qui poſtea fuit Romanus Pontifex, in Hiſpania naſcitur. 999.

l. S. Melchiades.) *Iulianus*: Milciades, qui poſtea fuit Papa naſcitur in Hiſpania, ſcilicet, patribus Africis apud Mantuam Carpetanorum. *Id etiam refert Maurolicus Abbas Meſſanenſis, & Ciaconius in Vitis Pontificum Rom. in Milciade.*

249 Regnantibus Philippis fuit Romæ millenarius [m] annus, ob quam celebritatē innumerabiles in Circo beſtiæ occiſæ, & ludi Theatrales, tribus diebus ac noctibus, populo pervigilāte, [n] cum magno apparatu, & hilaritate civium Romanorum exhibiti. 1000.

252 Philippus Senior Veronæ, Romæ vero Iunior occiſus eſt. 1003.

m *Ex Varroniana ſupputatione publicis monumentis teſtata calculus recte habitus eſt. Oroſius lib. 7. c. 20. Capitolinus, Caſſiodorus, Euſebius.*

n *Probe omnino, & ex ritu: nam illis tribus diebus, ac noctibus Romani perpetuo pervigilio continuatæ lætitiæ vacabant. Conſule Polytianum Miſcellanea 58. Onuphrium de ludis Circenſibus, & Sæc.*

Decius in Pannonia inferiore Budaliæ [o] natus Imperat.

Y 2 o Certior

Anni. Chriſ. *Certior lectio ex Pæanio Budalia. Inde Pannonia Budalia. Notat Elias Vinetus in Eutropium.*

In odium Philipporum Chriſtianorum Decius perſecutionem movet. p

p *Quæ à Valeriano continuata ab eo denominatur, ut lib. 3. notat Optatus Milevitanus.*

Antonius poſt monachorũ Patriarcha q in Aegypto naſcitur.

q *Euſeb. in chron.*

Hoc tempore Romæ Amphiteatrũ r flammis exuſtum eſt.

255 Romæ in Eccleſia Romana Fabiano ſuccedit Cornelius. 1006

r *Euſeb. in chron. Diaconus.*

Felix Presbyter ſ Vallatæ urbicæ in Vaccæis ſcribit ad Cyprianum Carthaginenſem Epiſcopum in cauſa Baſilidis Aſturicẽſis Epiſcopi, illumque de maximis accuſat criminibus.

ſ *Hiſtoriam hanc, ſi lubet, pete à D. Cypriano epiſt. 68. Morale lib. 9. c. 45. Baronio Anno. 255.*

Toleti patitur Sancta Martiana t filia Catelli Reguli Luſitaniæ, ſororique

octo

octo aliarum Virginum [u] Aelio, & Licentio Coſſ. Anni. Romæ

t De ea in Martyrol. Rom. 12. Iulij, & Breviarijs Toletanis ubi ſacer hymnus, Morales lib. 10. c. 18.

u Quarum nomina hæc ſunt: Genivera, Victoria, Eumelia, Germana, ſive Gemma. Baſilia, Quiteria, Liberata, ſive Vulgefortis. Marina, ſed Iulianus in chron. ad ann. 130. paſſas aſſeverat.

In hoc tempore in urbe Veſtinia in Carpetania prope Bellicá, quæ núc Cuminaria: Númia Varia, [x] Veneris Sacerdos, mulier præſtantiſsima oppibus, & auctoritate floret.

x In hoc tempore in urbe Veſtinia in Carpetania ... Nummia Varia Veneris Sacerdos mulier præſtantiſsima.). Noſtri Codicis indubitata fides, deficiente auctore, qui de Nummia Varia meminerit, valde ab ænea tabula firmatur, quæ ab Antonio Auguſtino in eo tractu reperta eſt, producitúrque à Panvino in faſtis, & Iano Grutero, pag. 443. ab Vrſino, & Lipſio, alijs.

C. VETTIO. ATTICO. ET. C. ASINIO. PRAETEXTATO. COSS. PRID. IDVS. APRIL.
PELTVINI. VESTINIS. IN. CVRIA. AVG. ORDINEM. HABENTIBVS. T. AVIDIACO. RESTITVTO. ET. BLAESIO. NATALE. AEDD. QQ. SCRIBVNDO. ADFVERVNT. QVOD. VNIVERSI. VERBA. FECERVNT.

NVM-

Digitized by Google

Anni. Chriſ. NVMMIAM. VARIAM. C. F. SACERDOTEM. VENERIS. FELICIS. EA. ADFECTIONE. ATQVE. PRONO. ANIMO. CIRCA. NOS. AGERE. COEPISSE. PRO. INSTITVTO. BENEVOLENTIAE. SVAE. SICVT. ET. PARENTES. EIVS. SEMPER. EGERVNT. VT. MERITO. DEBEAT. EX. CONSENSV. VNIVERSORVM. PATRONA. PRAEFECTVRAE. NOSTRAE. FIERI. QVO. MAGIS. MAGISQVE. HOC. HONORE. QVI. EST. APVT. NOS. POTISSIMVS. TANTAE. CLARITATI. EIVS. OBLATO. DIGNATIONE. DINIGNITATIS. EIVS. GLORIOSI. ET. IN. OMNIBVS. TVTI. AC. DEFENSI. ESSE. POSSIMVS. Q. D. E. R. F. P. D. E. I. C.

PLACERE. VNIVERSIS. CONSCRIPTIS. NVMMIAE. VARIAE. C. F. SACERDOTI. VENERIS. FELICIS. PRO. SPLENDORE. DIGNITATIS. SVAE. PATROCINIVM. PRAEFECTVRAE. NOSTRAE. OFFERRI. PETIQVE. AB. EIVS. CLARITATE. ET. EXIMIA. BENIGNITATE.

VT. HVNC. HONOREM. SIBI. A. NOBIS. OBLATVM. LIBENTI. ET. PRONO. ANIMO. SVSCIPERE. ET. SINGVLOS. VNIVERSOS. QVE. NOS. REMQVE. PVBLICAM. NOSTRAM. IN. CLIENTELAM. DOMVS. SVAE. RECIPERE. DIGNETVR. ET. IN. QVIBVSCVMQVE. RATIO. EXEGERIT. INTER.

TER.

Digitized by Google

TERCEDENTE. AVCTORITATE. DIGNITATIS. SVAE. TVTOS. DEFENSOSQVE. PRAESTET. TABVLAMQVE. AENEAM. HVIVS. DECRETI. N. VERBA. CONTINENTEM. OFFERRI. ET. PER. AVIDIACCVM. RESTITVTVM. ET. BLAESIVM. NATALEM. QQ. ITEM. NVMISENVM. CRESCENTEM. ET. FL. PRISCVM. PRIMORES. ORDINIS. N. VIROS. CENSVER. Anni. Romæ

Quam inſcriptionem lubens omnem exhibeo, ut antiquitatis ſtudioſi, quibuſque lapides panes fiunt, dapſili hac voluptate paſcantur, & ne Nummiæ Variæ fœminæ præſtantiſsimæ honori aliquid detrahamus.

Item hoc eodem tempore, licet alij ſub Imp. Pio Aurelio mallint, in Hiſpania apud Turbulam [y] urbem Baſtetanorum, in populis Marſis. S. Victoria [z] aufugiens Roma ad Hiſpanias (ubi prædia erat eius ſponſi) venit, poſtque tempus aliquod 23. Decemb. virginitatis lauream martyrij laude pro Chriſti fide paſſa egregie cumulat.

y *Agnoſcit Ptolemæus & forte eſt Turba Livij. lib. 33.*

z *Forſitam ſcriptum.* Ex populis Marſis. *Nam aliter ſenſus obnubilatur. De S. Victoria agitur in Martyrol. Rom. hac die 23. Decembris, ſed ibi Romæ, non Turbulæ martyrium conſummaſſe ſcriptum: pro Dextro eſt Iulianus in chron.* Sancta Victoria virgo natione Romana, quæ fugiens in Hiſpanias.

nias.

Digitized by Google

Anni. nias, ne Eugeuio, cui deſpoſata fuerat, nuberet, ve-
Chriſ. nitque ad civitatem Turbulonam in Bateſtanis, ibidemque paſſa eſt. *Potuit tamen etiam Romæ celebrari ob natalem, & originem temporalem, vt more Eccleſiaſtico conſuetum in Sanctorum ſolemnitatibus, iure quoq; fulcitur, capite pronunciandum de Ferijs. De Sancta Victoria agit præterea Vſuardus ea die, & eſt hymnus Sancti Aldhelmi lib. 2. de Virginibus.*

In Luſitania urbe Vectonum Valentia paſsi ſunt. Sancti martyres Felix, Fortunatus, & Achileus [a] à Sancto Irenæo miſsi ad prædicandum contra hæreticos Gnoſticos 23. Aprilis.

a *Aliter Martyrologium Romanum, in quo apud Gallias hæc geſta narrantur Morales lib. 10. c. 29. ſed Petrus Antonius Beuterus cum noſtro mordicus tenet, apudque Valentiam Hiſpaniæ coronam accepiſſe aſſerit. Adi Baron. in notis ad Martyrol. 23. Aprilis à quo Beda, Vſuardus, & Ado.*

Pæſtilens morbus [b] multas provincias orbis miſerabiliter infecit, maxime vero Alexandriam, & Aegyptum, ex Dioniſij [c] Cyprianique de mortalitate iuſto volumine. [d]

b *Eutropius in Gallo, & Voluſiano, Euſeb. in chron. Victor Oroſius. lib. 7. c. 21. Iornandes, Spondanus in epit. anno 255.*
c *Alexandrini. Euſeb. hiſt. lib. 7. c. 17.*
d *Ad Demetrianum Proconſulem Africæ.*

Lucius

Anni. Chriſ. — Anni. Romæ

256 Lucius Papa [e] tenet regitque Eccleſiam Romanam. 1007.

e *Optime, & ex chronologorum ſupputatione, vide Platinam, & Chiaconium.*

Gallus, & Voluſianus profecti contra Aemilianum [f] necantur.

f *Eutropius ad hæc.* Sub his Aemilianus in Mæſia res novas molitus eſt. Ad quem opprimendum cum ambo profecti eſſent, Interamni interfecti ſunt. *Aurelius Victor, alij*

257 Valerianus in Rhetia [g] ab exercitu fit Imperator. 1008.

g *Eutropius, Euſebius in chron.*

259 Cyprianus primum Carthagine Rhetor, mox Presbyter, poſtremo Carthaginenſis Epiſcopus martyrio [h] conſecratur. 1010.

h *Duorum annorum prochroniſmus hic eſt: martyrium ſiquidem. D. Cypriani patratum eſt, Baſſo, & Fuſco Coſſ. anno Chriſti 261.*

Triginta circiter ſcriptores Catholici contra blaſphemias Porphyrij [i] Philoſo ſophi ſcripſerunt. In his nonnulli Hiſpani.

Z i Perti-

Anni Chriſ. i *Pertinaciſsimo Chriſtiani nominis hoſti Methodius, Euſebius, & Appollinaris reſtitere non hoc tempore, ſed poſtea doctiſsimis libris eius blaſphemias refutantes. Quia tamen hoc tempore claruit, hic inferere maluimus, cum importuniſsime in impreſsis habeatur anno 110. & nunc vero propius indicamus Hiſpanos Doctores viventi, & oblatranti huic cani inſultaſſe, & ſuis ſcriptis improba eius ora obturaſſe. Qui tamen hi fuerint, ignoramus.*

260 Mota in Chriſtianos perſecutione Valerianus à ſapore Rege Perſarũ captus [l] miſerabilem ſervit ſervitutem. 10

l *Trebellius Pollio in Gallieno. Eutropius lib. 9. Euſenb. in chron.*

Vianæ in Gallæcia [m] prope Tudem civitatem paſsi ſunt Sancti martyres Theophilus, Saturninus, & Revocata [n] virgo ſub Iulio Minercio [o] in perſecutione Imperatoris Valeriani, quæ ſeptima eſt, [p] eademque, quæ ſub Decio: Sexta vero ſub Maximino Cæſare anno à natali Domini 230. Septembris ſecunda.

m *In Pinedæ. C. Variæ. Sed Vianam in Gallæcia etiam hodie agnoſcimus, aſſeritque Barreiros in Chorographia.*

n *Martyrol. Rom. 6. Feb. ſed nec ibi martyrij locus exprimitur.*

o *In Cod. Arch. & Pin. Minercio. Forſitan ſcriptum Minervio, aut Minucio.*

p At

Digitized by Google

Anni Romæ

p *At S. Auguſtinus lib. 18. de Civit. Dei. Octavam memorat. Hieronym. etiam de ſcript. Eccleſ. in Cypriano. Et Oroſius lib. 7. cap. 22. ſed nec noſter ratione, aut calculo deſtituitur. Nam, quaſi adhuc ea, quam Decius excitarat, nondum quieviſſet, ex duabus continuata ſæviendi ſerie, unam eandemque facit. Id non obſcure ſignificat illis verbis :* Eademque quæ ſub Decio : *Nam ſub uno leonis typo perſecutionem Decij, & Valeriani Danieli oſtenſa eſt, ut ſcribit Optatus Milevitanus lib. 3.*

263 In Sede Petri ſuccedit Zephyrino q Callixtus, Callixto autem Vrbanus, Vrbano Calpurnius Pontianus, Pontiano Antheros, Anthero Fabianus, Fabiano Cornelius, Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano autem Sixtus, Sixto vero Sanctus Dionyſius. 1014.

q *Eo etiam ordine ſufficiunt Platina, Chiachonius, Baronius, Spondanus, & cetri Eccleſiaſticarum rerum ſcriptores.*

Sub Sixto Papa patitur Romæ S. Laurentius r Oſcenſis Hiſpanus.

r *Poſt triduum elapſum à Sixti martyrio clariſſimus Athleta ſuum certamen obijt. Vt ipſe Sixtus, cum ad martyrium reperetur, prædixerat :* Poſt triduum me ſequeris Sacerdotem Levita. *Sed parvam illam temporis intercapedinem, quaſi adhuc Pontifex ipſe Sixtus ſederet, non reputat. Immerito, Carrillus hæc fragmenta exagitat, in Annal. 1. ann. Chriſti, ubi Sancti Laurentij martyrium prætermitti coarguit, ſed fruſtra.*

Z 2 Tole-

Anni. Chriſ. | Anni Rom.

Toleti ſub Sixto Papæ legato Concilium [f] contractum eſt.

f *Hoc anno contractum eſſe intelligas. Concilium ſiquidem Toletanum, hoc coactum eſt ſub Cornelio Papa, cuius legatus Sixtus, huic Concilio præſedit, initumq; eſt anno Chriſti 254. Plures ſcriptores in hanc ſententiam pedibus iere. Petrus Belethius lib. de Divin. Offic. c. 145: S. Vincentius Ferrerius in Sermone S. Laurentij. Iacobus de Veragin. in aurea leg. c. 112. Garivaius lib. 7. c. 33. Germanus Schedelius in chronico. In Laurentio. Vaſſeus ſub ann. 257. Illeſcas lib. 1. c. 27. Marieta lib. 2. c. 2. Carrill. Annal. anno 254. Licet Ambroſius de Morales de adventu Sixti in Hiſpaniam ſubdubitet, & Martinus Carrillus. De S. Valerio c. 1. Sed tenet ſatis aperte Martinus Polonus in chronico lib. 4. fol. 175. Franciſcus Diegus in Oſcenſi hiſt. lib. 2. c. 3.*

S. Celerina [t] in Luſitania abneptis L. Pompeij Celerini, [u] quæ exceptis in portu Sinenſi [x] S. Torpetis [y] ſub Nerone martyris ſacris relliquijs fuit egregia Chriſti martyr.

t *An cuius memoria fuit in Africa, & celebrat Martyrol. Rom. 3. Fabruarij, meminitque S. Auguſtinus ſermone 236. de tempore? Anceps ſum.*

u *Cognata fortaſsis, vel contribulis Pompeiæ Celerinæ, quæ fuit uxor Plinij iunioris.*

x *Diu dubitavi de portu Sinenſi, & ubi gentium eſſet. Sed facem prætulit doctus Reſendius, qui in Luſitania eundem agnoſcit lib. 4. de eius antiquit.* Non omittenda Sinis eſt, maritimum oppidum, & propter piſcationem, non parum vicinæ regioni conducibile. *Meminit quoq; Iul. Pet.*

y *Mar-*

Digitized by Google

y *Martyrol. Rom.* 17. *Maij.* Piſis in Thuſcia. S. Torpetis martyris, qui magnus in officio Neronis primum fuit, unuſque ex his, de quibus Paulus Apoſtolus ab urbe Roma ad Philippenſes ſcribit. *Iulianus in chronico optimi expoſitoris, officio functus hæc de eo.* Celeberrima per hoc tempus in agro Eborenſi fuit memoria S. Torpetis magni æconomi Domus Neronis, qui paſſus Piſæ, & in Arnum fluuium coniectus eſt in Cymba rimoſa cum cane, angue, & fele. Duce Angelo in mediterraneum veniens, tandem delatus in Oceanum ad portum Sinenſem devectus eſt. L. Celerina, fœmina clara divinitus in ſomnis admonita illud divinum Theſaurum excepit. &c. Hic S. martyr. Caius Silvius Torpes, filius. C. Silvij Patruelis. C. Silvij Othonis qui poſtea fuit Imperator, fratris. *Hæc Iulianus.*

Anni. Romæ

265. Calydonio Braccarenſi, ad quem ſcribit Sanctus Cyprianus, z ſuccedit Narciſſus. 1016.

z *Cyprianus epiſtol. 20. lib. 3. ſed tacita dignitate Braccarenſi.*

Gallienus Imperator a corruptiſsimus extitit, quo Imperante, Germani Ravennam uſque pervenerunt.

a *Trebellius Pollio in Claudio. Eutropius lib. 9. Euſeb. in chron. Iornandes de Regnorum ſucceſſ.*

Germani Vaſtatis Gallijs in Italiam iterum venerunt. b

b *Idem qui ſupra Auctores habent.*

Tarra-

Digitized by Google

Anni. Chriſ.

Ann. Rom.

Tarracone in Hiſpania Sácti Chriſti martyres Eulogius eius urbis civis, Fructuoſus [c] civis, & Epiſcopus, & Augurius una pro Chriſti nomine martyrium paſsi ſunt.

c Tarracone in Hiſpania. SS. Chriſti martyres Sancti Eulogius.) *Sancti vacat. De his Martyribus fit 21. Ianuar. in Martyrol. Rom. quo die Beda, Vſuardus, & alij. Eſt etiam ſacer hymnus in Aurelij Prudenti; Periſtephano.*

Felix Tarraco Fructuoſe veſtris
Attollit caput ignibus coruſcum,
Lævitis geminis procul relucens.

Noſtri hiſtorici de martyrij tempore variant. Morales anno 259. Beuterus, & Icartius ad perſecutionem Diocletiani referunt. Villegas veritati vicinior ad annum 262. cum Baronio conſentit. Videndi Morales lib. 9. c. 47. Padilla Cent. 3. cap. 14.

In imperio Gallienum præceſsit Valerianus, [d] húc Decius, Decium Philippi pater, & filius primi Chriſtiani Cæſares: hi Gordianum; Gordianus Balbinum, Balbinus Maximinum, Maximinus Alexandrum, hunc Macrinus, hunc Caracalla, Caracallam Aurelius, Aurelium Severus, Severum in Imperio præceſsit Antoninus.

d *Eo etiam ordine ſuffectos ab omnibus Hiſtoricis invenias.*

Vxamæ

Vxamæ Barcæ in Autrigonibus Hiſpaniæ populis S. Fortunatus [e] inſignis Chriſti martyr, & 28. cum eo.

e *De Fortunato, & 28. eius ſocijs Martyrol. Rom. 26. Februarij.*

Ambraciæ [f] in Luſitania. S. Epitectus, vel Epitritus eiuſdem civitatis civis, & Pontifex, & martyr Chriſti.

f *Nondum comperi, quæ in Luſitania Ambracia ſit. Niſi ſit Bracia non longe à Braccara, quæ tantillum eius nominis adhuc retinet. Nec etiam Epitectum, vel Epitritum. Invenio tamen Epitacium, quem eundem arbitror, agique de eo in martyrolog. Roman. 23. Maij. Et in Flore Sanct. Hiſp. ſimul cum Baſileo.*

Init ſedem Ilerdenſem S. Licerius [g] vir ſanctiſsimus, ad quem miſsit literas Paulatus Epiſcopus Toletanus.

g *De S. Licerio Epiſcopo Ilerdenſi agit Martyrol. Rom. 27. Auguſti, & Flos. Sanct. Hiſp.*

S. Marinus, [h] Hiſpanus natione patitur Cæſareæ Mauritaniæ.

i *Martyrol. Rom. 11. Martij. Petrus in Catalogo lib. 3. c. 191. Beda etiam hac die.*

Carthagine in Hiſpania ſub Gallieno, & Valeriano Imperatoribus Heraclius,

Anni. Chriſ. clius, & Sozimus[i] inſignes fiunt pro Anni Rom.
Chriſto martyres.

i *Martyrolog. Rom.* 11. *Martij. Petrus in Catalogo lib.* 3. *c.* 191. *Beda etiam hac die.*

270 Flavio Brigæ[l] in Hiſpania ſub Marciano Præſide S. Iulianus adoleſcens martyr: hæc civitas alijs dicitur Flavia. 1021.

l *Nunc Bilbao. Sic Moletius, Nebriſſenſis, & Taraſa. Nec audiendus Marieta, qui Nebriſſenſem Carpit putans nuperam ac novitiam eſſe; cum Plinius lib.* 4. *c.* 20. *in Amanum portu conditam affirmet.*

Carthagine in Hiſpania S. Hippolytus[m] eiuſdem urbis Epiſcopus, quo cũ paſsi ſunt alij quoque martyres.

m *At Martyrol. Rom. in Carthagine Africæ paſſos exhibet* 3. *Febr. Multa de hinc noſter ab Euſebio totidem verbis mutuatur, quæ ut obvia prætermittimus.*

Gallienus Imperator ignavus Mediolani occiditur.

Gallieno ſufficitur in Imperio Romano Claudius.

Claudius Gothos,[n] Illyricum, & Macedones de populantes ſuperat: ob quod Clypeus aureus in Curia, & Capitolio ſtatua collocatur.

o Aure-

Digitized by Google

Anni. Christi. Anni. Romæ

n *Aurelius Victor.* Extinctoque à ſuis Aureolo, receptis legionibus adverſus aciem Alemanorum haud procul a lacu Benaco dimicans, tantam multitudinem fudit, ut ægre pars dimidia ſuper fuerit. *Idem Auctor de ſtatua in Capitolio.* Ea res ſic erat cunctis grata, ut non Divi vocabulũ modo, ſed ex auro ſtatuam prope ipſum Iovis ſimulacrum, atque in Curia imaginem auream Proceres ſacraverint.

273 Claudius non multo poſt morbo Firmij deceſsit. 1024.

Q. Quinalus [o] Claudij frater Impetor appellatur à Senatu.

o Q. Qumalus.) *In Hiſpal. C. in alijs. Quinalius, ſed ubiq; corrupte, frater enim Claudij Quintillus dictus à Vopiſco, Aurelio Victore, Diacono paſsimque ab omnibus.*

Aurelianus Tetrico exercitum prodente, Gallias recipit.

Tetrico exercitum prodente.) *Aurelius Vict.* Nam Tetricus cum Fauſtini Præſidis dolo corruptis militibus plerumque peteretur, Aureliani per literas præſidium imploraverat, eique adventanti producta ad ſpeciem acie, inter pugnam ſe dedit. *Eadem Vopiſcus, Iornandes, & alij.*

276 Euſebius Laodicenus Epiſcopus inſignis habetur. 1027.

Aurelianum Romæ triumphantem præceſſerunt Tetricus, & Zenobia:

Digitized by Google

Anni. Chriſ.

poſtea Tetricus Corrector Lucaniæ fuit: Zenobia vero poſtea Romæ in maximo honore fuit apud Gentiles.

Flavius Vopiſcus.) Princeps igitur totius orbis Aurelianus pacatis Oriente, Gallis, atque undique terris, Romam iter flexit, ut de Zenobia, & Tetrico, hoc eſt de Oriente, & Occidente, triumphum Romanis oculis exhiberet. *Paulus Diaconus lib.* 10. Zenobiam quoque occiſo Odenato marito, qui Orientem tenebat, haud longe ab Antiochia magis prælij terrore, quam prælio cepit, ingreſſus Romam nobilem triumphum, quaſi receptor Orientis Occidentiſque egit, præcedencibus currum Tetrico, & Zenobia. *Idem Iornandes de Succeſſ. Regnor. & alij.*

277 Aurelianus Romæ Soli templum ædificat, & Romæ muros diuturnitate téporis collapſos in melius reparat. 1028

Vopiſcus in Aureliano.) Templum Solis magnificentiſsimnm conſtituit. Muros urbis Romæ ſic ampliavit, ut quinquaginta prope millia murorum eius ambitus teneant.

Gerundæ. P S. Narciſſus q Epiſcopus Braccarenſis martyr.

Aurelianus perſecutionem in Chriſtianos movet, nec multo poſt inter Cóſtantinopolim, & Heraclæam occiditur.

Succedit illi in Imperio Tacitus, & poſt hunc Florianus.

Poſt

Digitized by Google

Poſt hos init Imperiū Probus, quod regit ann. 6.

p *Repoſui* Geūrdæ. *Quæ ad radices Pyrenæi hodie Girona.*
q *De eo, & Felice in Martyrol. Rom. 18. Martij. V bi non Epiſcop. Braccarenſis, ſed Auguſtanus ſcribitur. Iulianus tamen in chron. utramque ſedem illi tribuit, anno 266.* S. Narciſſus Braccarenſis Epiſcop. Apoſtolus Auguſtæ Rhetiorum reverſus in Hiſpaniam cum Archidiacono ſuo Felice, & ſocio martyrium Gerundæ, hoc tempore ſub Aureliano Prætore, & Præſide pro Chriſto patitur. *Adi Baronium in notis illa die.*

280 Anatolius Laodicenus [r] Epiſcopus, Philoſophuſque plurimum laudatur. 1031.

In ſana Manichæorum hæreſis incōmune malum exorta.

Probus Gallijs, & Pannonijs vineas habere conceſsit.

r Anatolius Laoduenus.) *Laudicenus.*

285 Probus Sirmij [ſ] in tumultu militari comprehenſus occiditur. 1036.

Carus Imperio Romano Senatus iuſſu præficitur.

ſ *Sirmiū in Pannonia notiſsima urbs, de qua ſupra diximus cum de Sirmio, vel Sextiſirmio ageremus.*

Olcadibus Hiſpaniæ Alexander, & Antonina [t] virgo patitur.

Digitized by Google

Anni Chriſ. t *In impreſsis horum martyrum hiſtoria ad annum* 100. *nimis Importune refertur. Quod omnino delevimus, cum hic commode referatur. Nec tamen dubitandi occaſio omnino ſublata. Nam Conſtantinopoli paſſos aſſerit Martyrolog. Roman. 3. Maij. Nicephorus lib. 7. c. 13. licet eorum nomina reticuerit. Lipomanus tom. 7. Surius 3. Hanc dubitandi anſam ſæpiſſime reliquiarum translationes efficiunt. Nec noſter ideo in crimen vocandus. Ipſe primum ſubdubitans retulit. Si tamen Dextri ea verba fuerunt, nec adulterina, quod valde ſuſpicor.*

Carmoniæ [u] in Carpetania, quæ Carmena dicitur, Iuſtina [x] virgo, & martyr fit: patitur vero ultima die Nob.

u *Carmoniam Apianus, vel Carmonam eo tractu nominat.*

x *Martyrol. Rom. 30. Nob.*

Varinus, & Armentarius [y] Romani ſcripſerunt ad Paulatum Epiſcopum Toletanum de martyribus Chryſanto, & Daria.

y *Presbyteri ambo S. Stephani Papæ. De quibus in Græcorum Menologio, & in actis SS. Chryſanti, & Dariæ, ibi tamen Verinus, & Armenius dicuntur. At in actis SS. Rufinæ, & ſecundæ: Verinus, & Armentarius.*

Cyprianus Epiſcopus Carthaginenſis [z] opinione doctrinæ, & ſanctitatis plurimnm eo tempore apud Hiſpanos floret.

Digitized by Google

Anni. Chriſ. *Hoc tempore iam glorioſi martyrij triumphum exegerat D. Cyprianus, io tamē triumphe, adhuc Eccleſiæ milites acclamabant, & eius non ſolum res geſtas, ſed ſcripta celebrabant. Quod eleganti hymno 13. Prudentius noſter expreſsit.* Anni. Romæ

Diſſerit, eloquitur, tractat, docet, inſtruit, Prophetat;
Nec Libyæ tantum populos regit, exituſq; in ortum
Solis, & uſque obitum Gallos fovet, Imbuit Britannos,
Præſidet Heſperiæ: Chriſtum ſerit ultimis Iberis.
Deniq; doctor humi eſt, idem quoq; martyr in ſuperis
Inſtituit hic homines, illic pia dona dat patronus.

Turigij, vel Tigurini [a] in Celtiberia Hiſpaniæ Sancti Chriſti martyres Felix, & Regula, quorum ſacræ relliquiæ religioſa populorum finitimorum frequentia coluntur.

Theodoſius Barcinonenſis Epiſcopus clarus habetur.

S. Præcellius Romæ paſſus civis Hipponenſis Hiſpanus mirifice clarus habetur gloria martyrij 25. Maij.

a *An Turiſſa Antonini? hæreo.*

Barcinone S. Severus [b] eiuſdem urbis Epiſcopus, & martyr.

b *De quo in Martyrol. Rom. 6. Novemb. Floſ. Sanct. Hiſp. Laurentius Padilla. Vaſſeus ad ann. 306. Nec aſſentior Molano, qui hunc Severum unum aſſerit ex 70. Epiſcop. qui leges Gothicas compilarunt. Quod ſequiore ſæculo geſtum.*

Deio-

Digitized by Google

Anni. Chriſ. Anni. Romi.

Deiobrigæ in Hiſpania S. martyres Lupus, & Saturninus.[c]

c *Martyrol. Rom. 14. Oct. & Beda eo die. Nomine natalium tacito.*

Diocletianus Imperator cœpit ſævire in Eccleſiam.[d]

b *Vides intermiſſum ordinem? nondum Diocletianus Imperium invaſerat, quod poſt neces Cari, & filiorum patratum. Qui ergo Diocletianus Imperator erat, illis Imperatoribus ſuperſtitibus? vel quomodo ab ipſo in Chriſtianos ſævitum? ſciendum tamẽ, vivente adhuc Carino, Diocletianum in Oriẽte faſces Imperij arripuiſſe, ut ex hiſtoricis notum, animadvertitque Baronius Annal. 2. tom. hoc anno. Iamque perſecutio ſuboriri ſenſim cœperat, licet dirißimæ huius perſecutionis procella à Veturio magiſtro militum in Chriſtianos ferociente excitata ſit anno 301. At univerſalis anno 306. Vt ab Euſebio in chonico diſco.*

Pomponio Paulato, [e] vel Paviato Epiſcopo Toletano Melantius vir ſanctus, & egregius poſtea Chriſti confeſſor ſuccedit.

e *Ita Iulianus in chronico Melantium Paulato ſufficit. Sed in Chronologijs Loaiſæ, & Padillæ in verſus ordo eſt. Subſcripſit hic Melantius Concilio Illiberitano.*

286 Carus Imperator [f] occupatis aliquot Parthorũ urbibus Coele, & Theſiphõ- 1037.

te

Anni. Chriſ. te ſuper Tygri fluvio Caſtra ponit, & Anni. Romæ
rem feliciter perſequens fulmine percuſus obijt.

f *Eutropius Euſeb. in chron. & alij.*

Carinus Imperator prælio victus apud Murgum [g] occiditur.

g *Vopiſcus* Murgum: Murtium *alij indigetant. Alij* Margum *cum noſtro.*

290. In Campania Italiæ S. Vitalis [h] Hiſpanus, ex oppido Thermeda [i] in Carpetania pater Sanctorum martyrum Complutenſium Iuſti, & Paſtoris, converſus ad fidem monitis S. Sebaſtiani cum alijs patitur. 1041.

h *De quo 2. Iulij. Eius acta cum S. Sebaſtiani coniuncta invenies apud Surium tom. 1. 20. Ianuar. & Baron. tom. 2. ann. 285.*

i *Meminit Ptolemæus in hoc Carpetaniæ tractu.*

In Octiolea Vozozavia. [l] S. martyres Maxima, & Dadas. [m]

l In Octiolea Vezozabia.) *Neſcio quid hæ voces mihi barbarum, ac peregrinum ſtrident. Vitiatam lectionem maleferiati exſcriptoris oſcitantia quis ambigat? datis tamen criticorum inducijs, dum quid melius ſuccurrat, meo periculo audendum aliquid eſt, & ex literarum veſtigijs coniectandum. Itaque ſuſpicabar ſcriptum,* In Octaviolea verſus Avia.

Octa-

Digitized by Google

Anni Chriſ. *Octaviolca urbs in Cantabria, & Avia flumen. Sed hæc tuo arbitrio, benigne lector, aut ſtent aut cadant, ego meis mercibus magnum non pono pretium.*

m Maxima, & Dadas. *In Martyrol. Rom. 13. Aprilis.* Maximus, & Dadas, *cum Quintiliano. Sed de Patria altum ſilentium.*

Telcæ [n] Hiſpaniæ urbe Sancti martyres Eleutherius Perſa, Teodoſius, & Zoilus.

n *In Pind. C.* Aliæ. *Hiſp.* Alcæ, *neutram invenio, niſi pro Telcæ, Telæ ſuccenturiandum. De Tela alibi.*

Romæ S. Martyrũ Zenonis, & mille ducentorum duorum martyrum [o] Hiſpanorum ex Celtiberia glorioſe paſſorum.

o Romæ Sanctorum martyrum Zenonis & mille ducentorum duorum) martyrum *vacat. In Martyrol. Rom. 9. Iulij.* Decem millium ducentorum trium: *tamen tacetur patria, & gens.*

Sunagius [p] Epiſcopus Braccarenſis floret: interfuitque Illiberitano.

p Senagis Epiſcop. Braccar. *in Arch. C. & Pined.* Sunagius. *In actis Concilij Illeberitani:* Sanagius Epagrenſis, *Bigerrẽſis, vel Bigerrẽſis. At in Iuliani Chronico,* Sinagius Braccarenſis *dicit anno 306.*

Cluniæ

Digitized by Google

Cluniæ, q quæ olim Celtiberiæ finis fuit 355. martyres r ſocio S. Saturnino.

S. Caius Papa, & martyr: cui ſucceſſit in ſede Marcellinus.

q *Plutarcho, Suetonio, & Dione multiſq; titulis nota urbs. Hodie* Cruña de el Conde. *Quamvis in Archiep. & Pin. Codic. inveniam* Choriæ, *pro* Cluniæ.

r *De quibus Martyrol. Rom. 16. Oct. ubi numerus augetur, & 365. numerantur, loco martyrij prætermiſſo, cum aliquis divinaret in perſecutione Vvandalica coronatos. Quod Baronio non placet, & merito.*

296 Compluti S. Chriſti martyres Iuſtus, & Paſtor ſ filij S. Vitalis. 1047.

ſ *Martyrol. Rom. 16. Aug. Beda, Vſuardus, Ado. D. Eulogius in memorial: SS. Morales, Padilla, Villegas, &c. Eſt etiã ſacer hymnus in Prudentij Periſtephano.*

Sanguine Iuſti cui Paſtor hæret,
Ferculum duplex geminumque donum
Ferre Complutum gremio iuvabit,
Membta duorum.

Carthagine in Hiſpania S. Caritina t virgo, & martyr ſub Diocletiano VI. u & Criſpino nobiliſsimis Cæſaribus Coſſ.

t *Martyrol. Rom. 5. Octob. & Græci in Menologio, plenius Metaphraſtes, quod retulit Lipomanus tom. 6. Surius 5.*

Digitized by Google

Anni. Chriſ. u Sub Diocletiano VI. & Criſpino.) *Vitiatum ſuſpicor, & pro Criſpino*, Conſtantio. *Subſtitui oportere. Nam Diocletianus 6. ſuũ Conſulatũ cum Conſtantio geſsit A.V.C.* 1048. *qui eſt annus Chriſti 296. Optime igitur à noſtro ſupputatum.* Anni Rom.

In ſede Chriſti, & Petri Sixtum, Dionyſius, Dionyſium Felix, Felicem Eutychianus, Eutychianum Caius, Caium
263 Marcellinus Pontifex ſequitur. [x]

x In Sede Petri Romana.) *Hæc verba in periodi calce fruſtra repetita obelo feriẽda cenſui. De ſerie tamen ordineq; ſuccedendi conſule Platinam, Ciaconium ceteroſque Eccleſiaſticarum rerum ſcriptores, qui omnes noſtro concinunt.*

Heraclææ [y] in Hiſpania prope fretum Herculeum Sanctiſsimi Chriſti martyres Felix, & Ianuarius. [z]

y *Diximus ſupra de Heraclæa eſſe* Gibraltar *hodie, à Gebel, quod montem Arabice ſignificat, & Taric, ſive Tarif Arabum duce illuc primum ad vaſtandas Hiſpanias appulſo.*
z *Heraclææ etiam triumphum martyrij conſequutos habemus in Martyrol. Rom. 7. Ianuarij ex veteribus mſ. & Vſuardo ea die.*

299 Telæ [a] in Hiſpania prope Palẽtiã Vaceorũ urbẽ prævalidam ſanctiſsimi Eutychiani martyris inſignis memoria. [b] 1050.

a *Ab Antonino inter Auſturicam, & Cæſaraugustam collocatur. Hinc Telenſes Epiſcopi, & Cõcilium Telenſe. Apud*

D.Gre-

Anni. Chriſ. *D. Gregorium epiſtola ad Hermanum Telenſem Epiſco-pum: eſt etiam Iuppiter Telæus. Hodie vix ruinæ, & paſcuus ager.* Anni. Romæ

b *Recte memoria: cum is paſſus fuerit prope Gades, ut Vaſſæo, & Laurentio de Padilla placet, fit de eo 11. Nob. In Rom. mart. ad ſtipulantur Beda, Vſuard. Floſ. Sanct. Hiſp. Theſau. concion tom. 2.*

Avitus [c] Barcinonenſis Epiſcopus vir egregie doctus.

c *In C. Arch. & Pin. Auctus.*

Melchiades [d] genere Afer in Hiſpania urbe Mantua Carpetanorum ortus floret Romæ gloria ſanctitatis, & doctrinæ.

d *Ab aliquibus Miltiades, ab alijs Melchiades cum Dextro renuntiatur. Natum Mantuæ in Hiſpania aſſeverat Maurolicus Abbas Meſſanenſis & refert Ciaconius in vitis Pont. Rom. in Miltiade.*

300 Agauni in Gallia [e] Sanctæ virgines martyres Fides, [f] & Sabina domo genteq; Hiſpanæ ex urbe civitatenſi [g] ſub Daciano paſſæ, Galliarum, & Hiſpaniarum crudeliſsimo Præſide. 1051.

e *Oppidum in Helvetijs. Hodiæ* San. Maurits.

f *De S. Fide agitur 6. Oct. in Romono Martyrol. Floſ. SS. Hiſp. Vaſſeo. ann. 306. Valer. hiſt. lib. 3. c. 5 Pad. Cēt. 4. c. 34.*

Digitized by Google

Anni. Chriſ. g Ex urbe civitatenſi.) *Lubens legerem:* Civilitanenſi. *Scio civilitanos in Luſitania ex Plinio. Non tamen civitatenſes. Quamvis hodie ſit ſedes Epiſcopalis Civitatenſis, quæ* Ciudad Rodrigo *vocatur, eſtque in antiquis Luſitaniæ limitibus.*

Vrenæ [h] patitur Valerius [i] Cæſarauguſtanus 10. die menſis Ianuarij relinquens poſteris conſtantiæ exemplum.

Mademarius Epiſcopus Barcinonēſis excellens.

h Vrene patitur.) *Vrceſſam invenio in Tarraconenſi. Nec tamen mutare auſim, cum hodie eo etiam tractu Vrena ſit illuſtriſſimorum Comitum titulus.*

i *Sub dubitant Morales, & Baronius in notis ab Martyrol.* 28. *Ianuarij, quo die de S. Valerio agitur num duo Valerij cognomines eius urbis Epiſcopi fuerint, quorum prior ſub Daciano Præſide paſſus ſit, alter Illiberitano Concilio cum patribus ſederit. Noſter ambigendi ſubſtulit locum. Dum ante Concilium illud, martyrij Palmam Valerio aſſignat. Morales tamen lib.* 10. *c.* 7. *ad ſummam ſenectutem in exilio quieviſſe affirmat in vico Anet prope flumen Cyngam, id Valerij nomine eodem ductus. Meo tamen iudicio alter Valerius eſt, qui cum patribus Illeberitanis ſubſcribit, de eoque capiendus Morales, cum longe ab hoc ſæculo deceſſerit.*

Hiſpali in Hiſpania Carpophorus, & Abundius [l] marryres ibidem nati, & educati, crudeliter pro Chriſto occiſi.

l *Martyrologium Rom.* 10. *Decemb. Hiſpali paſſos noſtrorum conſerſio eſt, & ea die Hiſpali ſub duplicis officio tota diœceſi*

Digitized by Google

diœceſi celebrantur. Hiſpalenſes indigetes affirmant Vaſſæus ex Breviario Eborenſi. Petrus in Catalogo lib. 1. c. 33. Floſ. Sanct. Hiſp. Theſaur concion. tom. 2. Morales lib. 10. cap. 16. Padilla Cent. 4. cap. 27. Nec turbant, qui Spoleti iuxta aliquorum codicum ſcripturam paſſos contendunt: potuerunt ſiquidem literarum ſimilium preſſione decipi, Spoleti *pro* Hiſpali *legentes. Nam etiam ſine ſpiritu olim ſcriptum. Spalis, & Spalitanus, & Spalenſis, uti frequens eſt in Conciliorum antiquorum codicibus, veteri quoque lapide nomen fœminæ eadem ratione exaratum. Marchenæ in illuſtriſsimorum Ducum Palatio.* Anni Roma

DIS. MANIBVS. SACR.
SPALIA. ANN. XXVI.
H. S. E. S. T. T. L.

Illiberi in Bætica [m] Concilium multorum Epiſcoporum cõtrahitur: Præeſt Felix Epiſcopus Accitanus: cogitur iuſſu mandatoque Melantij [n] Toletani Pontificis, & Hiſpaniarum Epiſcopi primæ ſedis.

m *Longe à veritate aberravit Vaſſæus, qui Illiberim ad Pyrenæos hoc Conciliũ relegavit ann. 338. Longius qui ad Toloſſates reijciũt. Eſt etiã tẽporis diſcrepantia inter auctores. Garſias Loaiſa, Morales, & Garivaius poſterius Cõcilio Niceno faciunt, quod fuit anno 324. congregatum: preſſius, & exactius rationem temporis expendit Ferdinandus Mendoça illius Concilij illuſtrator, hic anno 305. celebratum evincit. Id etiam Baronius validis argumentis confirmat, & eum ſequutus Spondanus, anno. 305. in epitome. Noſter ad annum 300. reſtrin-*

Digitized by Google

Anni. Chriſ. *reſtringit, quod ut verius amplector. Cæteri enim coniecturis rem agunt. Dexter illorum temporum vicinior propius Codicum, ſive Auctorum eius Concilij fidem ſequutus. Eius ſententiam tuetur Martin Carrill. in Hiſt. S. Valerij c. 15.* Anni Romæ

n *Qui tamen non præſedit, ſed ſeptimo loco ſubſcripſit.*

Iſtonij [o] in Hiſpania reperta ſunt corpora ſanctiſsimorum Cyriaci, & Iulitæ martyrum aliunde quondá illuc allata.

o *Celtiberorum urbs Ptolemæo. De Cyriaco, & Iulita dictum ſupra.*

In Gallæcia provincia Hiſpaniæ repertum eſt corpus S. Marinæ, [p] vel Margaritæ virginis, & martyris ibidem paſſæ.

S. Iuſtus Viſenſis Epiſcopus Sanctitate Clarus ad annos 320.

p *Meminit Morales lib. 10. c. 27. Padilla Cent. 4. c. 28. alij etiam alibi.*

Prope Lingonas Conſtantius [q] Cæſar occidit uno prælio Germanorum ſexaginta millia, quos delevit.

q Prope Lingonas Conſtantinus Cæſar occidit uno prælio Germanorum 60ij.) *Repoſuimus*: Conſtantius: *rem narrant Eutropius. Oroſius, & Idacius Diaconus, & alij.*

Galerius Maximianus victus a Nar-

ſeo

Anni. Chriſ. ſeo [r] in prælio ante currum Imperato-ris Diocletiani purpuratus cucurrit. Anni. Romæ

r. *Diaconus lib.* 11. Gallerius Maximianus primus adverſum Narſeum prælium inſecundum habuit inter Gallinicum Carraſque congreſſus, cum inconſulte magis quam ignave dimicaſſet, ad modum enim parva manu cum copioſiſsimo hoſte commiſsit. Pulſus igitur, & ad Diocletianum profectus, cum ei in itinere occurriſſet; tanta inſolentia à Diocletiano fertur exceptus, ut per aliquot millia paſſuum purpuratus tradatur ante vehiculum eius cucurriſſe.

301. Bæturius [ſ] Centurio Chriſtianos milites graviter perſequitur. 1052.

Felix Archidiaconus Toletanus, qui collegit digeſsitque Canones Concilij Illiberitani cum Sancto Oſio Cordubenſi mire floret.

L. Valerius Hiſpanus Beroſi fragmẽta in quinque partes digeſsit.

ſ. *Hoc ad annũ* 301. *locat Euſebius, à quo noſter deſumpſit.*

Mellaria [t] urbe Hiſpaniæ Bæticæ S. Firmus [u] martyr, qui acerbiſsimis plagis affectus, Lampadibus exuſtus, ac tandem ſucciſo capite martyrium conſummavit ſub præſide Hiſpaniæ M. Aurelio [x] viro Conſulari: cuius etiam corpus

decur-

Anni. Chriſ. | Anni. Rom.

decurſu temporis Romam deportatum eſt: quod 1. die Ianuarij maxime colitur.

t *Duæ Mellariæ ſunt in Bætica altera ad Fretum Herculeum, quæ hodie* Veger de la Miel; *de qua Plinius. Pomponius Mella, & Antoninus. Altera eſt etiam* Mellaria *in conventu Cordubenſi, quæ dicta etiam* Obulco, & municipium Pontificenſe. *Hodie* Porcuna, *non tamen noſter aperit, quæ hæc Mellaria ſit, qua propter de notiore, quæ eſt ad fretum Herculeum, capiemus. Niſi pro altera argumentum maius exiſtat.*

u *Martyrol. Rom. 1. Iunij, & ea die Græcorum Menolog.*

x M. Aurelio vero Conſulari.) *Forſitam is eſt, qui ſub M. Aurelio Caro Auguſto Hiſpaniam vice ſacra guvernavit, ut in Tarraconis priſco lapide. Adi Moralem lib. 9. c. 49. quamvis ibi non Verus, ſed Valentinianus appelletur, ſed hoc ab frequentibus apud Romanos adoptionibus ſæpiſſime emergere potuit, adoptati enim in nomen, & familiam adoptantis, ſacraque tranſibant,*

Iriæ Flaviæ [y] in Gallæcia S. Suſana [z] virgo, & martyr.

y *Hodie* el Padron *in Gallæcia prope Compoſtellam.*

z *Eandem cum Braccarenſi arbitrari lubuit; de qua Vaſſæus anno 306. Padilla Cent. 4. c. 19. ſed alteram eſſe noſter diſertis verbis oſtendit, cum in territorio Braccarenſi paſſam affirmet ad annum 308. & ſororem Victoris diſtinguat. Porrò eiuſdem nominis fœmina ſæquiori ætate fuit, cuius ſepulcrum in agro Hiſpalenſi repertum non procul ab Hiſpali anno 1612. cum epigraphe.*

SVSA-

Digitized by Google

Anni. Romæ

SVSANA. FAMVLA. DEI. VIXIT. ANNIS. PL. M. XL. RECESSIT. IN. PACE XIII. KAL. MAIAS. ERA. D.LVIII.

Cum lapide eruta ſimul Suſanæ Oſſa indictivo funere D.Petrus Caſtrius Archiepiſc. Hiſpal. ut erat pietatis, & antiquitatis eximius cultor intra oppidi Salteras *templum tumulanda curavit. Cippus, ut antea ſuper poſitus, cum translationis monumento inciſsis denuo literis.*

Ad Ceam [a] urbem Hiſpaniæ in Vaccæis S. Antonina martyr.

Per hoc tempus vehementer ſævit perſecutio Diocletiani.

a Ad Leam urbem Hiſpania.) *In Martyrologio Romano eadem die fit etiam de S. Antonina martyre, quæ in perſecutione Diocletiani,* Cum Gentilium Deos irriſiſſet, poſt varios cruciatus in vaſe, quodam incluſa in paludem urbis Cææ demerſa eſt. *Itaque habes urbē Cæam,* non Leam *Prout in noſtris impreſsis mendoſe legitur. Non tamen aſſentior doctiſsimo Baronio in notis ad hanc diem putanti, Cæam urbem eſſe in inſulā maris Aegæi. Id mihi Plinius perſuadet, qui in mari Aegæo inſulam* Cæam, *non urbem deſcribit, nec ſi eſſet, tacuiſſet. Codicis etiam Arch. Hiſpal. & Pinedæ.* Zeam *habent ſcriptum, quod propius veritati accedit.* Cæam *flumen in Vaccæis cum ſibi cognomine urbe* Cea, *hodie habemus, quæ proculdubio à Dextro, & Martyrologio Romano Antoninæ martyrio aſsignantur. De Cæa urbe, & flumine vide Moralem lib. 5. c. 40.*

Digitized by Google

Anni. Chriſ. | Anni Romæ

Conciliũ Sueſſanum [b] in cauſa Marcellini Papæ, qui Romæ thurificaverat multis Epiſcopis præſentibus: nonnullis præſulibus ex Gallia, Germania, ac Hiſpania etiam habetur.

b Concilium Sueſanum.) *Sinveſanum.*

Iuliobrigæ [c] in Hiſpania S. Lucia [d] martyr, quæ à regione Campaniæ venit in Hiſpaniam, & à Riccio Varo compræhenſa (quem ad fidem convertit) relicta ab eo, & ab alio iudice compræhenſa cũm alijs etiam ſocijs patitur pridie Non. Iulij.

c *De qua Ptolemæus, & Plinius. Quæ tamen hodie ſit ſub iudice eſt. Cluſius vult eſſe* Logroño. *Florianus Oliva, Henricus Cocus* Aguilar del Campo.

d *De qua in Martyrologio Romano ea die, & in Menologio Græcorum.*

In hac acerbiſsima perſecutione Eburæ [e] in Carpetanis ſanctiſsimi Chriſti martyres Felix, Luciolus, Fortunatus, Euſebius, [f] qui Præſide Hiſpaniæ Aſclepiade crucifixi ſunt.

e *Hodie* Talavera de la Reyna, *ut Ioannes Mariana pluribus evincit argumentis lib. 4. cap. 13. & 14. licet eius Ariſtarchus fruſtra ſugillet. Habet enim à Dextro, &*

Maximo,

Digitized by Google

Anni. Chriſ. *Maximo, & lapidibus ibi effoſis valida graviſsimi ponderis præſidia.* Anni. Romæ

f *Ijdem qui in Martyrologio Rom. 3. Martij referuntur de quibus etiam Beda.*

Iriæ Flaviæ in Hiſpania S. Cucufas g martyr Chriſti.

g *Miror in viro Barcinonenſi Barcinonis ſuæ oblibionem, cum in tractatorum omnium ſententia poſitum ſit, Cucufatem Barcinone Martyrium conſummaſſe. Hoc Martyrologium Rom. Beda, Vſuardus, Ado, & alij, omnibuſque antiquior Prudentius in Periſtephano hymno 4.*

Barcinon claro Cucufate freta
Surget, & Paulo ſpecioſa Narbo.

Etiam Morales cap. 2. lib. 10. At duos Cucufates eſſe ſuſpicari placet ex duorum ſacris lipſanis, altera, quæ prope Iriam Flaviam ad Compoſtellam, altera quæ apud S. Dionyſium in Gallia Pariſijs adſervantur. Teſtatur id Moral. lib. 10. c. 10. poſt hæc ſcripta duos Cucufates reperiri à Padilla didici Cent. 4. cap. 19. Idem tenet Carrill. in Annal. anno 304. qui Victorem Torquatum, Silveſtrum Cucufatem, & Suſanam Braccaræ paſſos affirmat. Itaque noſter nec oblibioſus, aut fallax.

Auguſto brigæ [h] in Hiſpania eodem tempore Sancti Martyres pro Chriſto necati Abſalonius Heraclius, & Largus martyres. [i]

h *Alia Pelendonum in Tarraconenſi, alia Vettonum in Luſitania, aut Bætica confinio; illa nunc* Aldea el muro, *hæc*

Digitized by Google

Anni. Chriſ. el Villar del Pedroſo, *ſed quam velit, non aſſequor.*

i Hi ſunt necati illis iugati pro Chriſto necati.) *Verba hæc toties iterata totam periodum conturbant, ſenſumque pervertunt, itaque illis confoſsis, expunctiſque, cætera ſui ſenſui reſtituuntur.*

Munobricæ [l] in Celtiberia S. Demetrius martyr.

l Munobricæ in Celtiberia.) *Suſpicor* Monobricæ *legendum, ſed nec propterea erratum in ea ſcriptura eſt obcōmutabile harum literarum ſymbolum, Monobricam invenio in vetere lapide.*

T. AVLO. MONOBRICENSI. II.
VIRO. EQVO. PVBLICO. DON
AB. IMP. CAES. AEL. HADR.
AVG. DIVI. NERVAE.
TRAIANI. F. &c.

Sunt etiam Mirobriga, & Merobriga, illa in Bætica, & Luſitænia, hæc in Tarraconenſi, quæ autem hodie ſit Monobrica, ingenue fatetur Morales lib. 9. cap. 25. ſe neſcire.

Carthagine-Spartaria Philemon, & Dovinius [m] martyres.

m *In Martyrol. Rom. Philemon, & Dominus 21. Martij, & in Menologio Græcorum eo die, patria omiſſa.*

Eodem tempore Tude, vel Aquis calidis [n] oppido inſigni Gallæciæ, quod

fluvius

Digitized by Google

Anni. ... fluvius Minius præterfluit S. Ara martyr paſſa fuit, & glorioſi eius commilitones. Anni. Romæ

n *Cave intelligas, eandem eſſe Tudem, & Aquas calidas, duobus nominibus agnitam. Nam diverſi populi cenſentur, ut ex Antonini itinerario liquet, hodie etiam diverſas conſtituũt civitatis, nam Tude,* Tui *dicitur. Aquæ calidæ* Orenſe, *Tudem quoque à Tyde diverſam conſtituit Georgius Merula, illamque populum minorum gentium aſſeverat, at noſter idem oppidum intellexit, quod non obſcurè ſignificat adhibito flumine Minio.*

301 Tarracone in Hiſpania coronæ SS. martyrũ Domitij, Pelagiæque, & Aquilæ, & Theodoſiæ.[o] 1052

o *De quibus in Martyrol. Rom. 23. Martij addito Eparchio, omiſſo martyrij loco.*

Carthagine Hiſpaniæ S. Conceſſa[p] martyr egregia.

p *Eadem in Martyrolog. Roman.* 8. *April. quo die Beda, & alij.*

In civitate Solienſi in Bætica S. Marcellus,[q] ut creditur, Hiſpanus Epiſcopus vir, egregie pius, & doctus.

q *De Sancto Marcello Dienſi agitur in Martyrol. Rom. 9. April. meminit quoque Gregorius Turonenſis de gloria Confeſſorum cap. 70.* Solienſis *vero civitas affinis fuit* Dienſi, *ſive* Idienſi *in Bætica in conventu Cordubenſi, ut ex veteri*

Anni. Chriſ. *veteri hac inſcriptione aſſerit Morales in Hiſpaniæ antiquitat.*

TRIFINIVM. II. VIR. SACILERNVSI. IDIENSIS. SOLIENSIS. EX. SENTENTIA. IVLII. PROCVLI. IVD. IMP. CAESARE. IVVENTIANO. AVG.

In Concilio Illiberitano interfuit quoque Eumantius Presbyter à Solia. Vnde mihi perſuaſſum eſt. Illum Marcellum Dienſem de quo Martyrol. Rom. & hunc Marcellum Solienſem, *de quo Dexter, eumdem eſſe Epiſcopum, ſedem quoque eamdem ex duabus urbibus finitimis unitam.*

Seori in Cantabria S. Centolla [r] civis Toletana Conſulis Lucij Ragonij Quinctiani [ſ] filia C. paſſa cum Helena vidua [t] in perſecutione Diocletiani.

Catanæ paſſa eſt ſub huius patre Lucio Quinctiano fortiſsima virgo Sanct. Agatha.

r *De hac martyre agitur in* Martyrolog. *Rom.* 13. *Auguſti. Locus martyrij aſsignatur in Brebiario Burgenſi Sarta. Apud Iulian. in chron.* In Cantabris urbe Sero in tractu ſedum, quod nunc Sedanum vulgo vocatur, celebris eſt memoria S. Helenæ viduæ, & Sanctæ Centollæ Toletanæ virg. & martyris filiæ L. Ragonij Quintiani viri Conſularis, quæ anno circiter 300. fugiens patris avariſsimi rabiem Toleto ad Cantabros ſe contulit, & cum He-

lena

Digitized by Google

Anni. Chriſ. lena vidua eadem perſecutione paſſa eſt. *In Valerio Archipresbytero Murcienſi* Sierro *dicitur martyrij locus: agit quoque de S. Centolla Vaſſæus in chron. Floſ. Sanct. Hiſpan. Theſaurus concion. tom. 2. Morales fuſe lib. 10. cap. 17. Padi. Cent. 4. c. 24. Mariet. lib. 4. c. 10.* Anni. Romæ

ſ Conſulis L. Ragonis Quintiani filia. C.) *Lucius Ragonius Quintianus Conſulatum geſsit anno 280. cum Annio Baſſo collega: fuit & alter Lucius Ragonius Quintianus Conſul ultimo Alexandri Severi anno, ut faſtorum ſcriptores notant, lapis apud Gruterum pag. 463.*

L. RAGONIO. PAPIA. VRINA-
TIO. TVSCENIO. QVINTIANO.
L. RAGONI. VRINATI. LARGI.
QVINTIANI. COS. FILIO. AR-
TEMIDORVS LIBERTVS.

Nota illa. C. in fine clara, vel clariſsima ſignificat, & forte ſcriptum fuit. C. F. id eſt, clara fœmina: unde in Breviarijs, & apud Marietam *Regis, vel Reguli filia perhibetur.*

t Paſſa cum Helena vidua.) *Et hic critico cauterio opus eſt, nam pars orationis hæc continuanda erat cum illa:* Conſulis L. Ragonij Quintiani filia paſſa cum Helena vidua in perſecutione Diocletiani: *& mox ſeorſim:* Catanæ paſſa eſt ſub huius patre L. Quintiano fortiſsima virgo S. Agatha: *itaque orationis membra male ab imperito exſcriptore diſcerpta, atque implicata, in ſuum locum, faciemque reſtitui.*

Voluce [u] prope Numantiam S. Victoria [x] cum ſocijs.

u *Forte Velucæ, quæ à Ptolemæo, & Antonino agnoſcitur.*

Sunt

Anni Christi | Anni Romæ

Sunt etiam apud Livium Volciani populi in Tarraconenſi lib.21. hodie ſi Floriano Cãpenſi fides Villadolce, *ſive* Volce, *circa fluminis Guerbæ fontes.*

x. *Præter Cordubenſem Aciſcli Germanam alia eſt etiam Liberatæ virginis ſoror in Breviarijs Eccleſiæ Seguntinæ, de qua etiam* Morales *lib.10.c.18. qui ſatis ſuſpenſo pede hiſtoriam refert.*

Aſtæ in Hiſpania Bætica S. Secundus martyr colitur.

Oreti y, in Hiſpania Tarraconenſi S. Spiridion, z prius Epiſcopus Oretanus, qui pro Chriſti nomine egregie pugnavit.

y *Hodie* Calatrava, *ut vult Cluſius. Sed aſſentior* Morali, *qui nomen adhuc retinere,* Oreto *que vulgo vocari prope* Almagrum *aſſerit.*

z. *In impreſſis* : S. Spiridion Epiſcopus Toletanus: *In Cod. Arch. Hiſp. & Pin.* Epiſcopus Oretanus; *quod repoſuimus, ut veritati conſentaneum. Nec enim à Dextro hic Spiridion in albo Epiſcoporum Toletanorum refertur, imo Melantio, qui Illiberitano Cõcilio interfuit, Natalium, nullo alio intermiſſo, ſufficit ad annum 310. Fuit etiam hoc tempore Spiridion Epiſcopus Cyprius, qui ſub* Maximino *effoſſo oculo, & ſiniſtro poplite ſuceiſſo ad metalla damnatus eſt: idem poſtea Concilio Niceno interfuit, Caßiodorus lib.1. Tripart. cap.10. Suidas in voce Triphylius. An autem hic Spiridion Oretanus fuerit poſtea Trimetuntis Epiſcopus, ambigo: quiſquis tamen ille fuerit Ordinis Prophetici à Rufino profertur lib. 10. cap.1. agens de Epiſcopis, qui Niceno Concilio interfuere:* Ex eorum numero fuiſſe dicitur Spiridion Cyprius Epiſcopus vir unus ex Ordine Prophetarum: *quæ ſunt*

I. *fere*

Digitized by Google

[illegible]. *fere verba Concilij Niceni lib. 2. Abbas Maurolicus 14. Decembris.* Apud Cyprum natalis B. Spiridionis Trimetuntis Epiſcopi qui unus fuit ex illis confeſſoribus, quos Maximinus dextris oculis effoſsis, & ſiniſtro pollice ſucciſſo, ad metalla damnaverat. Hic cum Propheticam duceret vitam etiam ſignorũ gloria inclytus erat. *Ordo certe Carmelitanus Spiridionem, veluti inſtituti ſui, id eſt Prophetici alumnum celebrat, agitque de eo 14. Decemb.* Anni. Romæ

Ilipulæ [a] in Hiſpania S. Reſtitutus, ut creditur Presbyter, magiſter Caſtoris, & ſociorum Cantabrorum lapidicidarum: hic & Criſpulus martyr, & Reſtitutus de quo dudum dixeramus, interfuerunt Concilio Illiberitano in Bætica.

a *Duas Geographi recenſent alteram prope Illiberim, alteram quam minorem Plinius vocat, in conventu Hiſpalenſi: de hac videtur Dexter ſentire. Ideoque Reſtitutus, & Criſpulus, ut diœceſis Hiſpalenſis indigetes, hoc anno in acta eius Eccleſiæ relati ſunt, agiturque de eis in Martyrolog. Roman. 10. Iunij commemoratque Padilla Cent. 4. c. 32. eſt etiam Ilipa cognomine magna. Et Ilipla, vel Elepla, cuius apud me nummus pervetuſtus ab antica parte eques haſtatus, à poſtica literæ. ILIPLA. ſub ſpicis, hanc ſedem fuiſſe Epiſcopalem multæ Epiſcoporum ſubſcriptiones in Hiſpanicis Concilijs teſtatur. Eius quoque Presbyter Reſtitutus ſubſcripſit Illiberitano Concilio. Hodie* Niebla *vocatur Ducum illuſtriſsimorũ Comitumque titulus Gothmanorum.*

Petavonij [b] in Aſturibus glorioſiſsi-

Digitized by Google

Anni. Chriſ. mi Chriſti martyres Saturninus, Felix, Fortunatus [c] & alij ſocij martyres. Anni Romæ.

b Patavonij in Aſturibus.) *Repoſui Petavonij ex Ptolemæo, & Antonino, hodie* Vañeza, *eſt etiam in Luſitania Petavnio, aut Petavonio, Moral. lib. 11. cap. 50.*

c *Sunt plures qui ſic appellantur martyres, nec diſpicio qui ſint noſtri.*

Vrbe Heraclæa in Calpe Hiſpaniæ S. Lucia martyr. [d]

d *Eam ſuſpicor eſſe, quæ Rixium Varum, vel Ricciovarũ convertit, de qua in Martyrolog. Roman. 6. Iulij, ſed ſuſpicor tantum.*

Argenteolæ [e] in Aſturibus S. Chriſti martyres Saturninus, Theophilus, & Revocata [f] pro Chriſto paſſi.

e *Agnoſcit Ptolemæus Antonino eſt argentiolum. Hodie Medules.*

f *De his agitur in Martyrol. Rom. 6. Februarij.*

In Orientali parte Hiſpaniæ urbe Palemo [g] S. Sotera virgo, [h] & martyr, quæ more ſervorum acceptis in facie alapis illuſtre martyrium in Domino complevit: quam ad exemplum pudicitiæ adducebat S. Monica digna Auguſtino parens: [i] hæc venit in Hiſpaniam peregrinationis cauſa [l] anno Domini 304.

i.

g Vrbe

Anni Chriſ. g Vrbe Palemo, quæ hodiæ eſt Palamos.) *In antiquis Geographis hanc non invenio, bene tamen in Hiſpanicorum Epiſcopatuum metatione de finibus ipſorum regundis à Rege Vvamba excogitata invenitur illo ipſo nomine* Palamos *in Epiſcopatu Gerundenſi. Morales in Vvamba lib. 12. c. 50. in Codice Pinedæ, & Arch. Hiſp.* (Quæ hodie eſt Palamos) *non reperitur ſcriptum, itaque ut addititium gloſſema ſuſtulimus.* Anni Romæ

h *In eius actis & Martyrol. Rom. Soteris dicitur. Vbi martyrij genus idem exprimitur 10. Februar. à Dextro ſunt Vſuardus, & Ado dicentes paſſam in Orientali civitate tacito Hiſpaniæ nomine. Baronius contendit Romæ martyrium conſummaſſe ex exemplari. S. Cyciaci, & S. Ambroſij ſcriptis, annumque paſsionis fuiſſe 304. prout hic adſeritur.*

i Quam ad exemplum pudicitiæ ducebat ſancta Monica digna Auguſtino parens.) *Scilicet cum ad caſtitatem S. Monica iuvenculas, aut quaſcumque fœminas animabat, Divã hanc virginẽ Soteram tamquã puriſsimæ caſtitatis exẽplar delineabat, & ob oculos ponebat. Nam aliter totã hanc periodum abijciendã, vel mediocriter in Annalibus Eccleſiaſticis eruditus cenſeret: ſiquidem S. Monica diem ſuum clauſit anno Chriſti 389. Soteris vero, ſive Sotera anno 304. martyrij coronam iam meruerat, cuius exemplar etiam D. Ambroſius frequentius in concionibus adducebat, ut in Exortatione ad virgines, & de Virginitate lib. 3.*

l Hæc venit in Hiſpaniam peregrinationis cauſa.) *Erat enim Romana originne, ut ex Sancti Ambroſij ſcriptis elicitur.*

Gothi per [m] Imperium graſſantur: qui multas à Conſtantinopolitanis acceperant conſuetudines: & inter illas ſexta Feria maioris Hebdomadæ

ærea cymbala pulſare ligneis inſtrumentis.

m Goltiperi Imperium graſſantur.) *En monſtrum: ſed facili expiatione procurandum. Formæ itaque priſtinæ reſtituo:* Gothi per Imperium graſſantur. *Varias Gothorum irruptiones Deciorum tempore anno à Chriſto nato 253. Gallieni 263. Conſtantini Magni 330. Egeſippo lib. 5. Diacono lib. 9. ex B. Iſidoro in chron. Ruderico Ximenio lib. 2. Baronio, Spondano & alijs diſco.*

Hoc anno Imperator Diocletianus Valerius Iovius Novies, [n] Maximianus Valerius Herculius octies Conſulatum inierunt.

Hoc eodem anno multi per Hiſpaniam paſsi ſunt.

n Hoc anno Imp. Diocletianus Valerius Iovius ſeptics, & novies Maximianus Valerius Herculius Conſulatum inierunt.) *Manifeſto errore, numeris interverſis. Corrigo ex faſtis.* Diocletianus Valerius Iovius IX. Maximianus VIII. Conſulatum inierunt. *Annus hic eſt, A. V. C. M. L. V. Chriſti. 304. Adi Panvinum, qui exacte ſupputat.*

Antecedenti anno [o] Diocletianus & maximianus Auguſti celebri pompa apparatuque Romæ triumphaverunt præcedentibus eorum Rhedam Narſei cõiuge, ſororib⁹, liberis, & omni præda, qua Imperatores Parthos ſpoliaverant.

o *Totidem*

Digitized by Google

o *Totidem Euſebius in chronic. Eutrop. lib. 9. fuſius.*

Nec poſt multo idem Auguſti 11. Kal. Maij abdicant.[p]

p *Novo exemplo. Sed id teſtantur Eutropius, Victor, Euſebius, Zonaras, & alij.*

Durat nihilominus atrox Diocletiani perſecutio.

Patiuntur Gerundæ in Hiſpania SS. martyres Felix, & Maximus.[q]

q *De Felice Gerundenſi alio à Diacono S. Narciſsi comite agit Martyrol. Rom. 1. Auguſt. quo die Beda, Vſuardus, & alij: Prudentius quoque in Periſtephano hymno 4.*

Parva Felicis decus exhibebit
Artubus ſacris locuples Gerunda.

Meminerunt etiam Gregor. Turon. in lib. de gloria Martyr. cap. 92. S. Eulogius in memoriali, eſt etiam hymnus in Breviario antiquo Toletano. De Maximo tamen altum ſilentium, niſi is ſit qui Tarraconenſis à Morale dicitur ſub Philippis paſſus; adi illum lib. 9. c. 43.

Rodæ [r] in Hiſpania Celtiberia SS. martyres Dionyſius, & Ammonius.[ſ]

r *Livio, & Stephano* Roda *in Tarraconēſi, Ptolemæo:* Rhodiopolis, & Rhodope *hodie* Rhoda *priſco nomine retento.*
ſ *Martyrol. Rom. 14. Febr. ſed ibi Alexandriæ non Rhodæ paſſos invenias.*

Ituriſſe

Anni. Chriſ.

Iturisſæ [t] in Vaſconibus SS. martyres Socrates, Dionyſius, Victor, Zoticus, Arcadius, Cæſarius, Severinus, [u] qui ſub Diocletiano varie torti, martyrium compleverunt: quibus additi ſunt Chriſtophorus, Antonius, Theonas, qui varie torquentur.

t Iturisſæ.) *Vaſconum urbe Ptolemæo, & Pomponio hodie* Sangueſſa.

u *De Socrate, & Dionyſio Martyrol, Rom. 19. April. de reliquis 20. eiuſdem, tacito martyrij loco.*

In Erenio Metellinenſi [x] in Luſitania Theodorus admirabilis.

x *Vrbs eſt non incelebris eo tractu Ellerena. Sed an ſit Erenium ignoro. Habui ſuſpiciunculam, nec mihi fraudi ſit, illam proferre :* In eremo ſcriptum : *& de Theodoro mirabili in Eremo degente agere. Incertus tamen ſum.*

Carthagine Hiſpaniæ Felix Epiſcopus [y] martyr, & ſocij illius.

y *De his Martyrol. Roman. 17. Iulij. Errore coarguit Baronius eos, qui Carthagine Hiſpaniæ paſſos dixerunt. Morales quoque lib. 10. cap. 29. qui quidem à noſtro talionem recipiũt.*

Toleti, [z] & Hiſpali S. Felicis Diaconi Toletani Hiſpali paſsi ſub Daciano Præſide totius Hiſpaniæ crudeliſsimo.

z *Vtrobique de S. Felice 2. Maij.*

Cæſa-

Digitized by Google

Cæſarauguſtæ innumerabilis multitudo martyrum, [a] omnis ætatis, conditionis, & utriuſque ſexus paſſorum.

a *Eadem hiperbole in Martyrolog. Roman. 19. Novemb. & Vſuardo. Hauſerunt certe ab eodem fonte. Prudentius etiam in Periſtephano hym. 4.*

Sola in occurſum numeroſiores
Martyrum turbas Domino paraſti:
Sola prædives pietate multa
Luce frueris.
Vix parens orbis populoſa Pœni,
Ipſa vix Roma in ſolio locata.
Te decus noſtrum ſuperare in iſto
Munere digna eſt.
Omnibus portis ſacer immolatus
Sanguis excluſit genus invidorum
Dæmonum, & nigras pepulit tenebras.
Vrbe piata.

D. quoque Iſidorus lib. 15. origin. de eadem civitate: Illuſtrior eſt, *inquit*, Florens Sanctorum martyrum ſepulturis. *Meminerunt Petrus in Catalogo lib. 10. cap. 17. Vaſſæus in chron. Morales lib. 10. c. 6. Padilla Cent. 4. cap. 6. Carrillus in hiſt. S. Valer. c. 6.*

Ibidem S. Eucratis [b] virginis, & martyris ex urbe Braccara Auguſta: item ibidem paſſi octodecim martyres.

b *Martyrolog. Roman. 18. Aprilis Prudentius in hymno.*

Hic, & Eucrati, recubant tuarum

Oſſa

Anni. Chriſ.

Oſſa virtutum, quibus efferati
Spiritum mundi violenta virgo
De decoraſti
Tu decem ſanctos revehes, & octo,
Cæſaraugusta ſtudioſa Chriſti,
Verticem flavis oleis revincta
Pacis honore.

Item ibidem S. Lambertus,[c] qui ſucciſum caput manibus importans Angelo duce, ſanctorum martyrum numero ſociatus eſt.

c *Martyrol. Rom. ea die Vaſſæus in chron. Hiſpan. an. 306. Moral. lib. 10. cap. 6. Padilla Cent. 4. cap. 7. Martinus Carrill. de S. Valerio. cap. 7. Maurus Caſtelle lib. 2. cap. 23. Beuterus lib. 1. cap. 25.*

Toleti S. Leocadia[d] virgo, & martyr: colitur eodem anno, vel ſequenti, quo paſsi ſunt Compluti SS. pueri Iuſtus, & Paſtor poſt 16. menſes, quæ iam flagellata in horrendum carcerem detruſa fuerat, audito S. Eulaliæ Emeritenſis martyrio, in oratione ſignato pollice virgineo duriſsimo ſaxo carceris ſigno crucis, & ibidem relicto in hanc diem digitorum, & crucis ſigno, impollutum in oratione ſpiritum Deo reddidit.

d *Agunt de S. Leocadia Beda, Vſuardus, & Ado. Plura in* Brevia.

Digitized by Google

Breviarijs Eccleſiæ Toletanæ, ubi ſacer hymnus: omnium mira eſt cum noſtro conſenſio, maxime tamen Romani Martyrologij, in quo ita ſcriptum: Toleti in Hiſpania natalis S. Leocadiæ virginis, & martyris, quæ in perſecutione Diocletiani Imperatoris à Præfecto Hiſpaniarum Daciano dira carceris cuſtodia macerata, cum graviſsimos Beatæ Eulaliæ, & reliquorũ martyrum cruciatus audijſſet, genibus in oratione poſitis, impollutum ſpiritũ Chriſto redidit. *Agunt de hac Diva Petrus in Catal. lib. 1. c. 48. Marinæus Siculus lib. 5. Hiſpan. Floſ. Sanct. Hiſpan. Theſau. concion. tom. 2. Laurentius de Padill. Vaſſæus, Morales Mariana, Garivaius, & reliqui noſtrarum rerum ſcriptores.* Auni. Romæ

Cum hæc ſcripta, & iam iam prælo mandaturus haberem, ab amico docto quædam ſchediaſmata D. Petri Salazarij V. C. Canonici Toletani priſcæ antiquitatis, & rerũ Hiſpanicarum ſcriptoris conſultiſsimi ad me tranſmiſſa ſunt, in quibus Luitprandi Diaconi (ſic ibi perhibetur) de Diva Leocadia teſtimonium ſatis exquiſitum continetur: quod quia Carmelitanæ familiæ gratiſsimum erit, hiſce meis notulis (ipſorum tamen periculo) attexere non gravabor. Sunt qui putent (quod & ego credo) Sanctam Leocadiam Monacham fuiſſe Ordinis Carmelitarum. quem Monachi Carmelitani ad fidem Chriſti converſi in Hiſpaniam intulerunt, ex quibus fuit ſanctus Elpidius primus Toletanus Præſul. à S. Iacobo inſtitutus. *Ioſephus certe Antiochenus, qui ad annos Chriſti 130. floruit, ſi Poſſevino fides, in libro, quem Speculũ perfectæ militiæ inſcripſit, egregium de Carmelitano Ordine profert teſtimonium cap. 72.* Perfectorum militum Chriſti coadiutores ſurrexerunt ſtrenuiſsimi viri ſolitarij contemplationi dediti Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſæi imitatores, qui de Monte Carmelo deſcendentes per Gallilæam, Samariam, & Paleſtinam fidem Chriſti conſtantiſsime ſparſerunt: *illud in dubium vocari non debet, ante Divum Auguſtinum, eiuſque Eremitarum*

Ee *ſanctiſsi-*

Anni Chriſ. *ſanctiſsimum inſtitutum Monachos plures, pluraq; monaſteria in Hiſpania fuiſſe: ſive ij à Palæſtina huc involaviſſent, ſive ad eorum imitationem Hiſpanici viri religionis, ac pietatis amatores ſe compoſuiſſent, ut ex priſcis Hiſpaniæ concilijs perſpicuum. Cuius tamen inſtituti Monachi illi antiquiſsimi fuerint, ut rem liti obnoxiam, & in alieno foro verſantem, viris doctiſsimis illarum familiarum diſcutiendam mitto, & ad meam adornandam Spartam redeo.*

Sunt qui dicant nunc allatas ex Perſide in urbem Hiſpaniæ Bæticæ Cordubam Patriciam appellatam, relliquias SS. Parmenæ, & ſociorum eius, qui in Perſide paſsi ſunt.

SS. Chriſti martyres Vincentius, Sabina, & Chriſteta [e] eius ſores, qui nati in Eborenſi oppido Carpetaniæ, Abulæ paſsi glorioſiſsimo martyrij genere de hoſte triumpharunt.

Sunt qui dicant.) *Qui hoc ſcripſere poſt Dextrum multis ſæculis nati ſunt Marinæus Siculus, Laurencius Padilla, Vaſſæus, Anton. Beuter. Alfonſus Venerius, unde gloſſema textui inſertum ſuſpicari lubet. Refellit Morales lib. 10. cap. 29. Baronius in notis ad Martyrol. 22. Aprilis.*

Mellaria urbe Hiſpaniæ. *En aliam in curioſi exſcriptoris oſcitantiam, qui non meminit ſe eamdem ſerram reciprocaſſe pag. 41. lin. 2. Quare quæ hic in impreſſis ſunt, ſubſtulimus.*

e *Martyrol. Rom. 27. Octobris. Beda, Vſuardus, Ado, Vaſſæus. Moral. lib. 10. cap. 12. Padilla Cent. 4. c. 18.*

Qui nati in Eborenſi oppido in Carpetania.) *Pro Ioãne Mariana, qui id diſertis verbis argumentiſque aſſtruit*

cum

Digitized by Google

guunt Bartholomæo Quebedio in epiſtolis, ſed funem contentioſum ad ſe valide trahunt Andræas Reſendius Quebedio. reſpondens, & Iacobus Menetius in ſua Ebora. Anni. Romæ

Albæ prope Accim [f] in Hiſpania Bætica SS. Chriſti martyres Apollo, Iſacius, Cratonque [g] eorum ſocius glorioſus.

f *Municipium Albenſe, idem & Vrgabonenſe, ex vetere lapide apud Moral. lib. 9. c. 35. hodie* Arjona.

g Apollo, Iſacius Craton.) *Sub Diocletiano paſſos conſentiunt ipſorum acta, ac Menologium Græcorum, Romanumque Martyrologium 21. April. ubi Crotas appellatur.*

Braccaræ in Luſitania S. Sylveſter [h] pro Chriſto paſſus.

h *Vaſſeus anno 306. Garivai. lib. 7. c. 44. Padilla Cent. 4. cap. 14.*

Cordubæ in Bætica S. Secundinus [i] martyr, & civis Cordubenſis, qui ſub Diogeniano Iudice per certaminum agitationes ſuperata Iudicis ſævitia, & multis cruciatibus fortiter toleratis Palmam martyrij reportavit.

i *Martyrol. Rom. 21. Maij. Vſuardus ea die, Vaſſeus anno 306. Equilinus lib. 11. c. 145. Padilla Cent. 4. c. 45.*

Anni. Chriſ.

Nertobrigæ in Celtiberia[l] SS. martyrum Sineſij, & Theopompi.[m] Nec deſunt qui putent hos duarum civitatum Hiſpaniæ Epiſcopos fuiſſe: quamvis nõ declarent, quæ nam illæ fuerint.

l *Fuit alia Nertobriga in Bæticæ finibus, cuius ruinæ prope* Frexenal *reſtant. Noſtra hæc* Almuña *vocatur hodie titulus Marchionum* de Almuña, *&* *Aſtapa.*

m *Petrus in Catal. lib. 5. c. 33. tempuſque cum noſtro conſentit, & Martyrol. Rom. 12. Maij.*

Alexandriæ S. Catharina virgo,[n] & martyr ſub maximino Auguſto ſuperatis 40. Philoſophis præmiſſa Auguſta Porphyrioque duce cum exercitu[o] patitur.

n *Quare ergo eius hiſtoria ſub Diocletiano recenſetur? irrepſit Scripturæ frequens errandi occaſio Maximini pro Maximiani excribentium; verum eſt tamen, ſanctam Catharinam ſub Galerio Maximino Aug. Qui flaceſcentem perſecutionem denuo in Oriente excitavit, paſſam. Conſule Baron. in notis 25. Novemb.*

o Præmiſſa Auguſta Porphyrioque duce cum exercitu patitur.) *Auguſtam Porphyriumque belli ducem ad fidem converſos, acta. D. Catherinæ habent, ſed hæc verba neſcio quem mihi ſcrupulum inijciunt, quem reijcere nequeo, nec aliter me expedire.*

In Territorio Braccarenſi S. Suſana

virgo.

virgo, [p] & martyr pro fide paſſa, ſoror S. Victoris martyris cathecumeni.

p *Vaſſæus anno 306. Garivai lib. 7. c. 44. Padilla Cent. 4. cap. 19. de Victore fratre celebris memoria eſt in Martyrolog. Roman. 12. April. aguntque de eo Breviarium Toletanum. Eiuſdem nominis fœmina ſequiori ætate fuit, de qua nos ſupra.*

Pompilonæ S. Valerius Pompilonenſis, Hiſpaniæ Epiſcopus, & martyr, quo cum paſsi ſunt tres pueri comites coronæ.

Cluniæ in Hiſpania fortiſsimi Chriſti martyres Meletius Dux exercitus, [q] & alij. Ij diverſis cruciatuum generibus Deum glorificaverunt, ſanctæque illorum uxores Suſana, Marciana, & Palladia, [r] quæ cum pueris ſuis confractis cervicibus coronam adeptæ ſunt.

q *Numerum Dexter non recenſet. At eſt in Martyrolog. Rom. 24. Maij ubi 252. martyres perhibentur. Meminit, & Græcorum Menologium ea die.*

r *De his, & filijs parvulis fit 24. Maij in Martyrolog. & Menologio ubi res geſtæ illarum cum rebus Meletij ceterorũque coniunguntur.*

Segiſſamone [ſ] in Hiſpania S. Papius [t] martyr verberibus cæſus, & in lebetem oleo ferventem, atque adipe liqueſ-

Anni. Chriſ. queſcente refertum coniectus, aliaque ijs graviora perpeſſus, decollatus eſt.

s *Plures ſunt in Hiſpania: adi Ortelium in Theſauro.*
t *Martyrol. Rom. 28. Iunij, & Menol. Græcorum.*

Civitate Myrtile [u] in Luſitania, ut ex Martyrologio conſtat Euſebij Cæſarienſis, quod iuſſu Conſtantini Imperatoris ille compoſuit S. Brictius, [x] ut creditur Epiſcopus Eborenſis, qui compræhenſus à Marciano Luſitaniæ Præſide pro fidei confeſsione multa perpeſſus eſt, qui prædicavit etiam ad Caſtulonem prope fluvium [x] Tagum, [y] qui illam urbem præterfluit: deinde rediens Segiſſamonem Vaccæorum urbem, ubi prædicaverat prius, & poſt modũ prædicavit, peragrataq; tota fere me Hiſpania Myrtilem reverſus à præfato iudice compræhenditur. Primo ei os lapidibus contunditur, deinde in equuleo torquetur, poſt in carceré conijcitur: ac deinde ſuborto gravi per urbẽ terræmotu, pariete corruente, Marcianus deprimitur. Deinde S. Brictius à Petro (quidam putant Epiſcopo Braccarenſi) & ab Angelo exhilaratus à cuſ-

todia

todia publica educitur, longeque ac late per Bæticam, Luſitaniam, & Tarraconenſem prædicans ad ſuam urbem reverſus ſeptimo Idus Iulij plenus dierum, & ſanctorum operum ad cælum Victor emigravit: aſtanteſque confirmant eius animam inſtar candidiſsimæ columbæ pulcherrimis meritis locupletatam evolaſſe.

u Civitate Mertola, vel Mertile.) *Iulia Myrtilis dicta, & veteris latij munere decorata. Hodie* Mertola *ad Anam flumen in Luſitania. Taraſa, neſcio quo Genio ductus*, Vaenam *nominat. Sed toto cælo errat.*

x S. Brictius.) *In actis ſanctorum Abundij, & Carpophori multa de S. Brictio referuntur. Meminere quoque Martyrolog. Rom. 9. Iulij, Vſuardus, Ado, Petrus in Catalogo lib. 6. cap. 47.*

y Qui prædicavit etiam ad Caſtulonem prope fluviũ Tagum.) *Iterum in eundem impingimus lapidem: vel enim aliam Caſtulonem ad Tagun conditam fuiſſe ſuſpicemur, vel alium Tagum, qui Caſtulonem præterfluat, corrivemus neceſſe eſt, aut pro Tago Tygum ſcriptum fuiſſe, ut ſupra monuimus. Tenebræ ſunt quas aliquis Phœbus illuſtrabit, neque enim de Dextri fide ambigimus, quem in Geographia exactiſsimum, & diligentiſsimum ubique experimur.*

Serpæ [z] in Betica florent, SS. Martyres Proculus, & Hilarion, [a] quos etiam Græci celebrant ob ſanctitatis gloriã: qui ſub Traiano Imperatore M. Aurelio

Anni Chriſ.

lio Maximo Præſide paſsi ſunt. Proculus primo facibus in humeris, & ventre aduritur. Deinde telis frequentibus vulneratus obijt: Hilarion vero poſt varios cruciatus tandem capitis abciſsione martyrium conſummavit.

z *Nomen adhuc retinet, ſed in Luſitaniæ populis numeratur. Ibi lapis.*

D. M.
FABIA. PRISCA
SERPENSIS. C. R.
AN. XX. H. S. E.
S. T. T. L.

a *De his martyribus fit in Martyrologio Romano, & Græcorum Menologio 12. Iulij. Qui cum ſub Imperatore Traiano paſsi fuiſſent, eorum memoriam ob populi devotionem vireſcere & in pretio nunc eſſe refert.*

In Luſitania civitate Callenſi, quæ prope Caſtra Lælia ſita eſt S. Evulgefortis floret, pro fide, & pudicitia mortem paſſa.

Vrgabone [b] in Bætica ſub Præſide Daciano Bonoſus, & Maximinus [c] martyres.

b *Municipium Albenſe Vrgabonenſe, de quo nos alibi.* Arjona *eſt hodie.*

c *Martyrol. Rom. 21. Aug.*

Cartha.

Carthagine Spartaria ſub Daciano Præſide Hiſpaniæ, & Galliarum SS. Chriſti virgines, & Martyres Baſſa, Paula, & Agathonica, [d] quæ victrices duplicem Lauream adeptæ ſunt.

d Sanctæ Chriſti virgines ſponſæ, & martyres Beata Paula Agathonica quæ.) *Et hic vulnus inflictum: ſed nec immedicabile: ſanitatem ex Martyrolog. Rom. reſtituo.* (Carthagine Spartaria ſub Daciano Præſide Hiſpaniæ, & Galliarum ſanctæ Chriſti virgines, & martyres Baſſa, Paula, & Agathonica, quæ victrices duplicem Lauream adeptæ ſunt.) *In C. Pin. & Arch. Hiſp.* Paula Antonicaque. *Sed neque id diſturbat, ut à Martyrologio Romano ſtemus.*

Titulciæ [e] in Carpetania prope Thermedam [f] civitatem SS. Chriſti martyres, & Monachi Philibertus, & Fabricianus, [g] qui in confluenti Fenarij fluminis Tagonij monaſterium Deo Optimo maximo, & B. Virgini dedicarunt.

e Tituliææ.) *Repono Titulciæ. Quæ ab Antonino prope Complutum ſtatuitur in itinere ab Emerita Cæſaraugustam hodie* Vaiona, *ut Morali placet.*

f Prope Thermodon civitatem.) *At in C. Hiſp. Arch. & Pineda Thermedam, à quo emendavimus.*

g *In Toletanæ Eccleſiæ tabulis eorum nomina conſervantur, & Martyrol. Rom. 22. Aug. nec Iulianus obliviſcitur. Is in chron. anno.* 910. Florebat hoc tempore Fabricius Abbas ſanctorum Fabriciani, & Philiberti martyrum in

Digitized by Google

Anni. Chriſ. oppido Titulcia nunc Baiona, & Concilio interfuit. Anni. Romæ
Prudentius Sandovalius ad hiſtoriam Epiſcoporum, fol. 109. nuper Toleti refert epiſtolam fuiſſe repertam venerandæ antiquitatis, in qua horum martyrum memoria continetur. Et apud Padillam Cent. 4. c. 31.

Carthagine Hiſpaniæ S. Candida [h] virgo, & martyr, quæ plagis miſerabiliter dilacerata una cum Suſana Sacerdotis Idolorum filia, & Martha tandem martyrium tulit.

h *Martyrol. Rom. 20. Sept. eiſdem pene verbis. Niſi quod in Dextro Sacerdotum filia, pro Sacerdotis: ſcriptum. Sacerdoti nomen fuit Artemius.*

Relliquiæ S. Luciani Bellovacenſis [i] Epiſcopi Vicum tranferuntur.

i *De S. Luciano Bellovacenſi agitur 8. Ian. in Martirologio Rom. fuit S. Iulianus ex diſcipulis S. Petri. Alius eſt etiam Lucianus Bellovacenſis paſſus ſub Diocletiano, cuius nomen, & martyrium reperies apud acta ſanctorum Criſpini, & Criſpiniani. Sed de relliquijs S. Luciani ſenioris martyris nunc agit. (ni me coniectura fallit) tute lector veriſimiliora diſpice, cuius ne ſint.*

A Iacobi prædicatione celebratur in Hiſpania feſtum Immaculatæ [l] & Illibatæ Conceptionis Deigenitricis MARIAE.

Digitized by Google

Anni. Romæ

Ferrerius, Iuſtinianus, Hugo de S. Caro, Taulerus, Ludovicus Bertranius, Ambroſius Catharinus, Herbæus, Viguerius, alijs licet ſuppreſſa voce, prægaudio geſtientibus. Quid ſanctiſſimum Loiolam, Xavierium, Borgiam, Salmeronem, quid totam Seraphici Franciſci præſultantem familiam, Carmelitanam, Auguſtinianam, quid denique puerorum, iuvenum, virorum, ſenum, iuvencularum, Virginum, Matronarum Choros, quid univerſas civitates, quid denique omnem Hiſpaniam commemorem? quæ templis, aris, per vigilijs, pompis, concionibus, libris, carminibus, elogijs, titulis, ſtemmatibus ubique celebrat, ubique plaudit.

Olyſsipone in Luſitania [m] SS. Chriſti martyres Veriſsimus, Maxima, & Iulia [n] eiuſdem martyris ſorores, & conſortes martyrij.

m *Melior ſcriptorum pars ab Vlyſſe conditam affirmat. Odyſſeam Strabo, Odiſſeim Stephanus appellāt. Solinus Vliſſiponem. Plinius vero, Varro, & priſci lapides Olyſipponem. Felicitas Iulia à Romanis cognominata eſt. Hodie parum in-* [illegible]

Ibidem etiam celebres ſunt Anaſta[illegible] Presbyter, [illegible] & Geneſius. [o]

o Anaſtaſius Presbyter, Plautus, & Geneſius.) *Martyrol. Rom. 11. Octob. ubi Placidum vere ſcriptum non Plautum, ut in* [illegible]

Securæ

Digitized by Google

Anni. Chriſ.

Securæ in confinio Bæticæ, p quæ Secura etiam Tader dicitur, S. Briena q ſocia S. Ferboniæ: quæ veniens ad Hiſpanias in Tarraconenſi provinciaque paſſa, ibi celebrior habetur.

p Severæ i confinio Beticæ, quæ Secura etiam Tader dicitur.) *Secura hodie nomen retinet* Segura.

q *Iulianus Petri in chronico.* Securæ, quæ Tader etiam dicitur à propinqnitate fluminis perennis terminos inter labentis nomine S. Briena virgo ſanctiſsima. *De Ferbonia eius ſocia Sibapoli in Syria paſſa agit Martyrolog. Rom. 25. Iunij.*

Apud Mundam civitatem Celtiberiæ r S. Felicianus Epiſcopus Malavitanus, ſ & egregius Chriſti martyr.

r Apud Mundam civitatem Celtiberiæ.) *Codex Pini Muridam habet. Reliqui cum impreßis conſentiunt. At vero Munda in Betica, non in Celtiberia ab Hiſtoricis, & Geographis conlocatur, illa videlicet ſtrage Pompeianorum in ancipiti, & cruento prælio memorabilis, de qua Hirtius, Cicero, Ptolemæus, Plinius. Quam hodie etiā nomen retinere, Mondamq; eſſe viginti à Malaca milliaribus Ambroſio Morali, Marianæ, Ludovico Nonio placet. Licet alij* Ronda la vieja *velint inde non Procul: ſed id verum non eſt, nā locus ipſe ac rudera quæ montibus circūquaq; ad ſurgentibus, ubi* Ronda la vieja *eſt viſuntur, Genio urbis Mundenſis nō reſpondet: ubi tamen* Monda *eſt omnia his, quæ ab Auctoribus produntur, conveniunt. Et lapis templi Mondenſis foribus ad fixus clamat hiſce literis.*

IVLIVS.

Anni. Romæ

IVLIVS. NEMESIANVS. NOMENTANVS. VICE. M. AVRELII. IMP. SACRA. BAETIC GVBERNANS. PRAETORI IN. VRBE. MVNDA. QVO. PATRES. ET. POPVLVS. OB. RI RITE. ADMINISTRANDA CONVENIANT. F: MAND.

En habes in Bætica Mundam. Fuit tamen alter ... Celtiberia, vel T. Livio teſte, qui lib. 40. hæc ait. ... mus, & Ti. Sempronius Proprætores Comp... ita inter ſe, ut in Vaccæos per Luſitaniam ir... in Celtiberiam, inde reverteretur ſi Gracch... ius bellum eſſet, in ultima Celtiberiæ penetraret. Mundam cepit urbem primo aggreſſus nocte. *Amicus noſter Martinus de Roa in ſua Malaca hæc in Bætica geſta eſſe vult, eo, quod Certima ſtatim à Livio nominetur, quam Cartamam eſſe coniectat. Sed id illo Auctore repugnante, qui Celtiberi... Celtiberoſque ſæpiſsime ibi compellat, nec unquam Bæti... m quia iure Romano fines alterius provinciæ ... itum, nec credibile eſt, in rebelli, & ferociſsimi ... a Gracchum Proprætorem ad ultima Bæticæ ora ... io hoſte involaſſe. Rurſus primum congreſſum ... Livius aſſerit, illico ad Certimam, poſt ... Alcem oppidum cepit cum Regulo Hiſpanorum ... Alce inter Laminium, & Vicum Cuminarium ... Emerita Cæſarauguſtam ſtatuitur ab Antonino, ... ppida in Celtiberiæ meditullio ſunt, ubi bellũ, ... qui hanc Livij Mundam, quam Gracchus cepit eandem*

Anni Chriſ. eandem eſſe cum Munda Dextri in Celtiberia, aliamque à Bætica Munda aſſerimus cum Morale lib. 7. cap. 22. & Ortelio in Theſauro Geographico: neque id apud Auctores novum aut inſuetum, ſiquidem Hiſpalis, Illiberis, Oſca, Hippo, Suel, Salduba, Segovia, Nertobriga, & alia ſexcenta ſunt in Celtiberia, quæ etiam in Bætica iiſdem nominibus reperiuntur. Hinc parata correctiuncula Martyrologio Romano; ubi cum de Sancto Feliciano Epiſcopo agitur 20. Octobris Mindæ paſſum ſcriptum habet pro Mundæ. Nec movet Philippus Ferrarius in Topographia Martyrologij Mindam ad Saxoniam ſuperioris Germaniæ relegans, id enim nullius Auctoris teſtimonio, ſola nominum ſimilitudine illectus affirmat.

ſ Epiſcopus Malavitanus.) *Credo Malacitanus reponendum: nullibi enim Malavitanus Epiſcopus, licet fuerit Milevitanus Epiſcopatus in ultima Numidia, propior tamen nobis Malaca eſt, magiſque lectioni depravatæ congruit Malacitanus quam Milevitanus.*

Bæte urbe [t] in Hiſpania Bætica, quæ Bætis etiam Vtriculum dicitur SS. Chriſti martyres Straton, [u] qui inter duas arbores alligatus illiſque diſſolutis, pro Chriſti nomine diſcerptus ad cælos evolavit: ibidemque SS. Martyres, & cives, & fratres Rufinus, Rufinianus, Artemidorus, & Sævius. [x]

t *Plura nos alibi de hac urbe, nec aliquid nunc ſub incudem recurrit.*

u S. Chriſti martyr Oſtraton.) *In Martyrolog. Roman. 9. Septembris* S. Sſtraton. *Quæ vera lectio, Sunt enim ibi etiam alij tres Stratones, in Diogeneque Laertio octo Philo-*

ſophi,

Digitized by Google

Anni. Chriſ. Anni. Romæ

Ergo Illibatæ Conceptionis arcanum omni ævo myſterium plauſibiliter celebrandi Hiſpanica pietas primas ſuo ſibi iure vendicat, ac repoſcit. Nec nuperus, aut novitius hodiernæ devotionis (ut ſic dicam) æſtus: ſed additis ab adflante invidia igniculis priſcus ille, ac congenitus ardor in inſolitam flammam exarſit. S. ſiquidem Theſiphon. S. Iacobi diſcipulus, cuius ſub Illipulitani montis clivo relliquiæ repertæ ſunt, id ſtylo ferreo in plumbi lamina æviternum duratura reliquit hiſce literis.

MARIAM. NON. TETIGIT. PRIMVM. PECCATVM.

Item:

NEQVAQVAM. ANGELVS. VIRGINI. DICERET: AVE. GRATIA. PLENA: SI. IN. ORIGINALI. PECCATO. CONCEPTA. FVISSET.

Trallatitia idem teſtimonium doctrina ad uſque Cœlij Sedulij Presbyteri Hiſpani tempora corrivatum: Parthenicis ſiquidem laudibus caſtiſſimam lyram accommodans mellita voce hæc cecinit.

Et veluti ſpinis mollis roſa ſurgit acutis
Nil, quod lædat habēs, matremq; obſcurat honore:
Sic Evæ de ſtirpe ſacra veniente Maria,
Virginis antiquæ facientes nova virgo piaret.

Paulus Oroſius Hiſpanus pietatis quoque plauſibili tenore chorum ducens Euſtochium invitat. In veritate comperi, & coram Deo novi, quod nulla mulier in partu peri-

 clitatur,

Anni Chriſ. clitatur, ſuper quam devote Mariæ gratia imploratur, & Cõceptionis eius dies celebratur. *Id affirmat Mauriti⁹ Villaprobata ſerm. 16. Bernardinus Buſtius ſerm. 8. Nonne etiam S. Iſidorus Hiſpanus, Hiſpaniarumque, & ſui ſæculi diſertiſſimus Doctor? is in officijs, ac liturgijs Gothicis, quæ Concilio 4. Toletano comprobata ſunt. Ita precatur:* In Conceptionis feſtivo gaudio. Dignum, & iuſtum eſt, omnipotens pater, tibi in honorem Conceptionis glorioſæ Virginis Mariæ, &c. (Et paulo poſt.) Omnium Sanctorum, omninm Virginum, Martyrumque concio, ſive terreſtris Beatorum multitudo in hoc Conceptionis glorioſæ Virginis feſto non ceſſant clamare, &c. Anni Rom

Ad ſui Præſulis, & Doctoris ſonantem chelym parthenicarum laudum non pigrum pſaltem Illeſonſus ſe inſinuat, & modulatiſſimæ cantilenæ vocem iucundam accommodat. Nullis quando nata eſt ſubiacuit delictis, nec contraxit in utero ſanctificata originale peccatum. *Optimus vates, ac Cæſarauguſtanus tympanotriba Heleca barbaræ Cathenæ ſtridorem ſolatus in ſacrum proſilit hymnum.*

Conceptionis hunc diem
Iacobus Hiſpanos docet,
[illegible]
[illegible]

Vatum Hiſpanorum Ambroſiam concentum beatiſſimus Dominicus Hiſpanus, & ipſe avidis auribus iucunde excepit, & ſtatim primigenia labe non infectam amantiſſimam virginem, exerta voce, deprompſit. Cui plurimi ex candidiſſimæ familiæ caſtiſſimo choro blandiſonis citharis reſpondere. S. Vincentius

Ferrerius,

ſophi, qui hoc Stratonis nomen prætulere. Alibi etiam alij Anni Romæ
quam plures. (Illiſque diſſolutus) *emendavi: diſſolutis.*

x Ibidem Sancti Martyres, & cives, & fratres Rufinus, Rufianus Artemidorus, & Sevius.) *Martyrol. Rom. eo die 9. Septem.* Item Sanctorum martyrum Ruffini, & Ruffiniani fratrum. *Quam lectionem probo. De Artemidoro, & Sevio in Monol. Artemidorus, & Severus. In hoc Codice Hiſpalenſi* Seucius, *ſevius dicitur.*

Hiſpali [y] prope Gallias in Hiſpaniæ montibus Pyrenæis SS. Martyres Theodorus, Oceanus, Apellius, Lucas, & Clemens.

y *Hanc Hiſpalim invenio apud Plinium lib. 3. c. 3. ubi Spalenſes, vel Iſpalenſes ſine ſpiritu ſcriptum, quod in noſtræ etiam Hiſpalis Concilijs alijſque monumentis videre eſt. Verum eſt tamen, quod de martyribus Theodoro, Oceano, & Ammonio Hiſpali in Betica fit, ſub officio duplici 4. Sept. ut de incolis, aut civibus eius diœceſis.*

Tucci in Hiſpania Bætica, quæ & Tocina, [z] nunc dicitur SS. martyres Theodorus Oceanus, & Iulianus, [a] qui confractis pedibus in ignem coniecti glorioſe coronati ſunt.

z Tucci in Hiſpania Bætica, quæ Toſiria nunc dicitur.) *In Archiep. & Pinedæ Codicibus Toſina legitur. Eſt altera, Tucci Turdulorum, quæ fuit Auguſta Gemella cognominata. hodie* Martos, *hæc vero Tucci ab Anconino etiam in Bætica collocatur in itinere fluminis Anæ ad Emeritam, inter*

Gg *Ilipam,*

Anni. Chriſ. *Ilipam, & Italicam, quæ hodie creditur* Tocina, *ſive Tocíria, utroque enim nomine in exemplaribus his nuperis ſcriptum video. Niſi Tuccilla legendum ſit ex vetere lapide longiuſcule ab oppido reperto.* Anni Rom.

IMP. CAESARI. GETAE. SEVERO. AVG. DIVI. SEPTIMII. SEVERI. PII. PERTINACIS. AVG. ARABICI. ADIABENICI. PARTHICI. MAXIMI. PACATORIS. ORBIS. FILIO. ET. M. AVRELII. ANTONINI. IMPERAT. FRATRI. RESPVBLICA. TVCCILLANORVM. D. D. D.

a *Eſt etiam ſocius alter in Martyrol. Rom. 4. Sept. ubi hæc leguntur. Item Sanctorum Martyrum Theodori, Oceani, Ammiani, & Iuliani, qui ſub Maximino Imperatore diſſectis pedibus in ignem coniecti martyrium conſummarunt.*

Tarracone in Hiſpania S. Magnus alias Maginus, [b] qui pluribus toleratis pro Chriſto cruciatibus gaudenti animo ad glorioſam martyrij palmam evolavit.

b *Martyrol. Rom. 25. Aug. Maginum tantum vocat. Hodie in hac urbe Maximinus, & Magi appellatur. Beuterus lib. 1. cap. 24. Vaſſæus anno 239. Icartius c. 41. ſed apud hos ſcriptores ſexta Eccleſiæ perſecutione coronatum martyrio reperi-*

Digitized by Google

Anni. Chriſ. *reperimus, qui error ob Maximini, & Maximiani Imperato-rum vicina nomina emergere potuit, ut alibi etiam monuimus.* Anni Romæ

In urbe Cappara, vel Capera Luſitaniæ, Marcus, & eius ſocij.[c]

c *Martyrolog. Roman. 3. Iulij.*

In Hiſpania in portu Iuliobrigenſi S. Ananias martyr, & ſocij, qui pluribus cruciatibus toleratis evicerunt.

Pamiæ in Hiſpania Tarraconenſi in oppido Vacecorum ad fluvium Arlanconem paſsio S. Antonini martyris.

Emeritæ Auguſtæ[d] in Luſitania S. Lucretia[e] virgo, & martyr.

d *Hodie* Merida. *Olim Colonia Auguſta Emerita ab Auguſto Cæſare veteraniſque militibus, devicta Cantabria, condita: Luſitaniæ Metropolis, Naumachiæ, Circi, & Amphitheatri, turrium fortitudine, murorum ambitu, alijſque illuſtribus ædificijs, quorum ſuperſunt rudera, memorabilis, & cui vix alia Hiſpanicarum urbium componi potuiſſet; adeo ut apud priſcos Hiſpanos Roma audierit Carmine illo etiam aniculis pueris decantato.*

Merida, que en las Eſpañas
En un tiempo fuiſte Roma.

Totius Hiſpaniæ Principatum tenuiſſe Auctor eſt Auſonius Gallus, qui inter claras totius orbis urbes ad numerat.

Anni. Chriſ.

Iure mihi poſt has memorabere nomen Iberum
Emerita æquoreus, quam præter labitur amnis,
Submittit cui tota ſuas Hiſpania faſces.

In quo loco mirari ſubit Ioſephi Scaligeri oſcitantiam. Qui cum in veteri libro, ut ipſe ingenue fatetur, Hiſpalim inveniſſet, Emeritam ſubſtituit nugace quidem, & frivolo argumento: verba ipſius attenxam.

Mirum autem veterem librum non Emeritæ, ſed Hiſpalis non præferre.

Clara mihi poſt has memorabere nomen Iberum
Hiſpalis

Sed falſum puto: nam non illam æquoreus præter labitur amnis, ſed Emeritam: quare alibi dicit:

Emeritæque amnes, lætæque fluenta Garumnæ.

Spectatum admiſſi riſum teneatis amici? An nobiliſsimum Hiſpaniæ flumen Bætim ignorabas Scaliger? At Strabonem, Plinium, Avienum conſuleres: vel ſi hi non eſſent ad manum (quod vix credam) olidum quemlibet de ponte nautam, vel braccatum de trivio mercatorem, ex his, qui aurum, & argentum evecturi Hiſpalim noſtram quotidie ad navigant: qui omnes æquoreum eſſe.

Qui ferit Heſperiam poſt omnia flumina Bætim.

Hiſpalimque præterfluere te docerent. Strabonem audi lib. 3. Bæti quidem plurimi aſsiſtunt incolæ, qui à mari ferme mille, ac ducentis ſtadijs uſque ad Cordubam, & partem etiam ultra flumine navigatur adverſo. Vicina ripis arva, & in ipſo flumine parvæ inſulæ diligentiſsime coluntur. Accedit ſpectandi amænitas tum villarum, tum arborum ordine conſitarum, & agrorum exquiſitiore cura laboratorum. Igitur uſque ad Hiſpalim navigijs gravio-

Anni. Chriſ. gravioribus per ſtadia non multo magis quã quingenta adverſo navigatur amne. *An hoc aliquando de Ana Emeritam præterlabente dictum, ut ille æquoreus ſit, neque ita Bætis? Imo magis æquoreus Bætis quam Anas, mi Scaliger, ſiquidem ipſius æquoris indolem, ac naturã præ ſe fert, nã increſcente Oceani æſtu verſus fontes citus agitur ſpiritu quodam ipſum eadem ratione, qua mare, impellente: ipſa rerũ patens natura quotidie bis indicat. Sed teſtem oculatum produco Philoſtratum in Apollonij Thyanæi vita lib. 5. c. 2.* Navigaverũt quoque fluvium Bætim, qui maxime Oceani naturam erga fluxũ, refluxũq; declarat. Excreſcente enim pelago verſus fontes, ex quibus oritur fluvius fertur ſpiritu quodam ipſum depellente. *Hoc adeo verum eſt, ut latiſſimos, quos ab Hiſpali ad Oceanum uſque campos excurrit,* La mariſma *incolæ vernacula voce indigetent. Hinc Statius lib. 2. Silvar.* Anni. Romæ

Attollat refluos in Aſtra fontes
Grato nobilior Melite Bætis.

Sed hanc noſtræ Hiſpalis iniuriam alij acriori calamo vindicabunt, interim ſinamus Emeritam ampliſſimo illo honore uifrui: quam etiam elegantiſſimus Chriſtianorum Poetarum Prudentius in carmine de Sancta Eulalia extollit.

Nunc locus Emerita eſt tumulo
Clara Colonia Vettoniæ,
Quam memorabilis amnis Anas.
Præterit, & viridante rapax
Gurgite, mænia pulcra alluit.

e *Martyrol. Rom. 23. Novemb. Vſuardus, & Vaſæus Floſ. Sanctorum Hiſpan. Morales lib. 10. cap. 10. Padilla Cent. 4. cap. 14.*

Ega

Digitized by Google

Anni. Chriſ.

Ega tulit ex Oriente memoriam S. Catharinæ in Hiſpaniam.

Apud pacem Auguſtam [f] Anæ flumini appoſitam triumphus SS. martyrum Vincentij Orentij, [g] & aliorum: quorũ corpora miniſterio Angelorum ad urbem Ebredunum conſtiterunt, Pontio Paulino Pontifice divinitus admonito.

f Apud parem Auguſtam.) *Levi mendo. Corrige Pacem Auguſtam. Hodie* Badajoz.

g *Martyrol. Rom. 22. Ianua. Beda, Vſuardus, Ado, Padilla Cent 4. cap.* 18. (Pontio Paulino divinitus admonito.) *inter turbatam orationem ſentio. Quid enim nunc cum Pontio Paulino nõdum nato? Sed ita componere forſitam facile ſit.* (Triumphus Sanctorum martyrum Vincentij, Orentij, & aliorum, quorum corpora miniſterio Angelorum ad urbem Ebredunum conſtiterunt, Pontio Paulino Pontifice divinitus admonito.) *Id enim ſucceſſu temporis geſtum eſt. Hiſtoriam pete à Vincentio lib.* 12. *cap.* 38. *Padilla Cent.* 4. *c.* 18. *in fine. Marieta lib.* 2. *c.* 40.

In Sede Petri Caio ſuccedit Marcellinus, Marcellino Marcellus, Marcello Euſebius, Euſebio Melchiades, domo natalibuſq; Hiſpanus, genere vero Afer Melchiadi vero S. Sylveſter, ſub quo, Auguſto Conſtantino, felicitas, & Pax aurea [h] redijt Eccleſijs.

h *Euſebius hiſt. Eccleſ. lib.* 8. *c.* & 29. & *iterum lib.* 10.

Conſtan-

Anni Chriſ. 306. Conſtantius Clorus Auguſtus de Hiſpanijs quam optime meritus poſt decimum ſextum annum [i] Imperij in Britannia obijt. Anni. Romæ 1057.

i *Ita Euſebius. Eius ſe aſſeclam ubique Dexter profitetur. At Eutropius non niſi 13. annos in Imperio egiſſe contendit. Diaconus duodecim tribuit tantum lib.* 11. Obijt in Britania Eboraci Principatus anno duodecimo. *Quod, ut vero propius admittit Baron. tom. 1. Annal. ann. 306.*

Natalius Toletanus ſuccedit ſanctiſſimo confeſſori Melantio [l], qui ut illa ferebant tempora, multa paſſus eſt pro Eccleſiæ Catholicæ contra Hæreticos, & Gentiles defenſione.

l *Morales Melantium tertium Toletanum Pontificem facit, alij ſecundum, ex his quorum memoria intercidit. Natalius in eius Eccleſiæ Chronologijs interverſo ordine Paulato ſufectus reperitur.*

311. Concilium Toleti contrahitur [m] in defenſione Illiberitani. 1062.

m *Eius acta non extant, quod ſciam, licet multo plura quam typis mandata ſint, in antiquis membranis exarata ſe habere nō uno loco Baronius, & Ioannes Loaiſa teſtantur. Porrò hoc Concilium ſub Melchiade celebratum non temere ſuſpicor, ex ipſius epiſtola Marino, Leontio, & Benedicto Epiſcopis Hiſpanis reſcripta Kalend. Martij Voluſiano, & Rufino conſulibus, qui tamen non hoc anno* 311. *Conſulatum geſſerunt, ſed anno*

Digitized by Google

Anni Chriſ. *anno 314. de hoc Concilio Morales quaſi divinans agit, & Padilla Cent. 4. c. 40.*

S. Licerius Epiſcopus Carenſis, n vel Carinenſis in Hiſpania Ilerdæ celebratur, quo tranſlatus dicitur cum ſede.

n *De quo in tabulis Eccleſiæ Ilerdenſis, & in Martyrolog. Rom. 27. Aug. Marieta lib. 5. c. 89.*

Ab anno o 306. ſucceſſerat in Imperio gubernationeque Hiſpaniæ Cloro Cōſtantij patri Conſtantinus filius cognomento Magnus, ex Helena fœmina primaria Britanna.

o Ab anno 306. ſucceſsit in Imperio Conſtantinus.) *Euſebius hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 8. c: 26. & 29. & in vita Conſtantini c. 11. 12. 15. 16. Socrates lib. 1. c. 1. Diacon. lib. 11. Hiſtor. Miſcellæ, licet ut ad notat Boronius Cæſaris nomen tantum, non Aug. tunc præſumpſit. Conſule eum to. 3. Annal. hoc eodem anno.*

Britanna.) *Nicephorus lib. 7. cap. 18. Bythinam vult fuiſſe Helenam Conſtantini matrem: ſed ex Panegyrico ipſi dicto ab oratore Gallicano Britanna diſertis verbis pronuntiatur, cui conſentit Dexter.*

312 Hoc anno de Victo Maxentio tyrāno, p & ad Pontem Milvium in Tybri demerſo Conſtantinus Magnus mirabili Crucis ſigno ad monitus glorioſiſſime triumphat, maximaque tranquil- 1063.

litas

Digitized by Google

Anni. Romæ.

litas Eccleſijs efulſit: nam templa diruta edictis Imperatorum, curante præſertim Helena matre, & Oſio Cordubenſi Epiſcopo Hiſpano per totum terrarum orbem præſertim in Hiſpania prima omnium reſtituuntur, ut provincia, quæ primum viderat radios limpidiſsimæ lucis Evangelicæ, prima quoque beneficijs pacis, & fructibus gauderet.

p *Conſtantino, & Licinio Auguſtis iterum Conſulibus, qui eſt annus Chriſti 311. narrat Zoſimus lib. 2. Euſebius de vita Conſtant. lib. 2. & in hiſtor. lib. 10. cap. 1. & 7. Diaconus lib. 11.* (Et provincia.) *Corrige: ut provincia.*

316 Synodus Ancyrana [q] 24. Canonum: & etiam ſynodus Neocæſarienſis Canonum vero 12. [r] eodem tempore celebrantur. 1067

q *Sed anno 314. celebratam ſimul, & Neocæſarienſem volunt Baronius, & Spondanus eo anno.*

r *In Collectione Concilij huius 14. Canones nunc inveniuntur.*

317 Alexander [ſ] Epiſcopus Alexādrinus præeſt annis ſeptem. 1068.

ſ *Decimus octavus ab Euſebio numeratur in chronico. Is eſt, qui contra Arium egregie depugnavit, de quo Epiphanius*

 hæreſi

Digitized by Google

Anni Chriſ. 335 Mortuo Sylveſtro ſuccedit in Sede Petri S. Marcus, [c] & anno ſequenti ſuccedit S. Marco Iulius. [d] Anni Rom. 108

c *Priſci filius Nepotiano, & Facũdo Coſſ. anno Chriſti 336. Platina, & Ciaconius.*

d *Habet pro ſe Auctorem lib. de Rom. Pant. qui cum Dextro anno ſequenti Iulium creatum aſſerit. Quod tamen ſtare non poteſt. Nam Marcus à decimo ſexto Ianuarij per octo tantum menſes Pontificatum geſsit. Vt teſtatur Hieronym. in chron. Vnde neceſſe eſt eo anno Iulium Marco ſufectum fuiſſe.*

337 Hic annus luctuoſus, & calamitoſus fuit Reipub. Chriſtiane; nam 11. Kal. Iun. [e] Imper. Conſtantinus Pius Felix Auguſtus, veruſque religionis vindex [f] mortuus eſt Conſtantinopoli [g] tribus eius filijs ſucceſſoribus. 1088

e *Feliciano, & Titiano Coſſ. Socrates lib. 1. c. ultimo. Ex quo Dexter, nam Conſtantini mortem. 11. Kal. Iun. eveniſſe affirmat. Idem Diaconus lib. 11.*

f *Ambroſius in oratione fun. Theodoſij Aug. Gregorius epiſt. ad Mauric. Imp. quæ refertur in c. Sacerdotibus 11. q. 1. Oroſius, Eutropius, aliique de huius Principis pietate multa referunt.*

g *Imo in Nicomediæ viculo, aut ſuburbio. Euſebius lib. 4. de vit. Conſt. c. 61. Diaconu in hiſt. Miſcella lib. 11. ſed quod inde aurea capſula elatum corpus Conſtantinopolim, ubi ſepultum, ideo ibi mortuum dicit. Euſeb. lib. 4. c. 66. forſitamque ab Aurelio Victore locũ ſepulturæ hauſit, qui quidẽ mortis tacet. Corpus, inquit, ſepultũ in Bizãtio, Cõſtãtinopoli dicta.*

Salman.

Salmanticæ[h] in Vectonibus S. Iuvencus[i] Presbyter moritur, qui iuxta nonnullos interfuit Concilio Illiberitano.

h Ex Ptolemæo. Hodie Salamanca: arx Minervæ, orbis Chriſtiani eminentiſsimum Lycæum. Multa de hac florentiſsima urbe. Nonius in ſua Hiſpan.

i S. Iuventus.) *Leviter erratum: gravius in c. Sancta Romana 15. diſtinct. ubi legebatur:* Item Vincentij nihilominus laborioſum opus non ſpernimus, ſed miramur. *Itaq; reſtituendum* Iuvenci: *pro* Vincentij. *Ex Gelaſio Burchardo, & Ibone. Notatque Antonius Auguſtinus eo capite. Iuvenci meminere D. Hieronym. in Catal. ſcript. & in chron. anno 337. Morales lib. 10. c. 34. Baron. tom. 3. anno 337. Padilla Cent. 4. c. 45. Bellarminus de ſcrip. Eccleſ.*

Ablavius[l] Præfectus Prætorio, & multi alij ſunt occiſi.

l Ablanius Præfectus Prætorio.) *D. Hieronym. in chron. ubi etiam perperam ſcriptum Abladius. Sed nec in Dextro ſincere Ablanius: itaque Ablavius reſcribendum. Pila hic fortunæ dictus ab Eunapio in vita Philoſo. in Sopatro.*

344 Multæ Orientis civitates horribili terræmotu[m] conciderunt. 1097

m *Hieronymus in chronico:* Conſederunt: *ſed perperam. Oroſius eadem lib. 7. cap. 29. Sanctus Ephræm in oratione de terræmotu. Cum hæc ſcriberem anno 1624. ſexto Idus Martias paulo ante lucis exortum ſuccutientis terræ tremor terruit Hiſpalim, & Beticæ magnam partem, nec tamen nocuit.*

Titianus

Anni Chriſ. | Anni Romæ.

347 Titianus [n] vir eloquẽs præfecturam Prætorij tenens ad Gallias obijt. 1098.

n *Tiberius Fabius Titianus Præfectus urbis fuit A.V.C. 1091. Lucio Turcio Aproniano ſuffectus 8. Kal. Novemb. ut in faſtis. Meminit etiam Hieronymus in chronico.*

350 Magna quidem hoc anno facta fuit ſolis defectio. 1101.

Hieronymus in crhonico.

352 Natali Pontifici Toletano ſucceſsit Olympius vir pius, & doctiſsimus,[o] ad quem aliquoties ſcripſit Gregorius Nazianzenus.[p] 1103.

o *Merito doctiſsimus à doctiſsimo Aurelio Auguſtino laudatus Magno Præconio:* Olympius Hiſpanus Epiſcopus, vir Magnæ in Eccleſia, & in Chriſto gloriæ. *Citatq; eum in libro contra Iulianum c.3. & 7. & lib.2. c.10. lib.3. c.17. meminit Gennadius c.24.*

p *Scilicet epiſt.49. & 172. & inde alijs, licet ibi non Epiſcopus, ſed Præfectus nominetur; forſitan eo uſus munere ante Thraciæ Epiſcopatum.*

Hic fuerat prius Thraciæ Epiſcopus: relegatus in exilium venit in Hiſpanias, & fuit electus à Toletanis loco Natalis: qui editis libris [q] mire contra hæreticos ſui temporis pugnat.

q De

Digitized by Google

q *De fide contra Manichæos. Idem Gennadius ubi ſuprà. Cave tamen cum eo Olympio confundas, qui ſubſcripſit Concilio Toletano, quod primum vocant ſub Stiliconis Conſulatu. nam is qui inibi ſubſcribit Olympius ſecundus eſt eius nominis Toletanus Epiſcopus, ut etiam Dexter animadvertit.*

S. Oroſius, [r] Oroſij Tarraconenſis patruus Romæ floret.

r *Huius Oroſij eſt etiam hodie Romæ inſigne monumentum, teſtatum reliquit hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Princeps Baronius in notis ad Martyrol. Rom. 14. Auguſti:* Ad ſervantur (apud S. Euſebium) veneranda corpora ſanctorum Euſebij, Oroſij, atque Paulini, multæque aliorum martyrum reliquiæ.

Barcinone S. Severus [ſ] religionis cauſa ab Hæreticis Arrianis cum eam Sedem Sanctæ, pieque regeret, patitur.

ſ *De S. Severo Epiſcopo Barcinonenſi agit Martyrol. Rom. 6. Novemb. ſed an ſit hic, an de quo ſupra ad annum 306. merito dubitatur. Vaſſæus in chronico, Laurentius Padilla, Fl. ſ. Sanctorum Hiſpaniæ, Theſaurus concionatorum paſſum ſub Daciano Præſide Diocletiani ſcribunt. Ioannes Molanus in additionibus ad Vſuardum aſſerit hunc Severum unum fuiſſe ex his, qui leges Gothicas compilarunt, qui ab hæreticis Catalaoniam obtinentibus, clavo capite comfeſſo ob fidem Catholicam interemptus fuit. Sed temporis calculo deſtituitur, nam is qui leges Gothorum compilavit, floruit ad annum 633. nec tamen martyr perhibetur. Itaque tres Severos Epiſcopos Barcinonenſes neceſſario numeramus. Primus eſt qui ad an. 306. ſub Diocletiano paſſus. Secundus de quo hîc Dexter, qui nō ab Gētilibus, ſed ab Arrianæ perfidiæ miniſtris occiſſus. Tertius legum*

Anni. Chriſ. *legum Gothicarum compilator. qui pacifice diem ultimũ clauſit: de duobus Severis martyribus aperte Heleca in fragmentis*: Hoc tempore duo Severi Barcinonenſes Epiſcopi maryres cum gloria miroculorum, & ſignis clarere dicuntur. Senior ſub Diocletiano, alter ſub Conſtantino. Anni Romæ

S. Vincẽtius, & Lætus [t] nati patre Turibio Teletano cive, & matre Severa Aquenſi, vel Eborenſi prope Toletum in Carpetanis Gemelli [u] memoria mirabilium operum florent.

t *Martyrol. Rom. 1. Sept. quo die etiam Toletanũ Breviariũ. Julianus de his in chron.* Santi martyres Vincentius, & lætus nolentes ſacrificare Herculi Libyco, & alijs Hiſpanis Dijs, vel potius Dæmonibus, Libiſoſſæ prope populos Arenatum illuſtre martyrium ſubierunt. Nati Toleti patre Turibio Toletano, & Luna (*an Lucia*?) matre Aquenſi, vel Eborenſi in Carpetania patiuntur Kal. Septemb.

u *In Codicibus Archie. Hiſp. & Ioan. Pinedæ.* Gemelli. *Suſpicor ſcriptum fuiſſe*: Gemellæ. *Vt locum, in quo florebãt ſignaret Auguſtam Gemellam in Baſtetanis. Invenio etiam in concilij Iliberitani ſubſcriptionibus.* Leo à Gemella. *Poſſet quis Gemellos, id eſt, uno partu editos intelligere. Sed reſiſtit altior illa litera, qua notantur. Tu maturiori iudicio penſitato, benignæ lector.*

353 Iulio defuncto ſuccedit in Sede Petri. S. Liberius. [x] 1104

x *Conſtantio Auguſto quintum, & Gallo Cæſare Coſ. hoc eodem anno 352. Platina, Ciaconius.*

Gratia-

Digitized by Google

Anni Christi. Anni à Roma.

Gratianus [y] Epiſcopus Carthaginenſis Hiſpaniæ natus Bagæ prope Carthaginem (quæ dicta Thiar eſt [z] quondam) conſecrat Libyſſoſtæ templum SS. Vincétij, & Læti martyrum ibidem paſſorum.

y *Meminit Iulianus in chron. ann. 350.*
x *Thiar. ab Antonino, inter Illicem & Carthaginem collocatur.*

Mantuæ Carpetanorum [a] eſt in pretio Anaſtaſius Presbyter, Placidus, Geneſius, & ſocij, qui poſtea ſub Iuliano paſsi ſunt pro Chriſti fide illuſtre ſimul ibidem martyrium.

a *Alij* Madrid, *alij* Villamanta *hodie aſſeverant.*

356 Oſius ſcribit ad Conſtantium Auguſtum [b] literas liberas. 1107.

b *D. Athanaſius in epiſt. ad ſolit. vit. agentes. Baron. to. 3. anno. 355. num. 63. quamque liberæ fuerint epiſtolæ magni illius viri, ab ipſo diſce, partem enim illarum, ut gemmam precioſiſsimam apponam.* De ſine quæſo, & memineris mortalem eſſe: reformida diem iudicij: ſerva te in illum diẽ purum: ne temiſceas Eccleſiaſticis, neque nobis in hoc genere præcipe, ſed potius ea à nobis diſce. Tibi Deus Imperium commiſsit, nobis quæ ſunt Eccleſiæ concredidit? *Vbi nũc eſtis Oſij, ubi Eccleſiaſticæ libertatis vindices? qui tam libere Principum ſuperbos faſtus retundere audeatis.*

Digitized by Google

Olympio viro celeberrimo, & ſanctiſsimo, qui fidei cauſa multos, & incredibiles labores paſſus eſt (nam etiam Toleti exulaverat Epiſcopus) ſuccedit in ea Sede Gregorius, vir ſanctus, qui interfuit Concilio Ariminenſi, [c] & valde contradixit Vrſacio, & Valenti: exulat fidei cauſa Minoricæ: mittit ad illũ gratulatorias literas Euſebius Vercellenſis commorantem ſihigniæ oppido in Carpetanis, quod Toleto diſtat via Complutenſi 24. M. P. Ad quem frequentes etiam mittit literas Hilarius Epiſcopus Pictavienſis.

c *De eo Iulianus in chronico anno* 360. Olympio ſanctiſsime defuncto ſuccedit Gregorius vir egregij ſpiritus, ad quem ſcribit Euſebius confeſſor Epiſcopus Vercellẽſis. Hic Gregorius fortiter reſtitit Oſio iam præ ſenio fatiſcenti.

Mittit ad illum gratulatorias epiſtolas.) *Habentur in fragmentis D. Hilarij lib. 2. pag. 4. & 5. & apud Baronium tom. 3.*

Celebris habetur memoria S. Olympij apud Toletanos, qui anno 345. interfuit Concilio Cordubenſi [d] in cauſa Athanaſij, quo frequentes Epiſcopi cõfluxerunt ex Hiſpania, Gallia, Italia, Germaniaque, inter alios præter Olympium,

Anni. Chriſt. piuni, Coſtus Cæſarauguſtanus, Marcellus Caſtulonenſis, Florentius Emeritenſis. Prætextatus Barcinonenſis, Idacius Eborenſis, & alij numero centum. Qui omnes Athanaſium abſolverunt. Anni. Romæ

d *Concilij huius Cordubenſis in cauſa Athanaſij nullibi ab Auctoribus commemorati anxia diſceptatio diutius me ancipitem tenuit, inque eam aliquando ſententiam proſilire compulerat, ut Sardicenſi ſcriptum fuiſſe, reijciendamque illam adulterinam voculam* Cordubenſi *putaverim, cum ex ſimilitudine literarum id frequentius emergat: atque ita Murillum in libro* de la fundacion de nueſtra Señora del Pilar de Zaragoça *ſentire video. Re tamen altius perpenſa, temere aliquid mutare religioſum fuit. Arcuit etiã Iuliani Petri auctoritas, qui idem Concilium Cordubenſe in Athanaſij cauſa initum commemorat hiſce verbis.* Cordubæ, quæ civitas primaria eſt, Concilium habetur in defenſionem Athanaſij, cui ipſe præfuit Oſius. Cui interfuit Natalis Toletanus, Idacius Braccarenſis, Gratianus Carthaginis Spartariæ. Adeo datus Hiſpalenſis, & alij multi Antiſtites. In hoc abſolutus eſt à calumnijs S. Athanaſius *quãquam in hoc Auctore, perverſis forte numeris, ad annum* 350. *ſitum invenio; quod omnino conſtare non poteſt: tamen ab eo pro noſtro inſtituto habemus Cordubæ hoc Concilium in Athanaſij cauſa celebratum. Sed & id quaſi per nebulam elici videtur ex ipſius Oſij epiſtolis ad Conſtantium Auguſtum, quæ habẽtur in D. Athanaſij Epiſtola ad ſolit. vit. agent. & Baro. to. 3. anno* 354. *nu.* 63. *ubi hoc ſcriptum:* Ego neque Arianis aſſideo, neque ſuffragor, ſed eorum hæreſim anathemate damno: neque in Athanaſium accuſationibus ſubſcribo, quem *ET NOS, ET ROMANA ECCLE-*

Ii *SIA,*

Anni Christ. SIA, ET VNIVERSA SYNODVS innocentem pronuntiavit. *Neq; enim diceret à ſe abſolutum Athanaſium, niſi id peculiari ratione ad eum pertinuiſſet, neque in aliena iuriſdictione per ſe poterat.* Anni Romi

Sed ut id veriſsimilius faciamus, ab ovo, ut dicitur, omnes Athanaſij abſolutiones poſt Concilium Nicenum recenſendæ ſunt. Prima fuit cum exul in Gallia annos duos egiſſet, & menſes quatuor, ut teſtatur Theodoretus lib. 2. c. 2. Cum à Conſtantino Imperatore ad ſuam Eccleſiam abſolutus miſſus eſt: Sozomenus lib. 3. c. 2. Socrates lib. 2. c. 2. quod geſtum Vrſo atq; Polemio Conſulibus anno Chriſti 338.

Iterum ab Euſebianis abſolutio Athanaſij in controverſiã vocata, quod non fuiſſet ſecundum Canones, in dicta eſt à Iulio Romano Pontifice Synodus Romæ anno 340. ad quam ab Alexandria illico Athanaſius advolavit, tergiverſantibus Euſebianis. Eo anno Athanaſius ſymbolum fidei ſuæ, id eſt, Catholicæ, Romæ compoſuit.

Anno 341. Euſebiani in Conciliabulo Antiocheno Athanaſium damnant.

Synodus Romana ſub Iulio abſolutum legitime in ſuam Eccleſiam Alexandrinam reſtituit.

Anno 342. ab Alexandria per vim à Gregorio hæretico pulſus iterum Romam confugit, ubi iterum Concilium, à quo Iulianæ literæ Athanaſium abſolventes, Euſebianorumque inſidias detegentes emanarunt.

Anno 344. Concilium ſecundum Antiochenum ab Euſebianis congregatum, ex quo literæ ad Occidentales Epiſcopos, inſerta fidei incertæ formula, miſſæ: ab ipſis tamẽ Occidentalibus Epiſcopis repulſæ ſunt reſpondentibus: ſe præter Nicenam fidem nihil amplius velle curioſius inquirere. Hæc habent Socrates lib. 2. c. 13. 15. 16. Sozomenus lib. 3. c. 9. & 11. fuſius Athanaſius de Synodis. Ex quo coniectamus ab Epiſcopis in Hiſpania coactum Concilium eo, vel ſequenti anno, in quo epiſtolæ illæ Orientalium Epiſcoporum Hiſpanis intimarentur,

Anni Chriſ. *tur, & ab eis in unum congregatis ſuffragia pro more exquirerentur; neque enim rei dignitati conſentaneum erat aliter fieri, nec commode uniuſcuiuſque conſenſus ſeorſim haberi poterat. Rurſus, & ad Oſium Cordubenſem omnes convolaſſe patres, tamquam ad Synodorum Principem, vero propius mihi eſt. His accedit, quia* olim fiebant Concilia particularia in ſingulis provincijs, & etiam Romæ: deinde res finitæ illis Concilijs particularibus iterum tractatabantur in Concilio generali, & tunc dabatur ultima, & diffinitiva ſententia. *Ita Bellarminus de Concil. auctoritat. lib. 2. c. 19. qui mos valde ad noſtram tollendã caliginem facem illuſtrem præfert. Eo enim anno 345. indictum eſt à Iulio Romano Pontifice generale Concilium Sardicenſe, abſolutumque eſt anno 347. In eoque œcumenico Concilio iterum Athanaſius abſolutus eſt. Hinc Iuliani error, ſive is ſcripturæ depravatæ in eo ſit, Concilium Cordubenſe ad annum 350. traijcientis, cum abſonum eſſet, Athanaſium abſolutum ab œcumenico Concilio iterum à provinciali abſolvi: potiuſque Dextro credendũ, qui Cordubenſe Concilium ad annum 344. coactum aſſerit, id ſiquidem præceſſit illud generale Concilium Sardicenſe iuxta priſcum Eccleſiæ morem.* Anni Romæ

e *Quare ergo Olympio viro ſanctiſſimo, & doctiſſimo ſua ſedes Toletana non aſsignatur, cum omnibus propria non taceatur? conſultiſſime id, ut & cetera Dexter. Nimirum ea ratione, quia anno 343. nec dum Natalis Epiſcopus Toletanus deceſſerat, imo ad annum 352. vixit, à quo Olympius eius ſedis Præſul fuit, atque ita Iulianus Natalem Toletanum Cõcilio Cordubenſi interfuiſſe aſſerit. Cum igitur Olympius non eſſet tunc Toletanus Epiſcopus, ſed exularet in Hiſpania, ſedes eius ſub ſilentio præteritur à Dextro, idque merito.*

Senticæ[f] in Hiſpania Baudelius; Iulia, & alij martyres,[g] qui in alijs perſecutionibus paſsi in Hiſpania coluntur.

f *Ptole-*

Anni Chriſ. | Anni Rom.

f *Ptolemæo Vaceorum urbs hodie* Zamora, *ut pluribus placet, nec deſunt, qui Numantiam vocitatam autument Zamoram, quibus minime aſſentiar, ſi illam populi Romani formidinem, intelligant, à Gneio Scipione vaſtatam.*

g *De Baudelio Nemauſi in Gallia paſſo agit Martyrolog. Rom. 20. Maij, Petrus in Catalogo lib. 5. c. 24. Gregor. Turon. de Gloria martyrum c. 78. de Iulia non aperit an ſit Cæſaraugustana, Emeritenſis, vel Vliſipponenſis, fuerunt enim plures ſub hoc nomine in Hiſpania.*

360 Gregorius Toletanus Epiſcopus cōmunicat res ſuas cum B. Hilario Pictavienſi Epiſcopo, & dum exulat ille, Audentius Archidiaconus, Toletanuſque civis res Eccleſiaſticas, Gregorio abſente, mirabiliter adminiſtrat. IIII.

Oſius centenario maior longe, ſanctè, pieque decedit, [h] in ſuoque teſtamento profitetur fidem Concilij Niceni, docetque nunquam ſibi propoſitū fuiſſe, vel latum, quod aiunt, unguem, ab eo diſcedere, nec minis, nec pollicitationibus.

h *Prima pro venerabili Epiſcopo Oſio propugnationis caſtra duxit. S. Athanaſius in epiſtol. ad ſolit. vitam agentes.* Aegre, *inquit*, cum Vrſatio, & Valente communicavit, ſed tamen, ut contra Athanaſium non ſubſcriberet. Verum ne ita quidem illam rem pro levi habuit, moriturus enim quaſi in teſtamento ſuo eorum vim pro teſtatus eſt. Et Arianā hæreſim condemnavit, vetuitque

eam

eam à quocumque probari, & recipi. *Secunda tulit Augustinus in epiſtola Parmenij c. 4.* Si tamen Oſius ab Hiſpanis damnatus, à Gallis eſt abſolutus. Sic fieri potuiſſe in falſis criminationibus, ut Hiſpani decepti, & callida inſidiarum fraude circumventi contra innocentem ferrent ſententiam. Et poſteà pacifice in humilitate Chriſtiana cederent ſententiæ collegarum, quibus illius innocentia comprobata eſt. *Auctor (qui Iſidorus ſaltim in hac falſo aſſeritur) tradit Oſium hæreſi perſiſtentem ad Gregorij Illiberitani preces Deo fuſſas repente ore verſo de ſede in terram illiſum expiraſſe. Sed nec eius teſtificatio præferenda eſt ſanctiſſimis Eccleſiæ patribus, qui eodem tempore vitæ, & obitus Oſij fuere ſuperſtites; forſitamque ab ſcriptis Marcellini ſchiſmatici cænoſis, ac turbidis hauſit, aut Iſidori poſt eius mortem ab homine hæretico operibus inſertum eſt, nam & D. Hilarius de Synodo ſignificat:* Oſium divino iudicio reſervatum eſſe poſt dira hæreticorum tormenta, quibus tunc imparceſsit, ut iudicio humano non ignoraretur, qualis ante vixiſſet. *Nec parvam a Dextro veritas habet firmitatem, qui quaſi ex compoſito fraudem Oſio factam apud D. Iſidorum, detegit. Nam Gregorius Illiberitanus nec dum infulis Epiſcopatus decoratus erat, & eo tempore, quo Oſius mortuus eſt, Illiberitanam ſedem tenebat Auguſtalis ad annum ſcilicet 360, aut circiter, quo tempore Gregorius laicus Præfecturam Prætorij Galliæ adminiſtrabat. Poſt quæ ad annum 380. ad ſedem Illiberitanam aſſumptus eſt, ut ex hoc chronico liquet, Oſio iam ab annis 20. aut plus de mortuo. Favet etiam Iulianus in chronico, qui anno 360. hæc ait.* Facto Cothqlico teſtamento ſancte, pieque deceſsit Oſius Cordubæ: qui metu crudeliſsimorum verberum, quæ pertulit, communicavit cum Arianis. Non quod ipſe vel eorum fidei aſſenſum dederit, nec in condemnatio. nem ſancti Pontificis Atanaſij. *Itaque immerito in apertam hæreſis criminationem, & infelicem exitum vocatur hæreti-*

Anni, Roma

Anni Chriſ. *hæreticorum terror Oſius, quem ab illis priſcis ſæculis tuentur D. Athanaſius, D. Auguſtinus, D. Hilarius, Flavius Lucius Dexter, Iulianus Petri, & ævo noſtro Baronius, Spondanus, Ferdinandus Mendoça, Bernardus Aldretius, Padilla, Gordonus, & alij doctiſsimi, integerrimique iudicij viri. Hoc etiam anno, qui à Dextro aſsignatur obijſſe Oſium, coniectat & Baronius tom. 3. anno 357. num. 38.*

Carthagine Spartaria, durante imimpijſsima Iuliani perſecutione Donatus martyr Hiſpanus [i] ad quem ſcripſit Lactantius librum de Ira Dei ſub iudice Veranio *[l] patitur.

i *Extat inter eius opera liber de Ira Dei ad Donatum. Agiturque de S. Donato martyre 1. Martij in Martyrolog. Rom. miror tamen ibi perſecutione VVandalica interemptum affirmari, cum Victor, qui illam accuratiſsime delineavit, nihil de Donati martyrio ſcripſerit, nec ſi tunc paſſus eſſet, ignorare potuerit. Vnde Dextro potius fidem accommodo, qui in Iuliani perſecutione triumphum martyrij reportaſſe aſſerit.*

l *Neceſſario addendum:* patitur. *Hiat enim oratio.*

Tarracone in Hiſpania citeriori Criſpulus martyr, & alij.

Criſpulus martyr, & alij.) *Suſpicor eundem eſſe Criſpulum, de quo agitur 10. Iunij, facit Padilla Cent. 4. c. 31.*

Maxima Virgo [m] Caurienſis ex opido Tanagri [n] Romæ patitur.

m *Maximam Romæ paſſam lego, ſed ſub Diocletiano, aliam*

Digitized by Google

Anni. Romæ

ali… Vlyſsippone, & alibi plures, nullam tamen in hac Diocletiani perſecutione.

B Caurienſis ex oppido Tanagri.) *Videtur ſecum pugnare, ſi enim ex oppido Tanagro; non utique Caurienſis. Sed more Romano eadem virgo Maxima, & Tanagrenſis, & Caurienſis potuit merito vocari. Quæ ſcilicet habuit ortum ex Tanagro oppido, vel vico Caurienſi civitati contributo. Hinc Vlpianus in l. 30. D. ad Municip. & de incolis.* Qui ex vico eſt ortus eam patriam intelligitur habere, cui reipublicæ reſpondet. *Duas poteſt quis habere patrias. Labeo & Vlpianus dixerunt in l. 5 & 6. D. ad Municip. Prior dixerat Cicero 2. de legibus ſub initium.* Ego me hercule, & illis, & omnibus duas eſſe cenſeo patrias: unam naturæ, alteram civitatis: alteram loci patriam: alteram iuris. *Pulchre Auſonius de Burdigala.*

Vtque caput mundi Roma inclyta, ſic capite iſto
Burdigala ancipiti confirmat vertice ſedem.
Hæc patria eſt, ſed Roma ſupervenit omnes.
Diligo Burdigalam. Romam colo. civis in illa.
Conſul in ambabus, cunæ hic, ibi ſella curulis.

Lapis priſcus Hiſpali in via ſerpentina.

Q. FABIVS. Q. F. QVIRINA.
FABIANVS. ILLVRCONENSIS
IDEM. PATRICIENSIS. AN.
XXXIIII. IVST. IN. SVIS. H. S. E.
S. T. T. L.

Quæ lubens moneo: nequis diverſas in martyribus patrias, ſæpe in Martyrologijs legens miretur. Id enim in uno, & eodem

 martyre

Anni. Chriſ. *martyre vere adſeri poterit. Poteſt enim originem alibi habere, alibi civitatem, alibi martyrium, alibi etiam humatum corpus, in quibus omnibus locis de eo merito fit, indigeſque omnium illorum locorum ſimul iure nominari, colique poteſt.*

Caracæ [o] in Carpetanis Perſeveranda [p] virgo Deo devota.

o *Agnoſcitur à Ptolemæo hoc eodem Carpetaniæ tractu. Antonini Arriaca putatur à Barreiros in Chorographia. Hodie* Guadalajara *punico nomine urbs nobilis.*

p *Martyrolog. Roman. 26. Iunij, & ea die Vſuardus, & recentiores.*

Veroviſcæ [q] in Hiſpania S. Maria Ancilla [r] virgo.

q *Brigecium Ptolemæo. Hodie* Bribieſca. *Quamvis aliter viſum ſit Taraphæ, & Ortelio.*

r *Colitur, vel in pretio eſt: aut quid ſimile. Nam ipſa ſub Hadriano Imp. diris verberibus afflicta, equlei extenſione & ungularum laceratione martyrium compleverat. Ita Martyrolog. Rom. 1. Novemb. Beda, Vſuardus, & alij ea die, & Vincentius lib. 11. c. 86.*

Capparæ in Vettonia [ſ] SS. martyres Felix, Fortunatuſque [t] coluntur.

ſ Caparæ in Beltonia.) *Repoſui Vettonia, ex antiquis lapidibus.*

t *26. Februarij, ſuntque plures cognomines. Martyr. Rom. Vſuardus, & alij.*

Toleti

[..]ni. [..]ſ. Toleti floret Laude pietatis, & ingenij Vincentius Cordubenſis. Anni. Romæ

364 Iovianus [u] Catholicus Imperator ſufficitur Iuliano apoſtatæ. 1111.

u Bobinius Catholicus Imp. ſufficitur Iuliano apoſtatæ.) *Fœda nominis Auguſti huius ignorantio, atque detorſio ab imperito exſcripta, & corrupta. Repoſui: Iouianus, ab hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptor.*

Synodus Illyricana [x] circiter eodem tempore coacta.

x Synodus Illiciana circiter eodem tempore coacta eſt.) *Repoſui illyricana, quæ ſub hoc tempus celebrata. Ex Theodoreto lib. 4. c. 8. Suzomeno lib. 6. c. 12.*

366 Gregorio ſuccedit in ſede Toletana prima Audentius [y] natus Toleti, oriundus Siſinia [z] oppido in Carpetanis Toleto 24. M. P. vir eximiæ ſanctitis, & laude acrioris ingenij, ac iudicij contra hæreticos omnes florens. 1117.

y *Miror hoc à Vaſſæo ignoratum, cum à S. Ildefonſo Audentio Auſturium ſuffectum legere potuerit. De vir. Ill.* c. 2. Aſturius poſt Audentium in Toletana urbe ſedis metropolis provinciæ Carthaginis Pontifex ſucceſſu obvenit vir egregius, &c. *Quoad Gregorij mortem, eodem anno contigiſſe aſſerit Iulianus in chronico.* Hoc anno 366. 10. Kal. Iul. Pontifex Toletanus Gregorius Toleti Sancte moritur.

Digitized by Google

Anni Chriſ. | Anni Rom.

z Natus Toleti oriundus Hiſpania Siſinnia oppido Carpetanis.) *Mira in cogitantia. Non oriundus ex Hiſpania dicitur, qui Toleti natus eſt, ſed ortus. At in Cod. Arch. & Pin. vox Hiſpania deeſt. Ex quibus emendavimus.*

Relatus eſt S. Gregorius a Toletanus Amphitriæ, nunc Fita, Toletum, & in Hiſpania inter Divos eſt relatus 20. die Decembris.

a *Anne is Gregorius Pontifex Toletanus de quo nuper Toleti obiiſſe audivimus? non credam. Imo neque Gregorium debere ſcribi, ſed Liberatum. Id ita conſtituo: Gregorius Toleti mortuus eſt, nec tamen Amphitriam elatum ſcimus. Cur ergo eodem anno iterum ab Amphitria Toletum refertur? præterea eo die 20. Decemb. in Martyrologiis Gregorium non invenio, invenio tamen Liberatum ex Amphitria apud Vſuardum, Molanum, & Equilinum lib. 11. c. 17. Sed nec propterea vim literæ facio. Potuit enim Liberatus Gregorius etiam appellari, ut mos priſcis illis ſeculis. Et ita D. Auguſtinus, Aurelius, Tertullianus, Septimius Clemens, Prudentius Aurelius, Sedulius, Cælius, Cyprianus, Cæcilius dicti ſunt, & fere cæteri omnes, idque lippis, & tonſoribus notum. Hunc Gregorium anno 94. Epiſcopum Complutenſem fuiſſe aſſeverat idem Dexter.*

S. Paulus Oroſius ſenior decedit Romæ: eius ex uxore filius Paulus Oroſius Carthagine mortuus Romam delatus eſt.

Liberio ſuccedit Damaſus ex Man-

tua

tua Carpetanorum: alij faciunt ex Igeditana ᵇ Luſitanum: alij Tarraconenſem. Anni. Romæ

b *Vide opinionum diſcrepantiam inde ab illo ortam ſeculo, nec tamen iſta compoſita eſt, ſed ſub iudice; Nam Reſendius in epiſtola ad Quebedium Vimarenſem facit. Cum quo Vaſſæus in crhon, ſed Panvinus in lib. de Rom. Pont. hæc ait.* Damaſus Antonij filius Egitanenſis Luſitanus Hiſpanus.

368 Frequentes in Hiſpania paſsim Synodi ᶜ dicuntur collectæ: maxime vero coguntur Toleti, & Variæ ᵈ prope * Trucum. 1119.

c *Id ex epiſtola D. Athanaſij ad Epitectum Epiſcopum Corinthiorum dicitur, affirmatque Morales lib. 12. c. 7.*

d *Varia Beronum urbs Ptolemæo, & Straboni ad Iberi fluminis traiectum, hodie* Logroño, *ut placet Morali. Quæ tamen Trucus ſit, non capio. Niſi Tritium reponendum eorum locorũ metator aliquis cenſuerit ex Ptolemæo, qui μετάλλον τρίτιον oppidum Beronum conſtituit, quod valde arridet.*

Audentius Epiſcopus Toletanus ad quem ſcribit S. Baſilius editis libris pugnat contra Arianos, & Photinianos.

Chorcheiæ ᵉ in Hiſpania floret Marcius Poeta ᶠ Lyricus.

e *An* Carthera, *vel* Carteſſa? *non enim Corcheiam reperio.*

f Marcus Poeta Lyricus.) *Forte is eſt Marrocianus de quo*

Anni Chriſ. *quo D. Hieronym. in Catal.* Matronianus provinciæ Hiſpaniæ, valde eruditus, & in metrico opere veteribus comparandus. *Is eo ipſo tempore floret.*

Contra Iulianum Apoſtatam ſcribunt [g] pluſquam ſexaginta Doctores ſapientiſsimi, eloquentiſsimi nimis Catholici.

h *SS. Gregorius Nazianzenus, Hieronymus, Auguſtinus, & alij, quorum opera extant. Alia interciderunt.*

h *Nimis: id eſt valde: Catullus in Epithal. Manlij.*

O nimis optato ſæculorum tempore nati.

Claudianus. O nimium Dileſte Deo, cui militat æther.

369 Synodus Romana [i] collecta contra hæreticos Arianos. 1120.

i *Contra Auxentium à Damaſo congregata ex vita S. Philiaſtrij à Gaudentio conſcripta apud Surium* 10. *Iulij. Baronio, & alijs hoc anno.*

Ambroſius ex iudice fit Epiſcopus [l] Mediolanenſis.

l *Hoc anno fit iudex, Epiſcopus tamen non eodem, ſed mortuo Auxentio hæretico, cui ſuffectus eſt anno* 374. *quamvis Hieronymus in chron. anno* 378. *Id contigiſſe ſcribat, mendoſe, ut puto, notariorum incuria, nam hæc Ambroſij in Epiſcopum inauguratio facta perhibetur Gratiano Aug. III. & Equitio Conſulibus, qui anno* 374. *Conſulatum geſſerunt, ſi Chronologis adhibenda fides.*

Collegia

Digitized by Google

370 Collegia iuvenum [m] ad Clericatum educandorum negligentiá temporum intermiſſa, diligentia ſancti Præſulis Audentij Toletani, & aliorum Pontificum redintegrantur.

m *Eadem Concil. Tolet. 4. Can. 23. Lateran. ſub Leone 10. Seß. de reformatione Curiæ. Concil. Trident. Seß. 23. c. 18. de reformat. Concil. Aquiſgran. Can. 135.*

Gregorius Nazianzenus acriter contra hæreticos [n] depugnat.

n *Adverſus Eunomium, & adverſus Maximum, & Iulianum Apoſtatam: Hieronym. in Catal.*

Aſturius natus in Carpetania Villaſica, adoleſcentulus floret in Eccleſia Toletana laude pietatis, & ingenij.

Aquilius Severus domo Toletanus ex genere alterius Aquilij Severi, [o] ad quem Lactantius nuncupavit volumen epiſtolarum, hoc tempore magno in pretio habetur.

o *Eadem fere Hieronym. in Catal. vir. illuſt. ait.* Aquilius Severus in Hiſpania de genere illius Severi, ad quem Lanctantij duo epiſtolarum ſcribuntur libri: compoſuit volumen odœporicon totius ſuæ vitæ ſtatum continens.

Valen-

Anni. Chriſ. 375 Valentinianus Imperator Catholicus, & vir pius obijt, p cui in Imperio ſuccedit filius eius Gratianus. q Anni Romæ 1126

p Ammianus lib. 30. D. Hieronym. epiſt. 3. ad Heliod.

q Qui tamen ab anno 367 Lupicino, & Flavio Iovino Conſulibus Auguſtus à patre Valentiniano creatus fuerat, ut ex Socrate lib. 4. cap. 10. & lib. 11. de pœnis in Codice Theodoſiano elicitur.

Adelphius r Rhetoricæ Præceptor Caracenſibus s datus in Hiſpania literarum, ingenij, & eloquentiæ laude clarus.

r Eundem eſſe cum eo, qui à Proſpero in chron. vocatur Delphidius, & à Severo Sulpicio in hiſt. lib. 2. Elpidius, palam eſt ex Priſcilliani dogmate, uxoriſq; Eucrotiæ nomine. Iulian. etiam in chron. vocat Elpidium.

ſ Caracenſibus.) in Cod. Pin. Caracenſibus. Suſpicor ſcribendum: Carenſibus, vel Caracenſibus natus.

Veſania Gnoſticorum t à Marci diſcipulis in Hiſpania pullulantium Priſcillianum virum nobilem, in Gallæcia natum, Hiſpaniaſque ſimul invaſit, ille que fuit fax generi ſuæ, & patriæ civibus, ac vicinis, acri vir ingenio.

t Hæc omnia fuſius requires in Severo lib. hiſt. lib. 2. à quo Priſcillianus nobilis, & eruditus, facundus, dives multiſque animi, & corporis dotibus clarus deſcribitur, ſed tamen vaniſsimus,

. niſſimus, magiciſq; artibus ab adoleſcentia deditus, tum etiam Anni.
. à Marci diſcipulis eluſus in nocentiſſimum Hæreſiarcham Romæ
evaſit. Lucas Tudenſis in chron. c. 54.

Floret Fl. Prudentius [u] patre Cæſaraugustano, matre Calagurritana, [x] natus Sallea Conſule [y] Cæſaraugustæ,

Aſturius cognomento Serranus fit lector ab Audentio Toletano.

u Floret. Fl. Prudentius.) *Etſi Longobardorum Reges, multique poſt Veſpaſianos nobiles viri, ac urbes, Flavij prænomine nobilitari, ac clariores fieri voluerunt, idq; Paulus Diaconus lib. 3. & paſſim multa exempla nos docent, tamen Prudentium aliàs nobilem, ac illuſtrem virum, tum genere, tum ingenio, eo uſum nuſquam legi. Eius cognominis, nominis, ac prænominis integra ſcriptura hæc eſt. Aurelius Prudentius Clemens. Teſtantur Theodorus Pulmanus, ac Victor Giſſelinus, qui ex decem veterum Codicum exemplaribus opera ediderunt. Fuit enim vir clariſſimus, & tamen in aliquibus libris vir Conſularis perhibetur, quod à Victore Giſſelino negatur. Ideo mihi ſuſpectæ ſunt notæ Fl. at ſi V. C. magis aſſentiremur, quibus vir clariſſimus merito notaretur.*

x *Ille ipſe in Periſtephano hym. 18. M M.*

Noſtra geſtabit Calagurris ambos
Quos veneramur.

Et paulo poſt.

Hunc novum noſtra titulum fruendum
Cæſaraugusta dedit ipſe Chriſtus.

Fatetur itaque, & Calagurrim, & Cæſaraugustam ſuas eſſe ab utriuſque parentis Origene, cum in omnium opinione poſitum ſit, natum eſſe Cæſaraugustæ, in quo Martinus Carrillus merito refellit Petrum Mantuanum ad populos Selinos relegantem Prudentij patriam.

LI y *Anno*

Anni Christ. y. *Anno 348 Flavio Philippo, & Flavio Sallea, ut ex antiquo lapide, Conſulibus. Nec audiendus eſt Aldus Romanus qui Maſaliam Conſulem confinxit deceptus ſcripturæ depravatione, quam primus emendavit Andreas Reſendius, ut teſtatur Vaſſæus anno 351.* Anni Romæ

Gulphilas Gothus [z] literarum Gothicarum invẽtor Epiſcopus nomine doctrinæ, ingenijque valde laudatur.

z *Iſidorus in chron. æra 415. ubi* Galfilas *ſcriptum. Rudericus Ximinez* Guidilam *vocat lib. 2. cap. 1. Ado* Vlfilam. *Sunt qui* Gulphiam. *De eo etiam Lucas Tudenſis in chronic. 52.*

182 382. Lampadius olim Præfectus urbis, [a] venies in Hiſpanias, vir probus, & doctus, fit Epiſcopus Oretanus. [b] 1135.

a *Vrbis præfecturam Lampadius geſsit anno 366. Gratiano, & Dagalaipho Conſulibus. Is fuit qui expenſas ludorum in pauperes Vaticano degentes erogari iuſsit, quam ob cauſam plebem in ſe concitavit, ita ut parum abfuerit quin domum eius combuſſerit, de quo Ammian. Marcel. lib. 20. homo paganus, quique etiam aculeum in S. Damaſum exacuit, hæc ſcripſit.* Advenit poſt hunc urbis moderator Lampadius ex Præfecto Prætorio, homo indignanter admodum ſubſtinens: ſi etiam cum ſpueret, nõ laudaretur, ut id quoq; prudenter præter alios faciens, ſed non nũquã ſeverus, & frugi. Hic cum magnificos Prætor ederet ludos, & uberrime largiretur plebis nequiens tolerare tumultũ, indignis ſæpe donari, multa urgẽtis, ut liberalẽ ſe, & multitudinis oſtenderet contemptorem, accitos, à Vaticano quoſdã egentes opibus ditaverat magnis.

b. Eam

[illegible] b *Eum in albo Oretanorum Epiſcoporum non invenio, ſubſcribit tamen Concil. primo Toletano, ut putatur, Lampadius, & iterum Lampadius alter abſque ſedium ſuarum nominibus.* Anni. Romæ

Dracontius[c] & Adelphius Epiſcopi in Hiſpania Exulant.

c Draconius.) *Ab D. Iſidoro de ſcript. Eccleſiaſt. c. 24. vocatur Dracōtius, eidemque ſcribit Athanaſius epiſtolam. Eius opera extant in Bibliotheca Vet. Pat.*

Iuſto alteri Epiſcopo Viſenſi[d] ſcribit S. Ambroſius.

d *Plures ſunt Epiſcopi in Hiſpania hoc nomine, nullum tamen, quod ſciam, hoc tempore ab Hiſtoriographis, aut Chronologis proditur; nec etiam in albo Viſenſium Epiſcoporum Iuſtus reperitur.*

Viſenſi.) *Andreas Baccius in ſuo de balneis opere ait, Viſſeo oppidum Vicum aquarum ab Antonino vocari. Errare tamen eum Ortelius aſſerit.*

Cremato ad Helenam * vrbē Galliæ Valente[e] Imperatore hæretico, Gratianus facit Imperij conſortem Teheodoſium[f] admirabilis Teheodoſij filium, virum pium Italicæ[g] in Bætica natum.

e *In Thracia contendit hæc geſta Iornandes de Regnor. ſucceſſ. & Diaconus lib. 17. hiſt. Miſcellæ. qui enim apud Helenam occiſus, non Valens, ſed Conſtans fuit, ipſe Diac. lib. 11.* Ea re cognita Conſtans fugere conatus apud Helenam

Anni Chriſ. oppidum Pyrennæo proximum, nõ longe ab Hiſpanijs Agaiſone cum lectiſsimis miſſo interficitur.

f *Non hoc anno ſed 379. Auſonio Gallo & Olibrio Conſulibus, Socrates lib. 5. c. 2. Diacon. lib. 17. Aurelius Victor, Iornandes.*

g *Habet ſponſores comitem Marcellinum, Aurelium Victorem, & Claudianum, qui non obſcure ſignificat. Zoſimus tamen Caucæ natum in Gallæcia tradit, à quo videtur mutuaſſe Idacius Epiſcopus in chron. ſed nos Italicæ natum potius Marcellino fidem adhibemus, qui eo tempore claruit, recentioribuſque ita placitum.*

Priſcillianus hæreticus [h] præceps, dificultatumque patiens, verſatilis ingenij, verſutus, & eloquens, multum inſanit.

h *De quo Sulpicius Severus lib. 2. hiſt.* Is ubi doctrinam execrabilem aggreſſus eſt, multos nobilium, pluresque populares authoritate perſuadendi, & arte blandiendi allicuit in ſocietatem, ad hoc mulieres novarum rerum cupidæ, fluxa fide, & ad omnia curioſo ingenio, catervatim ad eum confluebant. *Proſper Aquitanicus in chron. hoc anno.*

Gratianus Imperator valde religioſus favet religioni Chriſtianæ, & [i] Eccleſijs per orbem diffuſis probatur.

i *Dato edicto ad Heſperium Præfectum Prætorio, quo hæreſes omnes legibus divinis, aut Imperialibus vetitas conquieſcere iuſsit, l. 5. C. Theodoſ. & l. 2. C. de Hæreticis.*

S. Au-

Digitized by Google

S. Auguſtalis[l] Epiſcopus Illiberitanus moritur in Gallia, dum Catholicorum cauſa illic diu moratur.

l *At qui ſi is eſt, Sanctus Auguſtalis Epiſcopus, qui Arauſicano Concilio ſubſcribit, tempus ante verſum eſt, cum Concilium illud celebratum ſit anno 441. Theodoſio Iuniore, & Valentiniano Conſulibus, nec aſſentior venerabili Bedæ in Martyrol. 7. Septem. qui eundem Auguſtalem facit Arelatenſem Epiſcopum: id ita reor, ex optima Baronij ratione in notis ad Martyrol. Rom. eo die, tamen in medio relinquo.*

Martinus Epiſcopus Turonenſis[m] Apoſtolicis virtutibus eximie clarus, & gloria miraculorum celebratur.

m *Habuit egregios viros, qui eius geſta ſcripſerunt Sulpitium Severum, Paulinum Nolanum, Venantium Fortunatum, Gregorium Turonemſem. Denique omni monimentorum genere tam Græcorum, quam Latinorum res eius conſecratæ ſunt. Adi Baron. in notis ad Martyrol. 12. Novemb. Lucam Tudenſem cap. 56.*

Per idem tempus floret in Hiſpania Marcellus[n] Telenſis Epiſcopus. Eſt autem Tela urbs Vaccæorum prope Palentiam.

n *Duo Marcelli ſubſcribunt in Concilio Toletano I. alterum putat Loaiſa Hiſpalenſem, eo etiam iure nos quoque Telenſem alterum.*

Theodo-

Anni. Chriſ. Ann. Rom.

Theodoſius Imperator in Orientis partibus rempublicam collapſam reparat, & [o] religioni Chriſtianæ ſtudioſe favet.

o *Lata lege 6. de hæret. in C. Thed. convocata quoque ſynodo œcumenica Conſtantinopolitana, & alia provinciali, anno 383. Socrates lib. 5. c. 10. Sozomenus lib. 7. c. 12. Lucas Tudenſis cap. 54.*

384 Sub Paciano Barcinonenſi Epiſcopo [p] naſcitur Paulus Oroſius Iunior [q] Tarraconenſis civis diſcipulus S. Auguſtini. 1135.

p *De Paciano parente ſanctiſſimo doctiſſimoque viro oblata dicendi occaſione virtutes eius modeſtiæ velo quaſi Conſulto tegit, id poſteris, & nominis eius claritudini relinquens. Excepit pietatis officium D. Hieronymus gratum amico peracturus in Catalago ſcriptorum Eccleſ. inquiens.* Pacianus in Pyrenæis iugis Barcinone Epiſcopus caſtitate, & eloquentia, & tam vita, quam ſermone clarus ſcripſit varia opuſcula, de quibus eſt περὶ βος, & contra Novatianos. *Trithemius quoque in lib. de Eccleſ. ſcript. epiſtolas ſcripſiſſe ad Sympronianum, cohortationem ad pœnitentiam, & librum de Baptiſmo tradit. Quæ habentur in Bibliotheca vet. Patrum. Eiuſdem feſtum Eccleſia celebrat 9. Martij in Martyrolog. Rom. & ex eo Vſuardus, Equilinus, & alij. De eius operibus vide Bellarmin. de ſcript. Eccleſ. anno 380.*

ἱερνος.

q *Gennadius in Catalogo. Hic eſt Oroſius, qui ab Auguſtino pro diſcenda animæ ratione ad Hieronymum miſſus rediens reliquias B. Stephani primi martyris tūc nuper inventas primus*

Anni mus intulit Occidenti, meminit etiam Proſper Aquitan. in Anni
Chriſ. chron. Poſſevinus Biblioth. lib. 16. c. 22. diſcipulum S. Auguſ- Romæ
tini fuiſſe affirmant Martinus Polonus, Vaſſæus, Bellarminus, M. Antonius Sabellicus, Bergomenſis, Illeſcas, quos omnes recenſet Ioannes Marcus lib. del Origen de los Ermitaños. c. 10. Sect. 3.

Gratianus Imper. Cathecumenus 8. Kal. Sept. occiditur. [r]

r *Marcellinus in chron. & Proſper Aquitan. Diac. alij.*

Fl. Maximus vir Catholicus [s] Tyrannice a militibus Imperator Galliæ Angliæ, & Hiſpaniæ ſalutatur.

s *Merobaude iterum, & Saturnino Coſſ. anno præcedenti 383. Zoſimus, & Victor in Gratiano.*

Euchatius Presbyter Toletanus [t] exul in Africa floret.

t *Is eſt de quo Iſidorus c. 15. ſcripſiſſe refert libellum ad Hilarium Arelat. de laud. Eremi.*

Concilio Mediolanenſi Theodoſius Auguſtus interfuit: quo egregie utebatur opera S. Pontificis Cordubenſis Gregorij. [u]

u *Id etiam habetur in epiſtolis Chromatij, & Heliodori ad D. Hieronym. cõmentitium tamẽ hoc Concilium multis arguit Baron. in prolegomenis ad Martyr. Rom. c. 7. quẽ ſi lubet pete.*

Tyran-

Digitized by Google

Anni. Chriſ. Anni Rom.

Tyrannus [x] per hæc tempora in Gallia regnat.

x Pyramus per hæc eadem tempora in Gallia regnat.) *in Cod. Pin. Tyrannus: quod verum, loquitur enim de Flavio Maximo, qui imperium Tyrannice invaſerat. Idacius id expreßius in chron.* Quia in Gallijs his diebus Tyrãnus Maximus poteſtatem obtinebat Imperij. *Proſper quoque Aquitan. in chron. anno 392. Lucas Tuden. c. 54.*

Emeritæ Auguſtæ in Hiſpania Idacius [y] Epiſcopus Metropolitanus Pontifex Luſitaniæ contra Priſcillianũ Concilium contrahit.

y *Hos ego Itacios, ſive Idacios olim recenſui. Idacium Emeritenſem, de quo nũc Dexter. Bracoarenſem, Oſſubenſem, ſive Oſſonobenſem, Aquiflavienſem, Idacium Lamecenſem. Eſt etiam Idacius Clarus ſcriptor, nobilis adverſus Veridamum hæreticum. Eorum tamen nomina non raro depravata reperiũtur: nã pro Idacio, ſive Ithacio Nardicij nomẽ in Sulpicij chronico invenias. Apud S. Iſidorum & Proſperum, Vrſacium, & in Honorio Auguſtudunenſi Anicium. Viderunt id Carolus Sigonius, & Ioannes Mariana, Andræas Schotus in Hiſpania illuſtrata. Ioannes Loaiſa in notis ad D. Iſidorum de vir illuſ. c. 9. ſuſpicor etiam Itacios, nõ Idacios, nec Ithacios ſcribi oportere. Ex inſcriptionis antiquæ carminibus hiſce.*

Incluſit tenerum pretioſo marmore corpus
Aeternam in ſedem nominis, ITACII.

Sed nec propterea ab antiquis Codicibus recedendum.

Syno-

Synodus altera fit in Luſitania, Cæraugustæ alterum Concilium contrahitur. [z] Præfuit Phægadius [a] Epiſcopus Burdegalenſis, Epiſcopus Toletanus, Helenenſis, qui veniens ex Luſitania obijt Ganacæ Veracenſi oppido Occaſum verſus, Toleto diſtans 24. M. P. interfuere etiam Idacius Metropolitanus Braccarenſis, Audentius [b] Metropolitanus Toletanus, Aetherius [c] Epiſcopus Oſſonobenſis, Carterius [d] Vxamenſis, Lupus [e] Epiſc. Telenſis. Epiſcopus Cæraugustanus Valerius, [f] & alij. * In quibus Emila Barcinonenſis. Etiam ex Gallijs S. Martinus Turonenſis.

z *Ex eius Concilij actis, quæ adhuc extant, licet valde decurtata; videtur initum æra 418. anno Chriſti 380. Rege Alarico, ut advertit Loaiſa in notis ad id Concil. Baron. in Annal. unum addit annum. Recenſetque Severinus Binius tom. I. Concil.*

a Phegadius Epiſcopus Burdegalenſis.) *In ſubſcriptionibus eius Concilij Fitadius.*

b Audentius Metropolitanus Toletanus.) *Ibi Augentius.*

c Aetherius Oſſonobenſis.) *Ithacius ibi.*

d Cartherius.) *Chaterius, de quo D. Hieronymus in epiſtolo ad Oceanum.*

e Lupus Telenſis.) *Lucius in actis eius Concilij ſubſcribit.*

f Epiſcopus Cæſaraugustanus Valerius.) *Nec tamen*

Digitized by Google

Anni Chriſ. *ſtare poteſt, quod Ioannes Loaiſa in notis eius Concilij aſſeuerat, hunc Valerium, & Eutychianum Baſtetanum Epiſcopum eoſdem interfuiſſe Concilio Illiberitano, cum octoginta anni intercurrerint.* Anni Rom.

g In quibus Emila Barcinonenſis, etiam ex Gallijs ſanctus Martinus Turonenſis.) *Hæc verba fallaci manu ab indocto ſcripta, & Dextri contextui addita, quis non deprehendat? is enim hoc eodem anno Pacianum ſanctiſsimum parentem Epiſcopum Barcinonenſem pronunciat, poſtea Lampadium ipſi de mortuo ſufficit anno 396. Quis ergo eſt is Emila ſuppoſititius, & intruſus, qui legitimo Epiſcopo Paciano ſedente Concilio Cæſarauguſtano Epiſcopus Barcinonenſis intereſt? fuit certe aliquis Emila Epiſcopus Barcinonenſis, ſed necdum natus, cum hoc Concilium coactum eſt: cum Gundemari decretis ſubſcripſerit anno 610. & Egarenſi Concilio anno 614. Eiuſdem farinæ eſt ſanctum Martinum Turonenſem inuocatum Concilio Cæſarauguſtano præſentare; cum tanta res in eius Concilij actis, & à Sulpicio, cæteriſque eiuſdem ætatis ſcriptoribus, qui res illius memoriæ conſecrarunt, minime taceretur. Sicut nec ſilentio obuoluitur adfuiſſe ſanctum Martinum, licet compulſum, Concilio Treuerenſi, noluiſſeque cum Itacianis communicare, ex Seuero Dial. lib. 3. Baronio tom. 4. anno 386. num. 6. Deinde multa commemorantur annis ſequẽtibus, quæ licet vera ſint, non tamen tempori reſpondent. Sed etiam alia ſunt, quæ mortuo iam Dextro geſta coarguuntur: unde ut adulterina, & ſuppoſititia iudicamus. Quæ cum obelo ferienda eſſent, aſteriſco notare contenti ſumus ob exoletum illius characteris uſum. Quæ omnia criticorum iudicio, quibus fas, iuſque hæc ſunt, aut ſtent, aut cadant.*

Iſidorus Senior Cordubenſis continuat chronicon à primo Conſulatu Theodoſij. h

h *Iſido-*

Anni Chriſ. Anni Romæ

h *Iſidorus hic, quanquam poſt hæc tempora fuit Epiſcopus Cordubenſis, at nunc non Epiſcopus, ſed tantum Cordubenſis perhibetur, ut civitatis originem Dexter adſtruat: nec etiam hoc tempore ſcripſiſſe, ſed ab hoc tempore: cum chronicon à primo Theodoſij Conſulatu Iſidorus exordiatur. Ipſe vero ſub Honorio floruit. Scripta eius à Trithemio recenſentur ſuper 4. Regum, citatque D. Auguſtinus ſerm. 35. de Sanctis.*

Higynus[i] Epiſcopus Cordubenſis tactus hæreſi Priſcillianorum, quam ante deteſtatus fuerat, iuſſu Maximi ex Hiſpania vinctus Treviros adducitur: poſtea vero criminis cōvictus ad exiliū mittitur ad Leronem l inſulam Galliæ.

i Iginius Epiſcop. Cordubenſis.) *Ex actis Concilij conſtat hunc Agidinum, vel Adiginum vocari: vide acta Concilij primi Toletani, ſi lubet, in collectione Loaiſæ, & Severini Binij in collect. Concil. tom. 1.*

l *Ad Rhodani oſtia Straboni.*

Ambraciani ex Luſitania Placētiam in Cantabria ædificant.

Ambroſius, editis contra Arianos libris,[m] claret.

m *Librum ſcripſit de fide contra Arianos. Bellarmin. de ſcript. Eccleſ. anno 374.*

385 Audentius Epiſcopus Toletanus editis contra Priſcillianum libris[n] ac habi- 1136.

Anni. Chriſ. tis publice contra Priſcillianiſtas diſputationibus mirifice floret. An. Rom.

n *Gennadius in Catalogo, & Illefonſus in Aſturio c.2.*

Exuperantius o ex viro militari Epiſcop. Vexamenſis translatus Ravennam Italiæ civitatem, ad quem ſcribit S. Hieronymus. p

o *De eo Tabulæ Eccleſiæ Ravennatis, & Rubeus hiſt. lib. 2.*
p *Epiſtolam, quæ incipit:* Inter omnia, quæ mihi S. frater Quintilianus. *Subſcripſit Cõcilio Tolet. 19. Epiſcoporum 15. loco.*

Helpidius Helpidij filius q Hiſpanus vehementer floret.

q *Suſpicor Helpidium hunc patrem Epiſcopi Helpidij fuiſſe, illum Priſcilliani labe infectum. Habuit tamen filium diſſimilem Helpidium Epiſcopum, qui etiam habuit Nebridium Egarenſem, Iuſtum Vrgelitanum, & Iuſtinianum, quatuor Epiſcopos fratres ex una matre. Iſidorus de vir. Illuſt. c. 34. & de Script. Eccleſ. c. 21.*

In Luco Auguſto r in Hiſpania S. Forcatus Epiſcopus.

r *Hodie* Lugo. *Eſt altera in Gallia Narbonenſi. Noſtram ex Pomponio Mela ſtatuimus, vocari etiam ait Aras Sextianas, quas nuper ſolo æquatas dolet Morales.*

Toleti

Anni Christi 386 Toleti Concilium [f] contrahitur contra omnes Epiſcopos rebelles ex ſecta Priſcilliani, qui vehementer urgentur. Anni Romæ 1137.

f *Eius acta non extant, quod ſciam. At fragmentum aliquod intermixtum Concilio Tolet. 19. Epiſcoporum ſub Stilicone celebrato anno 400.*

388 Sexto Kal. Septem. Sex. Fl. Maximus cum Victore filio Necatur, [t] hoc uno maxima ſaltem laude dignus, quod fraudes detexit Hæreſiarchæ Priſcilliani, eumque de Hiſpanijs expulit, reluctantemque parere Concilio prius Cæſarauguſtano, deinde Burdegalenſi, coegit ire Treviros, ac tandem dignas de homine impuro, ſceleratoque pœnas ſumpſit, licet non ſervato iuris ordine, [u] tamen convictum gladio animadverti iuſsit. 1139.

t *Theodoſio, & Sinegio Coſſ. anno eodem, quia Dextro aſsignatur, eademque die. Ita Zoſimus lib. 4. Paccatus Panegir. ad Theodoſ. Socrates lib. 5. c. 14.*

u *Non enim Laicus iudex Eccleſiaſticos debuit iudicare propter omnimodam in competentiam, ut loquuntur Canoniſtæ, in cap. 1. de for. comp. cap. at ſi Clerici, cap. decernimus de iudicijs, cap. bene eſt 96. diſt.*

S. Auguſtali Illiberitano.) *Eadem fidelia duos dealbat parietes. Hoc iam ad anno 382. ſcripſit Dexter.*

Aliquot

Anni. Chriſ.

Aliquot Epiſcopi Priſcillianæ factionis x ad Ambroſium Mediolanenſem Epiſcopum, Hiſpaniæ Epiſcopis Catholicis fidei, ac amicitiæ fœdere coniunctiſsimum, confugiunt: qui anteactæ vitæ, & ſuorum errorum valde dolentes confeſsione ad gremium Catholicæ Eccleſiæ redire ſatagunt, in quibus Dyctinus, y tunc Presbyter, poſtea vero Epiſcopus Aſturicẽſis, Symphaſius Epiſcopus ex Gallæcia, & etiam alij complures.

x *Quæ hic narrantur, habentur in actis Concilij Tolet. quæ nuper reperta aſſerit Loaiſa in collect. Concil. Hiſp. Moral. lib. 11. cap. 4. Padill. Cent. 4. cap. 70.*

y In quibus Dictinus tunc Presbyter poſtea vero Epiſcopus Aſturicenſis ſymphaſius Epiſcopus ex Gallæcia, & alij quam plures.) *Quorum nomina in ijs fragmentis reperiuntur: Symphaſius, Dictynus Paternus, Comaſius, Iſonius, Vegetinus. Qui omnes Catholicam fidem amplexi ſunt, abiurata Priſcilliani, & ſequacium impietate. At Herenas Epiſcopus cum Clericis ſponte Priſcillianum martyrem peierantibus, Donatus, Acutius, Aemilius Epiſcopi à Concilio hæretici pronuntiati, ſedium ſuarum amiſsione, exilioque multati ſunt. De ſymphaſio meminit etiam Idacius in chronico. Forſitamque eſt is, qui enigmata ſcripſit Cælius Symphoſius, vel Symphaſius dictus. Cuius opera inter epigrammata Vetera reperiuntur.*

Auguſ-

Auguſtali in ſede Bætica Illeberitana ſuccedit Gregorius, [z] ex Præfecto Prætorio Galliæ iam confectæ, & gravioris ætatis, vir aprime pius, & egregie bonas artes edoctus.

z Succedit Gregorius ex Præfecto Prætorio Galliæ.) *Sulpicius Severus lib. 2. hiſt. ſacræ Gregorium Præfectum Prætorio Galliæ nominat. Qui cum antea negotia ſæcularia exercuiſſet, & ab Epiſcopis Hiſpaniæ ordinaretur ſine Rom. Pont. aſſenſu, eos graviter reprehendit Innocẽtius epiſtola 42. quæ eſt in 1. tom. Concil. & refertur in cap. aliquantos 51. diſt.*

* Severus Epiſcopus Malacitanus [a] ſcripſit librum ad ſororem de virginitate.

a *Claruit is Severus Malacitanus ſub Mauricio Auguſto ad annos 583. ut ex Nicephoro, Evagrio, & Zonara ſupputat Panvinius in faſtis, & aſſerit Iſidorus de viris illuſt. cap. 43. & de ſcript. cap. 30. Vide quanta fuit exſcriptoris temeritas in corrumpendo Dextro, & ipſi, quæ eius non erant, inſerendo. Sed quamvis pro inſtituto deberem eum ineptijs huiuſmodi repurgare, adulterinaque hæc abijcere, tamen ſciens, & prudens abſtineo, ne videar alijs viam meliora inquirendi præcluſiſſe, & quaſi dictaturam gererem, præiudicium criticis, quibus hoc ius faſque eſt, adferre, monuiſſe contentus, & aſteriſco notaſſe.*

Higynio Cordubenſi [b] ſuccesſit Gregorius [c] Senior: ſcripſit ad Oroſium ſuper annos 380.

b Adgi-

Digitized by Google

Anni Chriſ. b *Adiginus, vel Agidinus vocatur hic in actis Concilij Tolet. & apud Moralem lib. 10. cap. 44. Padill. Centur. 4. cap. 58.*

c *De quo in epiſtol. D. Hieron. ad Heliod. & Cromat.*

Prudentius Toleto, Corduba, ac Cæſarauguſta [d] in Hiſpania egregie gubernatis, fit Dux, & habetur orator celeberrimus, & Poeta mirificus, anno 400. petit Romam. [e]

d *Ipſe de ſe teſtatur in præfat. Cathemerin.*

Bis legum moderamine
Frenos nobilium reximus urbium.
Ius civile bonis reddidimus. Terruimus reos.
Tandem militiæ gradu
Evectum pietas Principis extulit,
Aſſumptũ propius ſtare iubens ordine proximo.

e *Idem in Periſtephano ad Caſianum martyrem. Carmine heroico, & Senario.*

Hic mihi cum peterem te rerum maxima Roma
& in fine: Audior, urbẽ adeo, Dextris ſucceſsibus utor.
Domum revertor. Caſianum prædico.
Et in Elegia ad Valerianum Epiſcopum.
Innumeros cineres ſanctorum Romula in urbe
Vidimus, o Chriſto Valeriane ſacer.

Synodus altera habetur Toleti, mortuo iam Damaſo [f] Pontifice Romano

anno

Digitized by Google

anno 384. cui ſucceſſerat S. Siricius. Incipitur autem hæc eadẽ Synodus iam pluribus annis.

f *Recimere, & Cleancho Conſulibus, qui eſt annus Chriſti 384.*

Claudianus Poeta ex Hiſpania Oriũdus g Romæ floret.

g *Crinitus & Volaterranus Alexandrinum ex Græcis authoribus tuentur, ab Hiſpania tamen oriundum, præter Dextri fidem, coniectare ex eius carminibus libet, ſiquidem in 4. Conſulatu Honorij hæc canit.*

Animoſa tuas ut Gallia leges
Audiat, & NOSTROS æquus modereris IBEROS.

Mirifice floret Exuperátius h Epiſcopus Hiſpanus clarus ex Epiſcopo Italiæ, qui interfuit Concilio Tarraconenſi.

h *Non invenio in eius Concilij ſubſcriptionibus Exuperantium, ut neque Concilio Tarraconenſi intereſſe potuit, ſiquidem celebratum eſt æra 554. qui eſt annus Chriſti 516. unde vel alium puta Exuperantium, vel aliud neceſſe eſt Cõcilium Tarraconenſe ſtatuere.*

Vigilantius hæreticus Calagurritanus ex Gallia, i hic Barcinonenſem vitiat Eccleſiam, ubi Presbyter fuit, &

 Eccleſias alias Hiſpaniæ: contra quem ſcribit S. Hieronymus.

i Vigilantius hæreticus Calagurritanus ex Gallia.) *At Calagurris in Hiſpania eſt. Cur igitur Vigilantius ex Gallia? Nodum non admodum Gordio ſimilem D. Hieronymus ſolvit adverſus eundem Vigilantium: Gallum enim fuiſſe diſertis verbis ait:* Sola Gallia monſtra non habuit. Exortus eſt ſubito Vigilantius, ſive verius Dormitantius. *Et mox,* Iſte caupo Calagurritanus, & in perverſum propter nomen viculi mutus Quintilianus miſcet aquã uino, & de artificio priſtino ſuæ venena perfidiæ Catholicæ fidei ſociare conatur. *Itaque homo genere & gente Gallus Vigilantius, tamen municeps Calagurritanus ibi cauponam exercuit.*

396 A S. viro Lampadio Epiſcopo Barcinonenſi, qui ſucceſsit Sancto meo parenti Paciano, fit Paulinus Presbyter,[l] qui non multo poſt multa paupertate ſpiritus præditus omnia vendidit. 1147.

l *Id ipſe S. Paulinus teſtatum reliquit epiſtola 35. ad Alypium Taguſtenſem, quæ inter epiſtolas D. Auguſtini habetur hiſce verbis:* A Delphino Burdegalliæ baptizatus, à Lãpio apud Barcilonam in Hiſpania per vim inflammatæ plebis ſacratus ſum: *Is Lampadius, vel Lampius ſubſcripſit Concil. Toletano primo, & à Padilla in hiſtoria Eccleſiaſtica inverſo ordine ponitur, nam Pacianum ei ſufficit, ſed perperam.*

Aſturius cognomento Serranus,[m] qui ſucceſſerat. Sanctiſsimo viro Audentio

Anni. Chriſ. dentio in ſede Toletana, ut ſanctus vir colitur. Anni. Romæ

m *De eo D. Ildefonſus cap.2. de vir. illuſt. ſubſcripſit etiam 1.Concil.Tolet. ubi Aſterius in antiquis Codicibus, de eo etiam Iulianus Petri meminit*. S Pontifici Audentio Toletano ſuccedit Aſturius, cognomēto Serranus, Imperatoris Petronij familiaris, qui reperit corpora SS. M M.Iuſti, & Paſtoris Complutenſium.

Prudentius Lyricus Poeta Cæſaraugustanus Romæ ſcribit.

398 Siricio ſufficitur in Sede S.Petri Romana Anaſtaſius. [n] 1149.

n *Honorio, & Eutychiano Coſſ. Platina, & Ciaconius.*

400 Hoc Pontifice Toleti contrahitur quædam Synodus.[o] 1151.

o *Hoc eſt Concilium primum Toletanum, ſi reliquos authores ſpectes, at ſi Dextri rationem, ſeptimum, vel octauum. Variant non uno loco ſcriptores circa tempus huius Concilij Toletani. Petrus Alcocerius anno 392. Vaſſeus, & Garibaius anno 402. coactum aperto ſuffragio tuentur. Diverſus abit Baronius, qui 5.tom. Annal. ad annum 405. traijcit at ipſe poſtea in appendicibus monuit, referendum eſſe ſub primum Stiliconis Conſulatum. Quam opinionem ſequuntur Morales, Padilla, & recentiores, qui omnes Dextro concinunt, & anno 400. celebratum aſſerunt.*

Paulus Oroſius [p] acceptis literis Epiſcoporum Herodis, Prudētij, & Lazari:

Nn 2 Hero-

Anni Christ. Anni Romæ

Herodis, inquam Derthoſani, Prudentij Ilerdenſis, Lazari Viſenſis q ex Concilio Cæſarauguſtano dudum habito collectis Canonibus ad Epiſcopos Africanos ad quoddam generale Cōcilium r congregatos feſtine ſe confert.

p *Ipſa Pauli Oroſij conſultatio extat inter opera D. Auguſtini in limine libri contra Priſcillianiſtas tom.8.*

q *Horum nomina Epiſcoporum nullibi legi., ſed apud Baron.tom.5.anno 414.Paulus, & Eutropius Hiſpani Epiſcopi nominantur.*

r *Fuerunt hoc anno apud Carthaginem in Africa duo Concilia congregata. Primum provinciale, ſecundum generale Idibus Septembris celebratum adverſus Donatiſtas, Vincentio, & Fravita Coſſ. quæ 1.tom. Conciliorum habentur. Noſter ergo de 2.hoc Concilio ſentit.*

401 Innocentius primus huius nominis ſuccedit Anaſtaſio. ſ 1152

ſ *Baronius tom.5.anno 401. calculum recte ſuppuationis expendit, quem, ſi lubet, pete.*

405 Stilicone 11. & Fl. Antemio Coſſ. cogitur Toleti Concilium, t & ad Patres in hoc Concilio collectos ſcribit S. Innocentius. 1156

t *Hæc ſecundum Dextrum eſt Sinodus octava Toletana cuius acta non extant. Morales lib.11. cap.5. & Ionanes Mariana lib.2.cap.1. putant hoc Concilium Toletanum non fuiſſe diver-*

diverſum à primo. Sed refelluntur à Garivaio lib.7. cap.57. Baronio tom.5. eo anno, & indubitatum redditur ex epiſtolis Innocentij 13. & 24. quæ reperiuntur in Conciliorum tom.1. cuius initium eſt. Innocentius univerſis Epiſcopis in Toletana Synodo conſtitutis dulciſsimis fratribus in Domino ſalutem. Anni. Romæ

406 Leporius Epiſcopus Vticenſis [u] in Bætica, prius Monachus ex familia S. Auguſtini, mutat perditam ſuam priorem ſententiam admonitus à S. Auguſtino præceptore ſuo. 1157.

u *Qui Concilio Toletano 19. Epiſcoporum ſubſcripſit loco 14. de quo etiam meminere Gennadius, Caſianus, Trithemius, & alij, quos recenſet Ioannes Marcus,* del origen de los Ermitaños *lib. cap.10. ſect.4. ubi multa pro Dextro, & Maximo.*

Illorci [x] in Hiſpania Tarraconenſi S. Victoria Vidua ſanctitate præcipua clara à Vvandalis, ut creditur, percuſſa.

x *Hodie Lorca, Morales, & Ortelius.*

Aſturius Toletanus Pontifex cognomento Serranus valde charus Flavio Maximo Imperatori, & S. Audentio fuit amicus.

407 Gregorius etiam Bæticus iam in ultima ſenectute conſtitutus, ſed vegetus, & 1158.

Anni. Chriſ.

tus, & integris animi, corporiſque viribus, apprime charus fuit Gallæ Placidiæ Auguſtæ uxori primæ Ataulphi Regis Vviſegotorum: deinde Conſtantiæ Imperatoris filiæ Theodoſij ſenioris ex prima uxore, mirifice laudatur.

Cæſarobrigæ, quæ nunc prope Ambratiam in Vettonia Oliva [y] dicitur, Iuvencus aliquot annos [z] agit, & natus ibi dicitur. Inde petit Salmanticam, ubi floret impendio docti, ſanctique viri præclara memoria.

y *Eſt etiam eo tractu oppidum Oliva nunc.*

z *De eo D. Hieronym. in Catalogo.* Iuvencus nobiliſsimi generis Hiſpanus Presbyter, quatuor Evangelia Hexametris verſibus pene ad verbum transferens, dedit. *Bellarminus de ſcript. Eccleſ. in Iuvenco. Sed cũ ad ann.* 340. *Mortuum fuiſſe ab eodem Dextro habeamus, quid eſt, quod iterum in Theatrum exeat? At nunc de eius memoria, & excellentis ingenij opinione, & fama tam Olivæ, quam Salmanticæ loqui non dubium eſt, & nequis in controverſiam vocaret, expreſsit:* Vbi floret in pendio docti ſanctiq; viri præclara memoria.

S. Paternus Epiſcopus Braccarenſis, [a] qui Concilio Toletano 19. Epiſcoporum præfuit, multis laboribus, & ægritudinibus animi moritur egregie doctus, & pius.

Digitized by Google

a *Præſedit, & ſubſcripſit Concilio Toletano primo loco, ſed non ut Primas. Ei ſuffectum pro futurum ex Auguſtinianis Monachis vult Iulianus Petri in chron.* Profuturus Præsbyter Africæ venit in Hiſpaniam, & ob egregias virtutes, & mentis ſanctitatem ſuccedit Paterno in ſede Braccarenſi.

Exuperantius, qui ex Ravennate urbe venit in Hiſpanias negotiorum cauſa, inter fuit Concilio Toletano, præclare floret; & Rufinus [b] Epiſcopus Tarraconenſis ex cauſidicò.

b *Meminit etiam Gennadius, & D. Iſidorus de vir. illuſt. cap. 6. & Toranium Ruffinum vocat. Eſt unus ex his, quos Innocentius Pontifex reprahendit in epiſtola, quæ refertur in cap. aliquantos 51. diſtinct.*

Paulus Oroſius Fl. Lucij Oroſij filius, conſanguineuſque Paciani Patris mei, civiſque Tarraconenſis, mirifice auſpicatur Hormeſta, [c] id eſt mundi chronicon, quod ſuſcepit ſcribendum hortatu, literiſque S. Auguſtini Epiſcopi.

c Auſpicatur Hormeſtarre.) *Repoſuimus* Hormeſta: *ab eius impreſsis, & Trithemio de Eccleſiaſticis ſcriptoribus. Vincencio in Speculò lib. 19. Antonino 2. part. tit. 10. cap. 10. Forſitam ſcriptum ὁρμητηρία Hormeteria. Sedes enim bellorum, & pugnæ terra eſt. In Dextri Vindicijs à V. C. T. Tamaio publicatis Orcheſtra invenio, quare ad acrioris iudicij eius tribunal res deducenda.*

Paulus

Anni Chriſ. 418 Paulus Maſſilienſis Epiſcopus clarus habetur. Ann. Ro. 1169

* Avitus Imperator [d] Hiſpanias traijcit: ibique depoſita imperij dignitate, magnis itineribus ad Gallias properat.

d *Ergo etiam hic cuculus ova alieno ſinu fovenda ſuppoſuit? Avitus Imperator ſuadente Theodorico Gothorum Rege, Imperium invaſit an. 455. Iam inde mortuo Dextro annos undecim, nam deceſſit anno 444. qui ergo hæc à Dextro ſcripta ſunt? Sed nec apud Maximum tempeſtivè, qui in ſuo chronico ad ann. 566. Iterum de Avito. Omnia hæc audaciæ, & temeritati exſcribentium aſsignanda, nec cæteris, quæ ſuo tempori, & loco conveniunt, præiudicium adferunt.*

Hæreſis Priſcillianiſtarum multum in Hiſpania pullulat.

Paulo Concordienſi Luſitano [e] ſcribit Hieronymus.

e *Cui miſsit vitam Pauli primi Eremitæ. Is in ea epiſtola, quæ incipit:* Humanæ vitæ brevitas: Miſsimus, *inquit,* Interim te tibi, id eſt Paulo ſeni Paulum Seniorem: *Luſitanum autem addidit. ſunt enim in Italia etiam Concordienſes, de his agit Plin. lib. 5. cap. 22. hodie rudera viſuntur prope* Frexenal.

Conſtantius Imperator in regionibus Hiſpaniæ prædatur. [f]

f *Per Valiam Gothorũ Regem: tuetur tamen Celtiberiã. Ex chron. Regis Alfonſi, & Genebrardi, Moral. lib. 11. c. 17.*

Provin-

Digitized by Google

Chriſti 419 Provincia Carthaginẽſis, [g] quæ una hactenus fuerat, eademque Toletano parebat a S. Elpidio, libidine quorumdam Epiſcoporum dividitur in Carthaginenſem, & Carpetanam: quidam putant ante tempora Romani Pontificis Antheri factam fuiſſe diviſionem hanc, dictamque provinciam Toletanam. Anni. Romæ 1170.

g *Morales lib. 11. c. 19. qui Vulſæ hiſtoriam allegat.*

S. Maxentia Hiſpana Caurienſis Tridenti floret.

Canali [h] in Luſitania Monachi nigri [i] ab annis 393.

h Canali in Luſitania.) *Forte legendum* Canace. *Fuit inter Turdetanas Luſitaniæ urbes Ptolemæo.*

i Monachi nigri ab annis 393. *Fuiſſe ab exordio naſcentis Eccleſiæ homines Chriſtianos, qui metu perſecutionum, & odium Gentilium fugientes, vel pietatis amore, abruptis delicatioris vitæ blandimentis, deſerta, ac ſolitudines peterent, ut ibi aſperioribus ſtudijs mores formarent, palam eſt. Hi omnes Monachi verbo Græco, id eſt ſoli, audiebant. Qui quidem ad imitationem Eliæ, Ioanniſque Baptiſtæ divinis contemplationibus dediti cœleſtem in terris quodammodo vitam tranſigebant. Hinc Nazianzenus:* Præclara eſt ſolitudo, & vita hominum commertio ſemota, idque docet Eliæ Carmelus, & Ioannis deſertum. *Et in Poemate vitæ.*

Digitized by Google

Scrutabar autem pronior, quænam via
Eſſet: ſubibat Elias menti meæ,
Carmelus eius, & novum victus genus,
Et ſolitudo, Prodromi dulces opes,
Ac vita ſimplex filiorum Ionadab.

Itaque in veteri Teſtamento Elias Monachorum auctor, & inſtitutor, in novo Ioannes Baptiſta, Sozomenus lib. 1. cap. 12. Hāc præclaram vivendi rationem, ut quidam commemorant, inſtituit Propheta Elias, & Ioannes Baptiſta. *Eam ſententiam tuetur D. Hieronymus in vita Pauli. Baron. tom. 3. anno 340. num. 7.* Erat enim in Oriente ſummum illud vivendi genus inſtar Eliæ, ac Ioannis Baptiſtæ cunctis hominibus etiam ethnicis, & Imperatoribus ipſis, venerandum, ſed & impijs quoque hæreticis reverendum, atque adeo cœleſtibus civibus ad numerandum. *Dixerat etiam de monachorum origine, & inſtitutis tom. 1. anno 64. num. 6. & 7. An vero Monachi illi albis, aut atris veſtibus fuerint uſi, & ut modo, per familias, & veſtium colores habituſq; ſecernerentur, ſatis ambiguum eſt, magiſque arridet, nullis veſtium coloribus diſtinctos fuiſſe, ſolâ aſperitate, & abiectione contentos. Ad hoc S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 69. ad popul. Antioch.* Non effœminate, & enerve per terram ſibi veſtes trahunt: ſed ita illis Præparatæ ſunt, ut beatiſsimis illis Angelis, Eliæ dico, & Ioanni, & univerſis Apoſtolis. *Sed quorſum hæc tam longo repetita principio? Nempe ut quod ſentio libere dicam: aſſerit enim Dexter ab annis 393. Monachos nigros in Luſitania fuiſſe, quod mihi ſuppoſititiæ ſcripturæ ſcrupulum inijcit. Nigri enim Monachi dicti ſunt ſancti Benedicti alumni multis poſt ſæculis, ni fallor, cum Celeſtini ab ipſis ſubdiviſi. Sed cū certo certius ſit, plures Monachos, pluraque Monaſteria in Hiſpania ante & poſt Illiberitanum Concilium fuiſſe, cogit nos conſentientium codicum auctoritas, ut ab ſcriptis ſtemus:*

forſitam

Digitized by Google

y *Miſeram hanc barbarorum colluvionem, Hiſpaniæque vaſtationem Idacius in chronico pluribus, ut teſtis oculatus, deſcribit. Circa tempus noſter cum Caßiodoro teſte etiam oculato, convenit. Proſper ad anno. 415. rem geſtam narrat in chro. nec tamẽ omnes hæ nationes uno impetu Hiſpaniã adgreſſæ, atq; ita irruptionum variarũ diſcrepantia & in annis etiã ſupputandis apparet. Vide Moralem lib. 11. Rudericum Ximen. lib. 2. Marian. lib. 5.* Anni Romæ

Theodoſius Iunior, qui ab anno 402. Imperat, floret.

Petrus Iunior Presbyter Toletanus [z] in Africa florere dicitur.

z *Invenio Petrum Ilerdenſem apud Iſidorum ex incerto Auctore:* Petrus Ilerdenſis Hiſpaniarum Epiſcopus edidit diverſis ſolennitatibus congruentes orationes, &c. *Sed diverſum iudico. Divus etiam Hieronymus in chron. alium Petrum Cæſarauguſtæ Rhetorem clarum commemorat, & Padilla Cent. 4. c. 65.*

Cauriæ [a] in Hiſpania virgo Luſitana Catholica nomine Vincentia [b] ab hæreticis Arianis immẽſis propemodum cruciatibus afficitur, quod ſemel Catholice tincta nollet hæreticorum intingi baptiſmate: quæ hoc anno Idibus Martijs tãdem graviſsime torta virgo, & martyr migrat in cœlum.

a *Caurium apud Tholemaeũ in Luſitania eſſe, non eſt qui ambigat*

Digitized by Google

Anni. Chriſ. bigat hodie eſſe Coria, quæ etiam ſedes Epiſcopalis eſt. At Anni. Romæ
eſſe in Bætica alterum Caurium, vel potius Cauram, quæ hodie non procul ab Hiſpali Coria vocatur, adſtruere tentabo ex Plinij lib. 3. cap. 1. obiterque facem illi admovebo, forſitamque illuſtrabo. Is igitur oppida Hiſpalenſis Conventus ab utraque parte Betis fluminis paſita recenſens, cum prope ad ipſam urbem accedit, ita ait: & à læva Hiſpalis Colonia cognomine Romulenſis. Mox ad dextram, ex adverſo Oſſet, quod cognominatur Iulia conſtantia. Vergentum, quod Iulij genitor. Hippo Cauraſiarum. His ultimis duorum oppidorum nominibus, ademptis, additis, confuſis literis, quatuor oppidorum nomina in ipſis literarum ruinis conteguntur, ut tamen eruamus, & ſuus cuique nitor, nomenque ſimul reſtituatur, fatendum eſt: Plinium hic oppida non procul à ripa Bætis diſsita dextra, lævaque quaſi ſecundo flumine legere: ipſe profitetur de Bæte loquens. Amæno blandus alveo crebris dextra lævaque accolitur oppidis. Idque etiam ab oppidorum metatione conſtat. Cum igitur Oſſet Iuliam conſtantiam cognominaſſet, illicò Vergentum nominat, quod hodie Gelves vulgo creditum a dextra Betis. Hoc Iulij Genitorem cognominat. Ab hinc, corruptio. Igitur reſtituimus Iulij Genius, Orippo, Caura, Siarū. Singula modo luſtrabimus, & illuſtrabimus. Cum igitur Iulij Genium in dextra collocaſſet, iterum ex adverſo ad lævam Orippone collocat. Quæ hodie Dos hermanas, duabus leucis ab Hiſpali in itinere ad Gades. Ibidem Antoninus conſtituit: Oripponem ab Hiſpali IX. M. P. Habeo apud me vetuſtum numiſma æris Cyprij cum humano capite, ab altera parte bos (forte Apis eſt) cum corniculantis lunulæ nota, & literis O R I P P O. Adpoſita eſt etiam uba. Nunc etiam ad fatim vineæ ibi ſunt, quorum copiam uba illa ſignificat. Igitur cum Oripponem adpoſſuiſſet Plinius. Cauram ex adverſo etiam ad dextram fluminis locat, hodie Coria: retento priſco nomine. Simulq; ibi priſci oppidi rudera quotidie effodiuntur:

iuvatque

iuvatque Plinius ipſe iſto capite. Qui Bætim littuſque corenſe ſimul nominat. Bætis fluvius, littus Corenſe inflexo ſinu. *Forſitam ab hoc oppido Caura, quæ etiam Cora propter ſymbolum harum literarum o, & au, dici potuit. Inde enim Caurus, Corus, aurum, orum. Plauſtrum ploſtrum, & ſexcenta. An autem hæc Caura ſit, de qua Iulius Obſequens inde prodigijs:* Appio Claudio, & P. Metello Coſſ. Cauræ ſanguinis rivi fluxerunt: *incertus ſum. In antiquis enim quaſi per nebulam, & caliginem ſuſpicamur. A Caura, iterum ad* Siarum *in læva metatum redit. Municipium hoc in agro noſtro fuit, cuius rudera ab* Vtricula *verſus meridiem decem milliaribus viſuntur, hodieque Sarro, luxato tantillum nomine, vocamus. Ibi etiam nunc lapides clamant.*

MECILLIAE. P. F. HERENIA-
NAE. T. AELIVS. CLODIANVS.
VXORI. CARISSIMAE. ACCEP-
TO. LOCO. AB. SPLENDIDISSI-
MO. ORDINE. SIARENSIVM.
PECVNIA. SVA. POSVIT.

Lapis alter in villa Gomes Cardaña limitanea etiam olim municipio Siarenſi, cuius ego epigraphem, licet dificulter, fideliter tamen exſcripſi.

DVLCINILA. MESSIA.....IVRE
NEQVIORE. FORTVNA. DOMI-
NA...FATO. EIVS. DEMPTA.....
COMMENDANDA. VOBIS...
LAR. II .... QVAM. VIRGO.
SINACIVM. .... QVARE.
NATA. IEMETIVSQVE....ISIS

Anni Chriſ.

EXIMIAE..... VSTAS. ROGO.
FREQVENTES.. VIGINTI. ANNIS. MIRA. CVM. DESSIDIA.
CELEBRETIS. PROPTER. QVOD.
OMNIBVS. ANNIS. QVO. AT.
VIXERO. DIVIDAM. MVNICIPIO.
Ñ. SIARENSI. DVMTAXAT.
PRAESENTIBVS. DECVRIONIBVS. SINGVLIS. X. TERNOS.
SEVIRALIBVS. X. BINOS. PLEBEI. VTRIVSQVE. SEXVS. ET.
INCOLIS. X. SINGVLOS. QVOT.
PRAESTABO. DVM. TAXAT.
QVO. AT. VIXERO.

Ibi quoque in turris cæmentis lapis alter magnus ex marmore, qui has tantum ab iniuria ſuperſtites literas habet.

ORDINE. SIARENSIVM.
P. S. POSIT.

Servo etiam apud me duos nummos, alterum cum galeato Palladis capite, alterum hominis tantum, ambos tamen ab agri fertilitate ſpicis cælatis cum inſcriptione S EA RO. *Habes iam hæc quatuor Pliniana oppida quaſi à literarum ergaſtulis ſoluta, & in lucem denuo edita. Quæ quia à me primum excogitata ſunt in antiquitatis gratiam, & à viris doctiſsimis amiciſsimiſque Franciſco Rioja, D. Melchiore Salablanca, Petro Lezcano. Antonio Moreno aliiſque comprobata, tibi, benevole lector, lubens exhibeo, tu æqui bonique conſule.*

b *Agit de eius glorioſiſsimo agone Gregorius Turonenſis lib. 2. hiſt. Fräc. c. 2. Pad. Cet. 5. c. 17. licet nomine prætermiſſo.*

Hoc

Digitized by Google

Hoc anno à Ioanne Eſcolano hiſt. Valent. lib. 9. cap. 20. & Anni
Ioanne Marquez Auguſtiniano del origen de los Ermi- Romæ
taños. *Sequentia teſtimonia citantur, quæ ex Codice manu ſcripto Bibliothecæ Cardinalis Quirogæ Archiepiſcopi Toletani de fragmentis Dextri, quæ illic erant, deſumpta ſunt, ea tamen textui inſerere non ſum auſus, cum in Codicibus, quos viderim, non reperiantur, nec tamen hic omittere operæpretiũ eſſet, adſtipulantibus illis integræ fidei teſtibus.*

442 Sigibultus ad Africam contra Bonifacium ſe præparat. 1175.

In Gallijs Exuperantius Præfectus à militibus occiditur.

Muro Cartago circundatur, quæ ex tempore Romanorum, ne rebellioni eſſet, munimento murorum non eſt permiſſa vallari.

Aetius Gaudentij comitis à militibus in Gallia occiſi filius, cum Hunnis opem laturis Italiam ingreditur.

Toleti fit Monaſterium Monachorum Sancti Auguſtini.

Prope Tudem in Gallæcia in oppido Vianenſi [c] Sancti Pontifices Maximianus &, Valentinus [d] confeſſores clarent.

c *In Cod. Arch. & Pin.* Vianenſi, *& ſic repoſuimus.*

d *In Martyrol. Roman. 29. Octob.* Maximilianus Martyr, & Valentinus Confeſſor *perhibentur, ſed tacito loci nomine, de eis etiam, & Vſuard. ea die.*

Digitized by Google

Anni. Chriſ. | Anni. Roma.

Ruffus ex Caria Epiſcopus in Hiſpania creatur, qui per aliquot annos ſequendo quendam pſeudo Chriſtum, miſere deceptus de gradu Pontificio ex ſententia frequentis Concilij deijcitur.

S. Aſturio cognomento Serrano [e] in bona ſenectute decedenti, in Eccleſia SS. Iuſti & Paſtoris Compluti ædificata, ſepultura datur: cui ſuccedit in Sede Toletana Martinus: huic Olympius ſecundus.

e *Id etiam Iulianus in chron.* S. Aſturius Serranus Epiſcopus Conplutenſis Compluti moritur, & in ædicula ſanctorum martyrum ſepelitur 1. Novem.

Hæretici Priſcillianiſtæ ab urbe Vettonum Ambratia ignominioſe depelluntur ab Splendonio [f] eius urbis Epiſcopo: ſimiliter non minori nota à Marcello [g] Caurienſi Epiſcopo.

f *Qui Concilio Cæſarauguſtano ſubſcripſit.*

g *Subſcripſit 1. Concil. Tolet. ubi Loaiſa putat eſſe Hiſpalenſem, reijcitque Padilla Cent 4.c.69.*

Sub Olympio 2. Toletano laxantur ſpatia ſummi Templi Toletani: & illuſtri templum donatur Bibliotheca.

Memoria Gregorij Cordubenſis

ubique

Digitized by Google

ubique celebris habetur, qui fuit Præfectus Prætorio Capadociæ, frater comitis Olympij.[h]

h Comitis Olympij.) *Forſitam Alypij caſtigandum, eumque eſſe ſuſpicor, de quo Ammianus Marcellinus lib. 29. Sed ſuſpicor tantum, neque aliquid muto.*

Innocentius[i] Hiſpanus ex urbe Carpetanorum Ebora, metu Gothorum urbes Hiſpanas incendentium ad inſulam Minoricam multis ſocijs fugiens, convertitur ad fidem: quem non multo poſt conſequutus eſt Theodoſius Iudæus.

i Innocentius Hiſpanus.) *Hoc eſt epiſtolis Severi Minoricenſis Epiſcopi circularibus perſpicuum, habenturque apud Baronium tom. 5. Ann. 418. num. 31. ubi de hoc Innocentio.* Duo quidam primarij Iudæorũ Meletius Theodori frater, & Innocentius, qui Hiſpaniarum cladem nuper fugiens cum famulis ſuis ad hanc inſulam venerat (ſicut nunc ipſi etiam cum Sacramentorum terribili interpoſitione affirmabant) ad unam ſpeluncam, vel potius rupem convenerant. *Ibi etiam Theodoſium, Theodorum nominat hiſce verbis:* Iudæorum populus maxime cuiuſdam Theodori auctoritate, & potentia nitebatur, qui non ſolum inter Iudæos, verum etiam inter Chriſtianos eiuſdem oppidi, & ſenſu, & honore ſæculi præcipuus. *Ibi ad longum admirabilem eius, multorumque Iudæorum converſionem fuſe ſcribit Severus, quod reliquijs S. Stephani prothomartyris nuper ab Oroſio Hieroſolymis allatas, Deo annuente, tributum.*

Digitized by Google

Anni. Chriſ.

Feſtum inventionis ſanctæ Crucis à Sylveſtro [l] inſtitutũ celebre multis eſt.

l *Iulianus anno* 326. Floret S. Sylveſter, ſub quo inventa eſt Crux Domini, ut ipſe ſcribit.

Prudentius Roma Cæſarauguſtam rediens ad Sedem Cæſarauguſtanam, S. Matiæ plenus dierum, & illuſtrium operum, poſt multas pugnas cum omnibus hæreticis ſui temporis habitas, tranquille moritur.

Synodus altera Telenſis [m] in Hiſpania, in qua confirmat acta Synodalia Domitianus [n] eiuſdem urbis Epiſcopus.

m Synodus altera Talenſis.) *In Cod. Arch. & Pin. Telenſis: à quibus emendavimus. Hoc Concilium habetur tom. 1. Concil. meminitque Ortelius in Theſauro, Genebrardus in chron. Mutat Baronius tom. 5. anno* 418. *num.* 31. *Concilium Telenſe in Teleptenſe, & Domitianum Epiſcopum in Donatianum, Concilium Hiſpanicum ad Africam relegans ab ingenio tantum, & coniectura, reſiſtente omnium Codicum fide, Dextrique fidiſsimo teſtimonio: nec mirum: fugit enim illum Tela urbs in Vaccæis, & Dextri Codex.*

n *Hunc Donatianum vocari, & eſſe Epiſcopum Teleptenſem in Biſacena provincia Africæ vult, ut ſupra diximus, Baronius, ſubſcripſiſſeque Milevitano Concilio. Noſter omnino contra Domitianum vocari, Telenſemque fuiſſe Epiſcopum aſſeverat, cui aſſentimur.*

Hæc

Digitized by Google

Hæc Sedes Telenſis inter primas Hiſpaniæ habebatur.

Fetadius [o] ſuccedit in Sede Toletana ſancto viro Olympio.

o *Fuit alter Fetadius, ſeu Fegadius, qui ſubſcripſit Concilio Cæſaraugustano, ſed ille Burdegalenſis tunc erat.*

Honorius, Minervius, Iovianus viri clariſsimi, ſanctiſsimique ſingulorum monaſteriorum curam ſuſceperunt.

Hieronymus [p] Dalmata ſanctiſsimus, doctiſsimuſque vir in Bethlem commorans, iam decrepitus migrat ad cælos.

p *Ex Proſperi chron. anno 423. alij, Theodoſio Auguſto nonum, & Conſtantio Cæſare Conſulibus, qui eſt annus Chriſti 420.*

Fetadio Pontifici Toletano ſuccedit Iſcius Monachus Paleſtinus, [q] qui Sedulium [r] amicum ſuum, & Oretanum Epiſcopum prædicationis gratia Toleti detinet. Qui dono Dei in Poetica, [ſ] oratoriaque præclarus multos libros componit.

q Iſcius Monachus Paleſtinus.) *Nec tamen veriſsimile eſt, hunc fuiſſe Heſichium Cœnobiarcham ſancto Hilarioni valde charum, de quo Sixtus Senenſis in Bibliotheca: quia is*

ad

Anni Chriſ- *ad annos 360. claruit, eſſetque nunc, ut credere par eſt, fere centenarius: alius tamen illius inſtituti, quod tunc in Oriente vigebat, eſſe potuit, nec literis, nec ſanctitate inferior, ſiquidē ad tantam dignitatem evectus.* Anni Romæ

r *Is eſt, qui opus Paſchale, ſive Divinorum mirabilium carmine hexametro compoſuit, Cælius Sedulius Præsbyter dictus, quem Sigebertus in chron. Scotum facit, ſed reijcit Nebrisſenſis in comment. eiuſdem Sedulij.*

ſ Qui dono Dei in poeſia.) *Poetica.*

Celebris habetur in Carpetania memoria Pij Pontificis Olympij, [t] cuius liber de fide ibi; & alibi diligenter volvitur.

t *Scilicet primi, qui ſcripſit librum de fide contra Manicheos, de quo Gennadius c. 24. & D. Auguſt. lib. 1. contra Iulianum c. 3. & 7.*

429 Iſcius ſuceſſorem habet Martinum, vel Maiorianum, qui quidem inter fuit Concilio Africano Teleptenſi. 1180.

Vincentius ex [u] Palatino fit Monachus Lyrinenſis, & multi Presbyteri vocati, [x] Aviti florent, cives Tarraconenſes.

u *Aequalis fuit Caſiano, ſcripſitque librum de prophanis vocum novitatibus. Adi Bellarmin. de ſcript. Eccleſiaſt. anno 440.*

x *Duos Avitos commemorat Oroſius in lib. ad Auguſt. ſuoſque concives dicit, Padilla etiam Cent. 5. cap. 9. Avitus quoque*

Digitized by Google

quoque. Fuit is, qui ex Oriente attulit reliquias S. Stephani, de quo Gennadius in Catal. & Padilla Cent. 5. cap. 10.

Paulo Tarraconenſi Epiſcopo Bonifacius etiam Caldeaquenſis, ex ordine Auguſtiniano ſuccedit.

Petronius Maximus Auguſtus [y] depoſitus Compluti decedit.

y *Conſentit Paulus Diac. lib. 4.* In eius locum Maximũ quendam ſubſtituens, Gerontius à militibus ſuis iugulatur. Maximus deinde purpuram exutus in Hiſpania exulans obijt. *Diverſus abit Marcellinus in chron. qui Maximum, & Iovinum ex Hiſpania extractos vinctoſque ad necem affirmat Morales etiam lib. 11. cap. 11.*

Gothi duce Caſtino [z] vaſtant regionem Carpetanam.

z Is Caſtinus ad Hiſpanias defenſandas cum exercitu directus erat. Qui ſuperbus, & intemperans nihil dignum in Hiſpania geſsit. *Ita Diaconus lib. 14. hiſt. Miſcellæ. Qui exilio Caſtinum pulſum affirmat, & quamquam Conſul fuit; nomen eius ex faſtis Conſularibus expunctum eſt l. 3. C. de Erog. mil. l. 14. C. de Collat. l. 5. C. de Don. meminit etiam Proſper anno 428. Auguſtinus epiſt. ad Bonifaciũ in appendice tom. 2. epiſt. 10.* Vir illuſtriſsimus Caſtinus Sacramento ſe prodidit, &c.

Capreolo Diacono Toletano ſcribit S. Capraſius. [a]

a *Reſcripſi* S. Capraſius: *eumque eſſe, cuius eſt mentio*

Digitized by Google

 apud Sidonium Apollinarem in Carmine Euchariſtico, qui hoc tempore vixit. Inſulæ Lirinenſis Abbas fuit. De cuius ſanctiſsimis accolis ſic ait ad Fauſtum Sidonius.

Fratribus inſinuans quantos illa inſula plana
Miſſerit ad cælum montes, quæ ſancta Capraſi
Vita ſenis, iuveniſque Lupi

Agitur de S. Capraſio 1. Iun. in Martyrol. Rom. Beda. Vſuar. Adone, alijs. Capreolus fuit Epiſ. Carthagin. de quo Baron. tom. 5. Ann. 431. num. 19. & 20.

Gothi non multo poſt in vadunt Cõplutum.

Toleti clarus habetur Philippus diſcipulus S. Hieronymi.

Idacius Clarus [b] inſignis habetur in Hiſpania.

b *Videtur de Idacio claro loqui, qui adverſus Priſcillianum Caſtra duxit, is enim Clarus eloquio, & cognomento à D. Iſidoro dictus eſt de vir. illuſt. cap. 2. forteque eius opera in pretio haberi oſtendere vult. Hic enim Idacius Theodoſio maiore, & Valentiniano regnante deceſsit. At ſi de Idacio hoc tempore vivente agit, is eſt, qui converſus ad fidem anno 417. chron. orſus eſt à primo Theodoſij Conſulatu. Ad annum 481. ut Iſidorus, vel ad annum 490. ut Sigebertus.*

Meconem [c] urbem prope Complutum in Carpetaniæ finibus ingenti furore, ac crudelitate vaſtant Gothi.

c *Nomen huius oppidi Arabicum putat Morales, ſed ſuopte ingenio fallitur. Idem ego oppidum Miacum Antonini eſſe reor, ſiquidem ab ipſo etiam prope Complutum collocatur. In itinere ab Emerita Cæſarauguſtam, hodie nomen* Meco.

Viginti

Digitized by Google

Anni. Chriſ. Anni. Romæ

Viginti fere militum millia [d] contra Vvandalos pugnantia varijs prælijs atrociter ſe mutuo concidunt. [e]

d *Id frequentibus prælijs patratum, ſed præcipue Duce Caſtino, qui ut, ait Idacius:* Inconſultè publico certamine cõfligens auxiliorum fraude deceptus ad Tarraconem victus efugit.

e Atrociter ſe multo concidunt.) *Emendavimus: atrociter ſe mutuo concidunt., vel atrociter ſe mutuo conficiunt, vel atrociter mutuo concidunt.*

430 Sancti Martyres, [f] ex Hiſpania in Africam tranſfretant patria Salmanticenſes, [g] in quibus Arcadius, [h] & ſocij. 1181.

f Sancti Martyres.) *Futuros Martyres tamen deſtinatione, ac voto, iam nomine ipſo dignos Martyres nominat. De his D. Auguſtinus epiſt.* 180 *Morales lib.* 11. *c.* 22. *Padilla Cent.* 5. *cap.* 17.

g Patria Samatuenſes.) *Et hic ſimili ineptia nomen inclytæ urbis ſubvertit imperitus notarius, itaque ex C. Pinedæ. Reſtituimus:* Patria Salmanticenſes. *Ita etiam habet Codex. S. Eccleſ. Hiſpalenſis.*

h *Proſper in chron.* Per idem tempus quatuor Hiſpani viri Arcadius, Probus, Paſcaſius, & Euticius dudum apud Giſſericum merito ſapientiæ, & fidelis obſequij clari habebantur, &c. *Iulianus etiam in chron. ad ann.* 430. Primitiæ perſecutionis fuerunt quatuor viri fortiſsimi milites in Hiſpania, ſcilicet Arcadius, Probus, Paſcaſius, Eutychius, Arcadius fuit Toletanus, & eorum martyrium celebrat Maioranus. *Eoſdem celebrat Eccleſia* 13. *Novemb. ex Beda, Vſuard. Equilino, & alijs.*

Digitized by Google

Anni. Chriſ. | Anni Rom.

Ad Valerium, vel Valerianum Epiſcopum Cæſarauguſtanum ſcribit Cyrillus. [i]

i Non extant ex eius operibus præter Catheches, & epiſt. ad Conſtant. Bellarminus de ſcript. Eccleſiaſt. in Cyrill. Cætera interciderunt.

Hoc etiam tempore delatum eſt in Gallæciam corpus S. Mammæ [l] Cæſarienſis Martyris, quod in monte Celſo ſervatur: quamquam alij putant corpus eſſe S. Mammæ Eremitæ, qui non ante multos annos ibi quievit.

l Corpus S. Mammæ Cæſarienſis Martyris.) *In Codice Arch. & Pined. Mammæ. Verius ſcriptum. A quibus repoſuimus. Mammas Cæſarienſis illuſtriſsimus Martyr à S. Baſilio. Gregorio Nazianzeno, Niceta, Nicephoro, & alijs Græcis Auctoribus magno præconio celebratus. Recenſetque Baron. in notis ad Martyrol. Rom. 17. Aug. Meminit etiam noſtri Mammæ, ſive Mammantis. Heleca Cæſarauguſtanus:* In paræcia Tudenſi corpus eſt. S. Mammetis, an ſit Cæſareæ Capadociæ, an alicuius indigetis proprij, non omnino certum eſt. *In Gallijs apud Lyngonas Caput & brachium S. Mammetis, ſive Mammantis habetur, ut teſtatum reliquit Anonymi hiſtoria in Bibliotheca Floriacenſi, fol. 226. Hodie huius Divi fanum eſt in Beticæ, & Luſitaniæ Collimitio non procul ab Arrucitano municipio, finitimorum populorum peregrinatione, ac votis frequentatum, habet etiam alibi Abbatiæ dignitatem.*

Dira

Digitized by Google

Dira gliſcit in Africa perſecutio Vvandalorum [m] in Catholicos.

m *Proſper. Iſidorus, Victor, Gennadius, Victor Tunnunenſis, & alij.*

Cohortium, quæ in Hiſpania ſunt præſtantiſsima hoc tempore Celtiberorum cenſetur, ſedetque Brigantij, habetque Suellos iaculatores, ex oppido Gello corrupte dicto ab ipſi militibus Suellis, qui præſtant arte iaculandi.

n *Iterum de Suellis iaculatoribus, qui à Celtiberia in Galleciam convolaverãt. Itaque non uno loco conſidebant, ut inde pluribus populis nomen ſuum indidiſſe fateare neceſſe ſit.*

Epiſtola B. Virginis ad S. Ignatium, & eiuſdem ad ſanctiſsimam Virginem manibus fidelium nunc teruntur.

Eodem tempore in Tabulario Meſſanenſi reperta eſt quædam epiſtola Hebraice exarata à B. Virgine ad eoſdem cives Meſſanenſes, & maximi ducitur. [o]

o Et Maximi dicitur.) *Corrige: maximi ducitur. Advertit etiam Tamaius noſter.*

Eodem tempore allatæ ad Hiſpanias relliquiæ ſacræ Virginis Theodoſiæ,

Digitized by Google

ſiæ p ad Cæſaream Paleſtinæ paſſæ ſub Maximiano, & ad oppidum haud ignobile, q Cantabriæ dictum Salviam terram cum maximo honore devectæ. eodem etiam anno repertæ ſunt relliquiæ S. Memmij Mantij Eborenſis in Luſitania Pontificis, & primi illius urbis Apoſtoli, qui converſo prius populo Catalaunenſi in Gallia, & poſtea in Hiſpanias traijciens Eboræ prædicavit, ubi & martyrium paſſus eſt. Fuit civis Romanus, & Chriſti diſcipulus, & ab anno 36. Chriſti ad annũ 106. ſub Traiano martyrium, uti dixi, pro Chriſti nomine paſſus eſt.

p Theodorij.) *Repoſui: Theodoſiæ: licet enim aliqui Theodoram vocent; tamen Theodoſiam appellandam ad Cæſaream Paleſtinæ paſſam evincit Baron. in notis ad mart. 2. April. & ita ſcriptum reperi in Cod. Arch. & Pin.*

q Ad oppidum hacid ignobile.) *Ignobilis exſcriptor ridicule lapſus ab Arabibus nomina expiſcatur, ut oppidi nobile nomen corrumpat. Itaque repoſui.* Ad oppidum haud ignobile. *Et in Cod. Pinedæ ita ſcriptum poſt hæc reperi.*

Per Hiſpanias celebris erat memoria Pomponij Paulati Toletani, Calidonij Braccarenſis, Luciani Cæſaraugustani Epiſcopi: qui præter quam fuerunt ſcriptores egregij, Concilio cuidam

Car-

Digitized by Google

Carthagineſi cum alijs Africanis inter fuerunt, & ſubſcripſerunt.

Florebát opera Iſidori Senioris [r] Epiſcopi Cordubenſis ſuper Lucam, & Reges: moritur anno Domini 430. micuit egregia doctrina, & opinione mirabilis ſanctimoniæ. Succeſsit in Sede Pontificali Cordubenſi Gregorio [ſ] viro ſanctiſsimo doctiſsimoque anno circiter 400. fuit Pontifex annis triginta.

r *Quæ etiam nunc extant in Biblioth. Vet. Pat. tom. 6. Poſſevin. in apparatu lit. I.*

ſ *Poſt Iginium Gregorius, poſt Gregoriū, Iſidorus Senior.*

Cum hæc ſcriberē regnabat in Hiſpania Theodoredus Rex, [t] currebatq; eius annus XXII. Romæ M. C. XCII. Chriſti C C C C. XL. Era C C C C. LXXVIII. ætatis vero meæ 72. Iam incipiente decrepita. Qui Rex ſucceſsit Vvaliæ, hic Sigerico, Sigericus autem Ataulpho, qui Barcinone patria noſtra occiſus XXI. Auguſt. anno 416. in cuius memoriam hoc ego carmine luſi.

t *Sic D. Hieronymus Euſebij chronicon, & ſuum abſolvit, quem imitari videtur.*

Belli

Anni Chriſ. | Anni Roma

Belli potens valida [u] natus de gente Gothorũ
Hic cum ſex natis [x] Rex Ataulphe iaces.
Auſus es Hiſpanas primus deſcẽdere in oras
Quem comitabantur millia multa virum.
Gẽs tua te, & natos demũ [y] invidioſa peremit
Quẽ poſt cõplexa eſt [z] Barcino magna parẽs.

u Belli potens valida natus de Gente Gothorum.
Hic cum ſex filijs, Rex Ataulphe, iaces.
Hæc Regis Ataulphi ſepulcralis epigraphe marmore inſculpta reperta fuit Barcinone avorum memoria. Sed quæ Ambroſio Morali, & Ioanni Marianæ viris doctiſsimis recentioris ſtyli viſa ſit. At cum in Dextri antiquiſsimis Codicibus reperiamus, fruſtra viri illi coniectant.

x Hic cum ſex filijs.) *Prolem non habuiſſe Auctor mihi eſt Lucas Tudenſis, lib. 2. & Rudericus Tolet. hiſt. Goth. lib. 2. cap. 6. Sed Ioannes Mariana de Rebus Hiſpaniæ lib. 5. cap. 2. Olympiodorum affert, qui Theodoſium Ataulpho, & Placidia genitum Theca argentea prope Barcinonem repertum, filioſque ex priore uxore de Siſegari ſinu abſtractos neci à Sigerico datos affirmat. Cum quibus Dexter conſentit.*

y Gens tua (tum demum nato) & te invidioſa peremit.) *Repoſui à coniectura, & carminis ratione.*
Gens tua te, & natos demum invidioſa peremit.
Et ita apud Moralem poſt hæc ſcripta vidi.

z Quem poſt complexa &.) *Repone eſt.*

SOLI DEO HONOR ET GLORIA.

Digitized by Google

CHRONICON
M. MAXIMI
EPISCOPI
CAESARAVGVSTANI.
AD
ARGEBATVM
EPISCOPVM
PORTVCALENSEM.

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRISTOPHORO
ALVARIO CANO-
NICO ECCLESIÆ COLLEGIATÆ SANCTI SALVATORIS HISPALENSIS BONORVM PATRONO, AMICO OPTIMO.

RVDERICVS CARVS S. P. D.

SOlebant officioſæ, ac peritæ nutrices, ut urenteis, oculos à tenellis puſionibus inhiberent, facinumq́; averterent, AMVLETA quædam ipſis appendere: quandoq́;, & BVLLAS togis prætextis affigere, ut ornamento eſſent, inquit Cicero, pueritiæ, indiciumque, & inſigne fortunæ. Alijs etiam CREPVNDIIS eoſdẽ ornabant pueros, ut ſi quando aberraſſent, dignoſcerentur. Ita etiam ego, Chriſtophore bonorum amantiſsime, amicorumq́; optime, has meas qualeſcumq́; lucubratiunculas in M. Maximi Epiſcopi Cæſarauguſtani, viri ſanctiſsimi, chronica luci daturus, volui debuiq́; nomen tuũ ipſarum ſtatim frõti affigere, & inſcribere, ut veluti AMVLETVM, pæſtilenteis invidiæ afflatus, aut noxios linguarum mor-

Digitized by Google

moiſus inhibeat, & amoliatur. Licet enim parvitas mea me ſatis ab invidia præſtat immunem,

Sed nova pæſtis adeſt, cui nec virtute reſiſti,
Nec telis, armiſque poteſt,

Hominum genus exitiabile, qui ſe alienorũ operũ Ariſtarchos, Zoiloſq; fateri non verentur, & velut œſtro perciti, probris, maledictiſq; perſtrepunt, & viros bonos, qui malunt ſtadium literarum decurrentes aliquando inſcopulum impingere, ac cadere, quam ſegnes, & oſcitabundi ab Orcheſtra alios ſpectare, aculeis venenatis inficiunt, pungunt lacerant. Qui ubi primum hæc noſtra frivola (Dij meliora) viderint,

Ingeminent tremulos, naſo criſpante, chachinos.

At ubi nomen tuum, ut clypeum Abderitæ Democriti, pro foribus appenſum inſpexerint, veluti Acãthiæ cicadæ obmuteſcant. Aut (quod mitius opto) à te ipſo admoniti, veluti ab Harpocrate ſilentij Deo, digito labra comprimant. Is enim es, qui cum tot annis D. Petri Caſtrij Archiepiſcopi Granatenſis, poſtea etiam Hiſpalenſis, patroni heu quondã noſtri à ſecretis eſſes, ita res ſanctioris conſilij ſilentio obligaſti, ut tãquam Eleuſina myſteria tegeres, & Amyclæo more, vel ſilentiſsimos quoſque doceres, qua religione Principum arcana tractanda ſint; quod in hoc loquaciſsimo ævo, quo etiam Regum ſacroſancta ſilentia à profanis vulgantur, inſtar miraculi eſt. Nomen quoque ipſum, quo te die

luſtrico

Digitized by Google

luſtrico honeſtiſsimi parentes inaugurarum, in hæc ſalutiferam ſpem affulget. Chriſtifer enim es, larvæque, ac noctium terriculamenta, & occurſacula, audito hoc ſalutari nomine, tanquam cœleſti Aurora afflata, evaneſcunt. Et non peccem in cœlum terramque, ſi nomine tuo Chriſtifero, id eſt, ſalutifero, depulſorium aliquod numen depoſcam?

Sed ne triſtiora, quaſi Parcarum neceſsitate cõpulſus, pertimeſcam, Bullas ornamentum puerorũ, inſigneque fortunæ dixi: ea omnia te huic opellæ præſtare, & ornamento eſſe contendo. Ita enim virtutem, & literas amaſti, adeoque virtutis, & literarum ſtudioſos, ut omnes te ſuum Mecœnatem ſuſpiſcerent, quos tu foviſti, aluiſti, ornaſti.

Quæ munia in aula illa ſubieris, quæ munera præſtiteris, ſciũt omnes. Dum enim alij offucijs gratiã Principis aucupio captabant, tu officijs frequẽtibus demereri ſatagebas. Dum illi opes inſaciabiliter inhiabant, & ſe ſuoſque ultra ius faſq; divitijs infertiebant, tu Sacerdotum corrigendis moribus, & reipublicæ Eccleſiaſticæ ad priſcos mores reſtituendæ totos dies noctéſque invigilabas.

Opes ſi quæ tibi fuerunt, pauperibus inſumebas: hoc de te pupili domi, & Salmãticæ alti, viduæq; orbitate miſeræ, ſolatio deſtitutæ, etiam te nolente, prædicabunt. In conſilijs quam aperta ſententia! quam libera! quam ad rectum iuſtitiæ tramitem compoſita! ſi quid forte amarius renuntiandum,

ita

Digitized by Google

ita iucundo, & placido vultu, lenique ſermone attẽperabas, ut qui ſine ſpe optata potiundi recederẽt, alacres, & grati abirent. Aſtræam illam ſeveram, ac plane cœleſtem Deam, ita iucunditate, comitate, ſuavitate, ideſt, tribus Charitibus ad ſociabas, ut chorum eundem amicabili nexu ductarent. Qua tua animi moderatione neſcio, utrum maiore cum laude præmia merueris, an reieceris.

Vereor iam, quam vera hæc verecunde accipias, & tuarum laudum, vel modicam partem, quanta cum modeſtia audire recuſes. Sed nec mihi decorum fuiſſet prætermittere, nec tua in me collata beneficia ingratum eſſe ſinerẽt; quod homini libero, ac honeſtis parentibus nato indeprecabilis pœnæ piaculum iudico. Neq; mihi cum Laberio bene convenit, *Pars beneficij eſt ſi belle neges*, dicente: nõ hoc amicitiæ, aut gratitudini dari unquam velim: fateamur ſaltẽ nos devinctos, & pignora, ſi nec exolvere valemus, in ſpem fortunæ obſequentis differamus. Quod ad me attinet, chariſsima quæque, potius quam expectationem meam deſquoquam.

Quod ſi per fatũ id perficere nequiverim, & beneficia, quibus tibi devinctus ſum, obliviſcar, ideſt, ſi aliquando à me ipſo receſſero, tunc his Crepundijs, quibus Maximum meum ornavi, *Si fas eſt cineri me ſupereſſe meo*, & hac ſyngrapha oppigneratus, tuus in ævum dignoſci voveo. Nunc vero à te ignoſci. *Vale.*

SAN-

SANCTO, ET VENERABILI DOMINO ARGEBATO EPISCOPO Portucalenſi.

M. MAXIMVS SALVTEM in Domino.

CVM eſſemus in urbe Regia ad Concilium evocati à Dño noſtro glorioſo Rege Flavio Gundemaro, ſæpe inter nos cõvenimus, cum & ſermo multus eſſet de hiſtoria Regum, quam non multo ante in lucem edideram. Tunc ad relatum noſtrum deduxit ſanctitas, tua, ſe velle habere continuationem omnimodæ hiſtoriæ, quam fecit Fl. Lucius Dexter: quod ſatis verecunde ab humilitate noſtra flagitaſti. Et cum tu pro tua benevolentia, & mea in te obſervantia, mihi iubere potuiſſes: maluit à me ſanctitas tua precibus contendere; quod quaſi pro iure ſuo poſ-

ſet imperare, vel potius exigere, quod iuberet. Sequemur rationem temporum more noſtro per Eras Cæſaris, & annos Chriſti, magis quam annos Vrbis, Conſulum, aut Auguſtorum. Vtinam tam diligenter fecerim Imperata, beatiſsime pater, quam conatus ſum exequi libenter: produxi namque rerum narrationem ab Era Cæſaris 469. ad Eram 650. id eſt ab anno Chriſti 431. ad annum Chriſti 612. Paulo poſt mortem Fl. Gundemari. Vitam S. Patris noſtri Benedicti verſibus Heroicis, expolitam primo quoque tempore ad Beatitudinem tuam tranſmittam. Me tuis orationibus plurimum Deo commenda, ſanctiſsime, & venerabilis Pater. Beneiterum, atque iterum in Domino. Vale.

AD Argebatum Portucalenſem Epiſcopum.) *Argebatus, ſive Argicvitus Portucalenſis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Tolet. 3. & Decreto Gundemari Regis: fuitque ex ijs, qui Arianam Impietatem abiurarunt.*

Expolitam. *In Arch. Hiſp. explicitam.*

Me tuis ordinibus commenda.) *In Archiep. orationibus. Ex quo emendavimus, ita etiam exemplar. Eccleſiæ Hiſpal.*

CRONI-

Era Cæſa. Anni. Chriſ.

CHRONICON M. MAXIMI Cæſarauguſtani Epiſcopi.

468 AVguſtinus in Africa migrat Doctor glorioſus ad cælos.[a] 430.

a Auguſtinus in Africa migrat Doctor glorioſus.) *Ex Poſsidij ſcriptis de vita, & obitu D. Auguſtini, Paulo Diacono lib. 14. Cum ab Imperatore Theodoſio ad Concilium Epheſinum evocaretur, Theodoſio XIII. & Valentiniano III. Conſulibus. Hoc eodem anno, qui à M. Maximo ſignatur, quod Liberatus ſignificat hiſce verbis:* Scripſit Imperator, & Beato Auguſtino Hipponenſi Epiſcopo per Ebagnium Magiſtrianum, ut ipſe Concilio præſtaret ſuam præſentiam, qui Ebagnius veniens Carthaginem Magnam audivit à Campolo (lege Capreolo) B. Auguſtinum migraſſe ad Dominum.

Dracontius[b] Presbyter lõgævus moritur Oſcæ.

b *De Dracontio agit D. Iſidorus de viris illuſt. cap. 37. Illefonſus in Eugenio c. 14. liber de mundi creatione extat in Bibliotheca Vet. Pat. tom. 8. alias 6.*

Alani, Vvandalique[c] mutant nomina in Bætica: nam Ancanicum vocant Alanis: [d] Calem Cacalni: [e] Fortunales oppidum S. Nicolaj: [f] Tereſes Canani: [g] & poſt in Tarraconenſi cõſiſtunt in oppido Palfuriana, [h] ubi natus eſt S. Oren-

Digitized by Google

Era. Caſa. S.Orentius Epiſcopus Illiberitanus in Bætica,qui moritur anno Domiui 481. Poſtea Alani migrantes in Luſitaniam ex oppido Ierabrica fecerunt Alanquerem,& Alburquerquerum. i

c Elani Vandalique.) *Repoſui Alani Vvandalique. Eadem referuntur à D. Iſidoro in hiſtor.Vvandalic. Rod.Tolet.* c.10.*&* 11.*Mariana lib.5.cap.2.*

d Ancanicum vocant Alanis.) *In Archiep. C.& Pin. Aenexpicum. Nomen retinet* Alanis.

e Caleni Calcarii.) *In C. Arch.& Pin.* Callem Caçallam. *Forſitam idem oppidum eſt, quod vocatur à Plinio* Callet *lib.3.cap.1.fuitque ſtipendiarium in conventu Hiſpalenſi. Mihi pervetuſtus nummus eſt ab altera parte caput galeatum,& poſtica ſpicæ, & literæ C A L L E T. In eo tractu eſt* Cala,*hodie etiam Hiſpali contributa.*

f Fortunales oppidum S. Nicolai.) *In Plinio eo etiam tractu. Tereſibus Fortunales. Hodie* San Nicolas *eſt ibi oppidum.*

g Tereſes Canani.) *Primum in Plinio videmus, & forſitam eſt* Gnadalcanal.

h Palfuriana.) *A Tarracone 17.M.P. Antonino in itin.* Vbi natus eſt S.Oriẽtius qui moritur anno 448. *At ubi exitum eius ſcribit,annum* 481.*commemorat,quod verius.*

i Ex oppido Ierebrica fecerunt Alanquerem, & Alburquerquerum.) *Mariana lib.5. cap.2. Morales lib.11. cap.17.*

469 Nationes variæ in Hiſpania tumultuantur, & hoſtiliter pugnant. 431

l *Vvandali, Alani, Suevi, Silingi, Gothi, Vviſegothi*

thi

thi interſe, & cum Romanis & Hiſpanis ſæpiſsimè Cadmæo, infelicique exitu.

70 Aſperitas hyemis ſaluti plurimorum nocuit. 432.

S. Iſidorus Senior[m] dedicat librum Alegoriarum Oroſio Epiſcopo Legionis Septimæ Gæminæ in Hiſpania.

[m] *At uti ex Dextri fragmentis comperimus, iam Iſidorus Senior deceſſerat anno 430. ergò hæc quo ad ſui principium retro referri oportet, & librum nunc in pretio eſſe, & lectitari cæptum fateamur neceſſe eſt: quod non ſemel Chronologi faciunt per metalepſim ſæpius, & prolepſim etiam aliquando.*

Severus Epiſcopus Lamecenſis[n] floret ſcriptis: inter fuit primo Concilio Toletano.

[n] *In Concilio Tolet. 1. ſubſcribit Severus 3. loco Serenus 7. ſed neutri ſedes aſsignatur.*

S. Marcellinus[o] domo Toletanus. Tribunus prius 6. Aprilis propter fidem Catholicam Carthagine patitur.

[o] *Suas ſedes mutarunt vocabula. Itaq; repoſuimus:* S. Marcellinus domo Toletanus, & Tribunus prius 6. Aprilis propter fidē Catholicam Carthagine patitur.) *Vir fuit fama notiſsimus, Tribunus notariorum ab Honorio in Africam miſſus ubi fraudibus Donatiſtarum pro fide Catholica obtruncatus. De eo D. Hieronym. lib. 3. contra Pelag. Paulus Oroſius lib. 7. c. 42. Divus Auguſtinus eo uſus eſt familiariſsime, ut plurimæ ipſius epiſtolæ teſtatum habent.*

Aetius

Digitized by Google

Era. Cæſa. Aëtius Bonifaciũ declinans ad munitiora contendit. Ann. Chri.

Bonifacius, inito certamine, [p] moriturus victor evaſit.

p *Paul. Diac. lib. 14. Idacius in Chron.*

471 Aetius ad Richilam, [q] qui tunc Hunnis præerat, confugit, & auxilio ſibi comparato, ad Romanum ſolum redit. 433

q Aelius ad Richilam.) *Repone. Aetius. Eſt idem qui ſupra. Rem narrat Diaconus hiſce verbis:* Aetius vero cũ depoſita dignitate agro ſuo degeret, ibique eum quidam eius emulus repentino in curſu opprimere tentaſſet, profugit ad urbem. Atque illinc ad Dalmatiam, deinde Pannonias ad Huunos venit, quorum amicitias auxilioque uſus, parem principatum, & ius interpollatæ poteſtatis obtinuit. *Fuit etiam Richila Suævorum Rex, alius tamen ab iſto Hunnorum, quem Diaconus non nominat. Idacius quoque Aetium dignitatem recuperaſſe eſſerit.*

Richila Rex Hunnorum moritur: Bleda [r] ei ſuccedit.

r Blada.) *Repoſui Bleda.*

473 Theodoretus Rex Gothorum [ſ] regnat in Hiſpania. 435

ſ Theodoretus Rex Gothorum.) *A Dextro Theodoredus à D. Iſidoro Theodoricus, à Roderico Tolet. Theodoredus. Variant quoque in tempore, Iſidor. Era 467. Rodericus 469. lib. 2. c. 8. hiſt. Gothicæ.*

Bellum

Digitized by Google

Æra cæſa. Anni. Chriſ.

Bellum contra Burgundionum gentem [t] atrox exarſit, quo natio univerſa pene cum Rege Pereſio [u] eſt deleta.

t *Ductore Aetio. Sic Idacius.* Aetio duce, & magiſtro militum Burgundionum cæſa viginti millia.

u Cum Rege Pereſio eſt deleta.) *In Pinedæ C. Rege Perſio. Suſpicor legendum:* Per Aetium. *Nam Burgundionū Regem Gundicarium Diaconus nominat lib.* 14. His etiam temporibus Gundicarium Burgundiorum Regem intra Gallias habitantem Aetius Patricius bello obtrivit, pacemque ei ſupplicanti conceſsit. *Itaque legendum:* Natio univerſa pene per Aëtium deleta eſt. *Viderint doctiores, qui ſi de ſupercilio aliquid remitere velint, forſitam probabunt.*

Ataulpho Regi Vviſegothorum [x] Sigericus, huic Vvalia ſuccedit: Vvaliæ Theodoredus, ordine quodam inter eos ſervato.

x Ataulpho Rege Vviſegoth.) *Iſidorus, Idacius, Rudericis, Mariana, & ceteri rerum Hiſpanicarum ſcriptores.*

Interea à Vvandalis deletur Carthago [y] in Africa.

y *Paulus Diaconus, Proſper Aquitanicus, Idacius.*

Maiorianus, vel Maiorinus [z] Epiſcopus Toletanus ſuccedit Eſichio. Maiorinus hic fuit frater Maioriani Auguſti.

Era Cæſa z Maiorianus, vel Maiorinus.) *Idem etiam Martinus dictus à Loaiſa in Catalogo, & Iuliano Petri in chron.* Anni Chriſ

Huic poſtea ſuccedit Caſtinus [a] vir Conſularis, pater ſimplicij Papæ. [b] Hic Dux relicta militia, & ſæculo, Clericus factus electus eſt Archiepiſcopus Toletanus, ut ſuo loco dicetur. Hic dedit nomen oppido valido in confinio Vaccæorum non procul Segobia, quod dictum eſt Villa Caſtini.[c]

a *Cuius nomen ex faſtis Conſularibus ex punctum, ſed ab Auctoribus paſsim reditum.*
b *Platina in Simplicio, & Ciaconus.*
c Villa Caſtini.) *Hodie nomen retinet.*

475 Hoc anno Theodoſianus Codex [d] omnium legum à legitimis Principibus editarum correctus in lucem prodijt. 437.

d *Codicis Theodoſiani promulgatio facta eſt Theodoſio decimum quintum, & Valentiniano quartum Coſſ. Novella. Theodoſ. tit. 1. hic eſt à partu Virginis annus 435. Sed nec noſter Auctore deſtituitur, ſiquidem ſuffragatur Holoander, qui Conſulatum illum Theodoſij ad annum 437. traijcit.*

476 Lampio [e] Epiſcopo Barcinonẽſi Baccaugius [f] ſuccedit. 438.

Digitized by Google

Era Cæſa. e *Is eſt, qui S. Paulinum ordinavit, qui à Diago in Chronologia perperam Olympius vocatur.* Anni. Cihrſ.

f *Padilla in verſo ordine S. Pacianum ſufficit, & Paciano Nundinarium, Diagus Berenguerium. Sed quo iure ipſi di-*
468 *cant.*

Paccatis Galliarum motibus Avitus [g] Imperator ad Italiam redit.

g *In auxilium exinanitæ reipub. Imperator ſalutatus. Diacon. in fine lib. 15. idē Idacius.* Avitus in Gallijs, & ab exercitu Gallicano, & ab Honoratis (corrige: Honoriacis) primum Toloſæ, de hinc apud Arelatum Auguſtus appellatur. *Qui tamen breviter vita exemptus, ut Paul. Diac. initio lib. 16. ait.*

Camone Caſtro prope Nerium promontorium [h] in Gallæcia S. Maximus diſcipulus S. Martini floret.

h *Eadem Gregorius Turon. de glor. conf. cap. 22. citatque eius acta carmine ſcripta Molanus in addit ad Vſuardum, & Martyrol. Rom. 20. Auguſti. Niſi quod in eo Cainone parum diverſo vocabulo.*

477 Omnia Valentiæ rura [i] in Luſitania Alani, quibus Salida præerat, addita fuiſſe dicuntur per eundem. 439.

i Omnia Valentiæ rura.) *In Arch & Pin. C.* Iura. *Quæ urbs ſit Valentia hæc Luſitaniæ, in ambiguo eſt. Adi Moralem lib. 8. cap. hiſt Hiſpan.*

Digitized by Google

Era. Cæſa. 482 | Anni. Chriſt. 444.

Fl. Lucius Dexter [l] pene decrepitus obijt 10. Kal. Iulij Barcinone, vir plane doctus, prudens, & pius.

l *Cum vixiſſet annos plus minus. 76.*

Sabino Epiſcopo [m] Hiſpalenſi extruſo per vim maximam, eius loco in Sede Hiſpalenſi intruditur Epiphanius.

m *Idacius in chron.* Olymp. 305. Sabino Epiſcopo factione de Hiſpali depulſo, in locum eius Epiphanius ordinatur fraude, non iure. *Vaſſæus anno* 441. *Moral. lib.* 11. *cap.* 24. *Padilla Cent.* 5. *cap.* 19.

Britanniæ, [n] uſque ad hoc tempus varijs cladibus dilaceratæ, tandem per deditionem Saxonibus traduntur.

n *Diaconus lib.* 14. Sequenti deinceps tempore gens Anglorum, ſive Saxonum Britanniam tribus longis navibus advehitur, quorum dum iter proſperatum domi fama retuliſſet, mittitur nihilominus exercitus multiplex: qui ſociatus prioribus, primum hoſtes, propter quos petebatur, abigit: deinde in Britones arma convertit: confıcta occaſione, quaſi pro ſe eis militantibus, minus ſtipendia præparaſſent; totam prope inſulam ad Orientalem eius uſque ad Occidentalem incendio, vel gladio ſibi ſubigit. *Eadem Theophanes, & Gildo Britannus.*

A pace hymni gaudeamus; [o] & Catharina mirabilis [p] in Eccleſijs Hiſpaniæ.

o Apare

Im o Apare Hymni Gaudeamus.) *Duo reconciliatæ pacis* Anni.
Cris. *fœdera apud veteres hoc tempore invenio. Primum initum eſt* Chriſ.
inter Aetium, & Albinum Romanorum duces, Auctore Leone Magno, Valentiniano quintum, & Anatolio Coſſ. Secundum Pacis fœdus initum eſt cum Vvandalis, & Giſſerico eorum Rege, Dioſcoro, & Eudoxio Coſſ. anno Chriſti 442. quãvis proſper in chronico horum Conſulatum ad annum 445. differt. Hæc ſecunda pax communior, & generalior toti orbi Romano fuit. De ea Paul. Diac. lib. 14. Eodem tempore pace tocius orbis ex mirabili conſenſione Bonifacius ab Africa ad Italiam per Vrbem redit, accepta magiſtri militum dignitate. *Proſper. in chron.* Totius orbis pace, & confeſsione (*Corrigo conſenſione*) mirabili Bonifacius ab Africa ad Italiam pervenit. *Meminit etiam Pacis huius Idacius in chron. Olym. 304. Victor. lib. 1. de Perſecut. Vvandalica. De Hymno illo: gaudeamus quid reponam non habeo, niſi quod in primæ claſsis, ut aiunt, feſtivitatibus, ab eo Miſſa incipitur:* Gaudeamus omnes in Domino diem feſtum celebrantes. *Qui forſitam ab hoc tempore initium habuit.*

p Et Catharina mirabilis in Eccleſijs Hiſpaniæ.) *Eo ipſo anno, quo pax confirmata eſt, celebratum eſt Concilium ſecundum Vaſſenſe, in quo decretum eſt, ut Triſagium & Hymnus glorificationis in omnibus clauſulis caneretur. Vt elicitur ex eius Concilij Canone 4. & 5. Porro Triſagium erat canticum illud, quod puer in altum elatus ab Angelo mirabiliter cecinit SANCTVS DEVS. SANCTVS FORTIS. SANCTVS IMMORTALIS, MISERERE NOBIS. Cum in urbe Conſtantinopolitana terra ſubſultu quateretur inſolito, de quo Baronius tom. 6. Ann. 446. num. 12. Vnde mihi magna ſuſpicionis occaſio ſuboritur hunc locum emendandi, &* pro: Catharina mirabilis: Cantilena mirabilis: *ſub ſtituendi. Quid enim nunc Catharina cum Eccleſiis Hiſpaniæ commune habet, ut ab hoc tempore ea mirabilis cenſeretur? Sentio corruptionem, & amoliri*

non

Fra Cæſa. *non audeo exemplaribus deſtitutus. Tu lector veritatis arbiter æquus ſedeto.* Anni Chri.

Sancte moritur Imerius Epiſcopus Tarraconẽſis [q] interfuit Concilio Cæſarauguſtano.

q *Himerius Epiſcopus Tarraconenſis ſcripſit Damaſo, qui morte interceptus reſcribere ipſi non potuit. Fecit Siricius, miſsitque epiſtolam decretalem, quæ eſt in 1.tom. Concil. refferturque in cap. Monachos 16. quæſt. 1. Vixit Himerius hic in ſede 60. annos, aut circiter: ſi tamen idem eſt, cuius meminit D. Iſid. cap. 16. in Siricio, ubi Ioannes Loaiſa* Eumerium *ſemper ſcribi in veteribus Codicibus Author mihi eſt.*

485 Leo Eccleſiæ Romanæ quadrageſſimus quintus [r] Epiſcopus, qui Pontificalem dignitatem inijt, meritis floret. 447.

r Leo Eccleſiæ Romanæ quadrageſimus quintus.) *à Platina quadragueſsimus ſeptimus numeratur.*

486 Alani in Hiſpania, Carpetaniam, & Carthaginenſem provinciam invadentes, multis urbibus vaſtatis, poſsident. 448.

Hermenericus [ſ] Suævorum Rex prope civitatem Emeritam Auguſtam Luſitaniæ metropolim in Ana fluvio Luſitaniæ ſuffocatur.

ſ *Qui haut procul Emerita Auguſta:* Quam cum S. Martyris Eulaliæ iniuria ſpreverat, in flumine Ana divino bra-

Digitized by Google

brachio præcipitatus interijt. *Ita Idacius Olym.* 302. *Ruderic. Tolet. cap.* 17.

Richila Suævorum Rex[t] pene totius Hiſpaniæ Monarcha fit.

t *Idacius in chron. Olymp.* 304. *Rudericus in chron. lib. unico cap.* 18. *Morales ubi ſupra.*

Synodus Arauſicana[u] poſterior in Gallia colligitur.

u *Conciliorum concinnatores hoc ſecundum Arauſicanum Concilium ſub Leone referunt, vel Hilaro. Baronius quoque 6. tom. Annal. ad ann.* 461. *de eo agit. Sed poſtea tom.* 10. *ad annum* 529. *tranſtulit. Cauſam apud eum require. Forſitam ſi noſtrum Maximum vidiſſet nihil mutaret. Meminit etiam huius Concilij Iuliannus Petri, vocatque Gallicanum.*

Bleda Hunnorum Rex fraude fratris Attilæ perimitur.[x]

x Attila dum cum fratre Bleda regnum intra Pannonias, Daciamque gereret, Bledam ſuum germanum, & regni conſortem peremit, *Paulus Diaconus lib.* 15. *Proſper in chron.*

S. Leo Papa ſcribit ad Epiſcopos Hiſpaniæ, & præcipue ad S. Turibium[y] Epiſcopum Aſturicenſem.

y *Epiſtola in* 91. *quæ habetur* 2. *tom. Concil. reliquæ perierunt. Padill. Cent.* 5. *c.* 2. *alias ea epiſtola eſt.* 93.

Præſi-

Digitized by Google

Fra Cæſa. Præſidente S. Turibio [z] Epiſcopo Aſturicenſi S. Leonis Papæ legato; qui apud aquas Celenas,[a] oppidum Gallæciæ fuerat; Toleto [b] in Hiſpania conveniunt frequentes Epiſcopi præcipue idem Turibus Aſturicenſis, Idacius Lamecenſis, Aſcanius Tarraconenſis, Maiorianus Toletanus, Epiphanius Hiſpalenſis, Balconius Braccarenſis, Nundinarius Barcinonenſis, [c] Petrus Cæſaraugustanus, & alij Epiſcopi, & Abbates contra errores Priſcilliani tunc denuo repullulaſcentes, prius tamen iam conſopitos, & tota Hiſpania depulſos.

z *Eius Concilij acta ita habent, ipſe enim S. Leo Turibio congregandi Concilij formam præſcripſit in epiſt. 93. ad finem*

a Apud aquas Celenas oppido.) *Corrigo:* Oppidum Gallæciæ. *Hæc Concilij acta immixta ſunt cum alijs Toletanis Concilijs. Morales lib. 11. cap. 24. Porro Aquæ Celenæ hodie,* S. Iorge de Codeſeda *vocatur.*

b Toleti in Hiſpania.) *Immerito viri doctiſsimi de loco celebrati Concilij dubitarunt. In eo ſiquidem ita ſcriptum:* Ipſi etiam, & ſupra ſcripta viginti canonum capitula ſtatuerunt in Concilio Toletano. *Moral. lib. 11. cap. 25. Padill. Cent. 5. cap. 22.*

c Bacconius Braccarenſis.) *Alias Balconius: at qui potuit præſens eſſe Balconius? Siquidem regula fidei à Patribus tradita, ad Balconium tranſmiſſa fuit. Concilij verba accipe* Incipit regula fidei Catholicæ contra omnes

hæreſes

hæreſes, & quam maxime contra Priſcillianitas, quam Epiſcopi Tarraconenſes, Carthaginenſes, Luſitani, & Bætici, fecerunt. Et cum præcepto Papæ urbis Romæ Leonis ad Balconium Epiſcopum Galliciæ tranſmiſſerunt. *Sed non dubium eſt præſentem fuiſſe Balconium, ſiquidem M. Maximus affirmat: cumque Metropolitanus Gallæciæ eſſet, ubi maiori ex parte Priſcillianiſtarum veſania vigebat, neceſſario convocandus erat ad Concilium. Quod autem ipſi regula fidei tranſmiſſa ſit, nullum negotium faceſsit, ſiquidem tanquam Metropolitano Provinciæ Gallæciæ, etiam præſenti demandari potuit Concilij executio. Baronius aliter ſagaci coniectura rem tranſigit: illum audi.* Sic igitur haud obſcure ſignificare videtur idem qui ſupra Lucretius, ſeorſim conveniſſe dictarum provinciarum Epiſcopos, (*ſcilicet Beticæ, Luſitaniæ, Carpetaniæ*) cum Balconio Epiſcopo Braccarenſi. Epiſcopos vero Provinciæ Gallæciæ ſeorſim de rebus penes ſe geſtis dediſſe literas ad eundem Balconium. *De loco etiam celebrati Concilij Epiſcoporum Gallæciæ, mirum eſt, quam cum Maximo conveniat Baronius, inquit enim:* Quod vero in Gallicia ſub Balconio collectum eſt Concilium, illud eſſe celebratum in municipio *Celenenſi apud Lucenſem urbem, vetera produnt monumenta, quibus, & recentiores Hiſpani conſentiunt. Baron. 6. tom. ann. 447. num. 16.*

487 Euſebius Lugdunenſis Epiſcopus,[d] & Hilarius Arelatenſis[e] egregiam mortem meritis, & ſanctitate plenam finiunt. 449.

d *Hoc tempore* Eucherius *Epiſcopus Lugdunenſis ſanctitatis, & literarum laude florebat, ſuſpicorque de Eucherio ſcripſiſſe: neq; enim Euſebius aliquis eius Eccleſiæ Epiſcopus*

Digitized by Google

Era. Caſa. *hoc ævo fuit. De Eucherio Gennadius de vir. illuſt. cap. 69. Honor. de Eccleſ. ſcript. cap. 63. Iſidor. de ſcript. Eccleſ. c. 28. Marcellinus etiam in chron. Fuit etiam Euſebius Mediolanenſis, qui ſcripſit S. Leoni Magno Epiſtolam fidei ſuæ.*

e *Vitam conſcripſit Honoratus Maßilienſis Gennadius. c. 69. Martyrol. Rom. 5. Maij Iſidor. c. 29.*

Hæreſis nefaria à quodam Archimandrita, nomine Eutychete [f] excogitata in perniciem religionis ſerpit.

f *Negabat duas eſſe in Chriſto naturas. damnatus eſt à Concilio Chalcedonẽſi act. 1. Theodoretus lib. 4. in fine. Liberatus breviar. cap. 11. Marcianus Auguſt. l. ult. C. de Apoſtatiſ. Victor Tunnunenſis in chronico. S. Leo Magnus pluribus epiſtolis.*

488 Valentinianus Iunior, & Marcianus [g] imperant. 450.

g *Ille ab anno 425. hic ab anno 450. Ex Onuphrio Baronio, & Spondano.*

Hoc anno 8. Maij Maiorianus [h] Epiſcopus Toletanus e vita diſceſsit.

h *Aliter Iulianus Petri.*

Succedit Maioriano in ſede Toletana, Caſtinus vir militaris, [i] ad quem ſcribit S. Leo, ſicut ad aliarum civitatũ Præſules.

i *Ma-*

Digitized by Google

Anni. Chriſ.

l *Magiſter militum fuit, & Conſul. de eo multa apud Paulum Diac. lib. 14. & 15. Idacium in chron. Iulianus Petri de eo.* Caſtinus S. Maioriani Archidiaconus omnium ſuffragijs Maioriano ſuccedit. *Nos in Dextro aliqua de Caſtino.*

Hoc tempore apparuit Reipub. facies valde miſeranda, [l] nam nulla fuit provincia abſque barbaro incurſore, & nefanda Arianorum hæreſis, quæ ſe iam pridem barbaricis miſcuerat nationibus, nomen Catholicæ fidei toto orbe peſumdedit, & miſerabiliter defœdavit.

l *Recrudeſcente in Africa Vvandalica perſecutione: confligentibus in Italia Odoacre, & Theodorico. Gallis Britanniam vaſtantibus. Theodorico paulo poſt Hiſpanias* invadenti *occurrit Recciarius cum magna militum multitudine. Hiſpaniam proſternit uterque. Erulis maritima Gallæciæ, & Bæticæ depredantibus. Paulus Diac. Idacius, Iſidorus, Iornandes, Palmerius.*

490 Sancta Synodus univerſalis Chalcedone coacta, [m] quæ damnat hæreſes Eutychetis, & Neſtorij hæreticorum. 452.

m *Victor Tunnunenſis ſub Marciani 8. Conſulatu. Baronius tom. 6. ann.* 451.

496 Toleti contrahitur Synodus, [n] ubi recipitur fides Concilij Chalcedoneſis. 458.

Era Cæſa. n *Iulian. in chron.* Frequentes in Hiſpania Synodi circa Concilij Chalcedonenſis approbationem Toleti ſub Caſtino. Braccaræ ſub Balconio. Hiſpali ſub Eugenio. Emeritæ ſub Sempronio. Ann. Chriſ.

Mortuo Caſtino Toletano ſuccedit illi Fl. Paternus [o] cognatus S. Eutropij Nertobrigenſis [p] Epiſcopi: qui Paternus etiam alio nomine Campeius dicitur.

o *Hic, ut ait Maximus*, Campeius *etiam dictus*, *& ita in eius Eccleſiæ tabulis ſuccedunt Campeius Caſtino, Caſtinus Maiorino, vel Martino, Martinus Iſicio, &c. Iulianus Petri de Caſtino*: Hoc anno, Caſtino vita functo, ſuccedit eius Archidiaconus Flavius Paternus Iulianus Campeius vir conſularis.

p S. Eutropij Nertibrigenſis Epiſcopus. *Eum eſſe ſuſpicor Eutropium, qui Paulum Oroſium ad Africam miſsit ſuper animæ origine conſulturum. Meminitque Padilla Cent. 5. cap. 9.*

497 Petro Cæſarauguſtano, qui ſucceſsit Valerio [q] tertio huius nominis, ſubrogatur Simplicius etiam Epiſcopus. 459.

q *Tres Valerios à coniectura elicuimus in Dextro, in hoc Maximi teſtimonio confirmātur totidem, Martinus Carrillus hic alios duos Epiſcopos Vincentios interijcit in hiſt. S. Valerij, ſed nos à Maximo ſtamus, dum res non liquet.*

Trāslatio corporis S. Vincentij [r] Confeſſoris ad montem Vendiacum in Celtiberia prope civitatem Bilbilitanam.

Vixit

Digitized by Google

Vixit ſæculo Conſtantini Imperatoris. Prius ſepultus eſt, & ad oppidum Grorbios in Gallæcia à Maximiano Abbate Pictavienſi ſepultus. Credi poteſt ad Hiſpanias conveniſſe viſendi ſepulcri S. Iacobi cauſa. Iam natus annis 136. annorum tunc ſub Daciano Præſide Hiſpaniarum, civis Theſalonicenſis, cuius filiam mirabiliter ſanitati reſtituit, cum prius graviter ægrotaſſet.

r *De hoc S. Vincentio, niſi ſit is, de quo 20. April. in Martyrol. Roman. agitur, non habeo quid reponam. Immo fateor ingenue totum hunc locum me non intellexiſſe, & ut conclamatum peritioribus criticorum filijs, ut ipſi medicinam faciant, deſeruiſſe. Cetero quim plures fuere Vincentij tam in Gallia, quam in Hiſpania, quos recenſet Martinus Carrillus, in S. Valerij hiſtoria cap. 10. Proverius ad Venantium Fortunatum cap. 8. Franciſcus Diegus Ainſa in hiſtor. Oſcenſi lib. 2. cap. 19. De monte Vendiaco, niſi ſit Vindius (quod valde ſuſpicor) nihil compertum habeo. Vindius mons prope Pirenaeos fuit, vel illorum pars alij* Montes Doca, *ſeu* Aſturias, *volunt. Adi Ortelium in Theſauro.*

Aetio, & [s] Studio Conſulibus mortuus eſt S. Lucianus [t] Presbyter, frater Lucinij Bætici, [u] ex urbe Bæte nunc Vtricula 25. die Maij.

ſ Aeſtio, & Studio Coſſ.) *Repoſui Aetio, & Studio. Fuit hic Aetius Iunior Aetij ter Conſulis filius, Opilionis*

frater

Fra- *frater. Ita ex Caſsiodoro, aſſerit Onuphrius in faſtis. Studij* Anni
Cæſa- *mentio eſt in l. Conventiculos, C. de Epiſcopis, & Clericis, &* Chriſt
in C. Theodoſ. lib. 16. 2. & 37. Auctor fuit Cænobij Studitarum, vel Acœmetarum, quod Conſtantinopoli in honorē S. Ioānis Bapt. ædificavit. Niceph. lib. 15. cap. 23.

t Mortuus eſt S. Lucius Presbyter.) *frequentior, ac verior ſcriptura Codicum* Lucianus *retinet, à quibus repoſuimus. Præterque Codicum fidem, id etiam Marcellinus in chron. de hoc Luciano Presbytero (ita cōiectamus:)* Lucianus Presbyter, vir ſanctus, cui revelavit Deus, his Conſulibus, locum ſepulcri, & relliquiarum corporum S. Stephani Martyris. *Gennadius eadem fere verba.* Lucianus Presbyter vir ſanctus, cui revelavit Deus temporibus Theodoſij, & honorij locum ſepulcri, & relliquiarum S. Stephani. *Nec fuit hoc tempore Lucianus Presbyter alius, vir quoque ſanctus, ac fama notus præter hunc, cuius mortem hoc anno tam accurate M. Maximus ſignat, fratremq; tradit Lucinij Bætici, & ex noſtra Bæ, ſive Vrricula.*

u Lucinij Bætici) *Ille eſt Lucinius Bæticus fide Catholica, eleemoſynarum largitione, nobilitate, divitijs, literis, & maleis claris virtutibus, clarior etiam D. Hieronymi Epiſtolis: cui amicitiam priſtinam teſtatus monumentum ære perennius Theodoræ eius relictæ viduæ ab Hieroſolymis tranſmiſit. Vide epiſtolam D. Hieron. 27. & 28.*

In regione Oppidana, & in Oretania x Hiſpaniæ floruit olim ſub Caſtino Archiepiſcopo Toletano Ruffus Magnus Feſtus Avienus, y qui ſcribit de Oris Hiſpaniæ, & ſitu orbis vario carminum genere.

x In regione Pedania in Oretania.) *Reſtitui.* In regione Oppi-

Oppidana, & in Oretania. *Oppidani populi, iſdem etiam Lancienſes, & Tranſcudani ex vetere lapide in Ponte Alcantaræ à Morale & Ortelio.* Anni Chriſ.

IGEDITANI. LANCIENSES. OPPIDANI. TALORI.

y *Nobilis etiam hiſtoriæ Romanæ Auctor. V. C. cuius opera adhuc extant: ſcilicet Ora maritima Hendecaſyllabis. Deſcriptio orbis terrarum heroico carmine. Fabulæ Aeſopicæ carmine Elegiaco. Hiſpanũ fuiſſe aſſeuerat Matamoros in de Academijs, Morales, & alij: vide Poſſevin. in Bibliothec. lib. 16. cap. 21.*

Per hæc tempora floret in Bætica in territorio Arcilacenſi [z] S. Victor Eremita, [a] vir egregie ſanctus: de quo memoriæ proditũ eſt ab utero matris ſuæ, Dæmonibus fuiſſe formidabilem: cuius corpus in Gallias delatum eſt.

z *Scio Arcilacim in Bætica eſſe ex Ptolemæo, quam Moletius* Alcalahorra *nominat. Sed multa in illo, quo ad res Hiſpanicas ſubleſtæ fidei ſunt. Quidam ſuſpicantur Arcilacim in montibus Marianis fuiſſe, ubi nunc eſt* Aracena, *in cuius territorio altum montis ramentum præruptis cautibus denſo inhorreſcit nemore. Ibi ſpelæa, vitreique fontes, tum convalles proceris arboribus opacæ ſolitariæ vitæ ſilentia ſuo iure depoſcunt. Manet adhuc priſcæ ſtructuræ fanum, villaque, quam vir clariſſimus Benedictus Arias Montanus loci opportunitate illectus, & priſcam ſolitariorum habitationem veneratus ædificari fecit. Ea loca cum viſitarem priſtini hoſpitis Lares ſalutavi Epigrammate ludens.*

Mon-

Era Cæſa.

Montani ſalvete Lares, vacuumque cubile,
Ac olim Rupes hoſpite clara tuo.

Dum fleo, adeſte. Audite pij. Sit funeris inſtar,
Magnam Montani voce ciere animam,

Cuius adhuc montes, atque avia longa reclamãt
Nomen, adhuc mœrens ingeminatq; domus.

Ilicet hoſpes ego querula ni voce cierem
Montanum, pluſquam ſaxeus ipſe forem.

Nam mihi Montanũ (facile eſt imponere amãti)
Rupes, antra, nemus, fons vitreuſq; refert.

Hic legit: ſcripſit ſæpe hic: arcana revolvit
Biblia Davidicis inclyta carminibus.

Gratulor hoc vobis: tamẽ hoc, & cõqueror: eheu
Quam citò Montanum redditis, eripitis.

a *De Victore Arcilacenſi, ſive Archiacenſi, ut eſt in martyrol. Rom. ſit 26. Februarij, & D. Bernardus ſermone 55. & 56. multa.*

Sub idem fere tempus S. Pamphilus [b] Valvenſis in Vaccæis [c] Hiſpaniæ citerioris populis Epiſcopus: Profectus in Italiam Corfinij, & in Pelignis [d] populis prædicat, largitate in pauperes, & gloria præclarorum miraculorum illuſtris.

b *Eadem fere Martyrol. Rom. 28. April.*

c *Vaccæi populi longe lateque olim excreſcentes eam Hiſpaniæ partem occupabant, quæ hodie* Caſtilla la vieja, *circa ſalmanticam, Zamoram, & Bletiſſam & alios minorum gentium populos excurrit.*

d *Hodie*

d *Hodie:* Campi de San Pellino.

Appollonius, & Leontius [e] ſanctiſsimi Pontifices in Hiſpania clarent.

e *Martyrol. Rom. 19. Martij. Vbi Baronius ſe neſcire fatetur ingenue quarum ſedium Epiſcopi fuerint. Itaque non omnia noſtra calluit vir alias doctiſsimus. Leontius Epiſcopus Braccarenſis interfuit Concilio Niceno, ipſique demortuo ſuffectus eſt Appollonius. Iulian. Petri anno 325.* Leontio in ſede Braccarenſi ſuccedit Appollonius, huic, & Idacius.

500 Maſdra [f] Suævorum Rex per hæc eadem tempora moritur. 462.

f Madra Suævorum Rex.) *Alij Maſdram, ut D. Iſidorus, & Rudericus Tolet. Alij Maldram, ut Idacius, & Lucas Tudenſis.*

Sancto Leoni Pontifici Romano, Hilarius [g] ſufficitur.

g *Hilarus eſt in melioris notæ Auctoribus.*

Benedictus Epiſcopus Aurienſis, comes Vincentij, floret literarum, & ſanctitatis opinione Theſalonicæ Hiſpaniæ.

Maioriano Imperatore ad Derthoſam Hiſpaniæ necato [h] morte violentiſſima, ſuccedit in Imperio Severus.

Vu h *Eadem*

Digitized by Google

Era Cæſa. h *Eadem Paulus Diacon. lib. 16. niſi quod tacita Hiſpania Tertionenſi civitate pro Dertoſenſi, & Hiria pro Hibero flumine depravate in eo ſcriptum. Eadem fere depravatio Marcellini chronicon, Iornandem, multoſque recentiores invaſit. Victor Tunnunenſis Romæ necatum aſſerit: quem nemo ſequ tur.* Anni Chri.

Flavio Paterno, Iuliano, Campeio, ſuccedit in ſede Toletana Sintitio Faltonius Probus i Flavij Faltonij Probi Anicij viri Conſularis filius, vir egregie doctus, & valde Religioſus.

i Fl. Faltonij Robi Aſinij.) *Audacter repoſui, ſed vere:* Flavij Faltonij Probi Anicij. *Conſulatum geſſit Probus cũ Gratiano Auguſto anno 371. vir omnium privatorum poſt Auguſtos maximus, cuius apud Marcellinum, & Auſoniũ freqũes mentio: Habuit etiam duos filios Conſules, Olybrium, & Probinum anno 408. Horum Conſulum, aliorumque eius illuſtriſſimæ domus plura reperiuntur Romæ, alibique monumenta, quæ ſedula opera Cæſar Baronius antiquitatum Eccleſiaſticarum reſtitutor orbi legenda, viſendaque profert tom. 4. anno 395. ex quibus duo tantum, quæ emendationem noſtram firmant, exhibebo.*

ANICIAE. FALTONIAE. INLVSTRISSIMAE. ET. SANCTISSIMAE. CASTISSIMAE. FOEMINAE. HERMOGENIANVS. OLYBRIVS. V. C. CONSVL. ORDINARIVS. ET. ANICIA. IVLIANA. C. F. D. D.

SEXTO.

SEXTO. PETRONIO. PROBO. V. C.
PROCONSVLI. AFRICAE.
PRAEFECTO. PRAETORIO. QVA-
TER. ITALIAE. ILLYRICI.
AFRICAE. GALLIARVM. CON-
SVLI. ORDINARIO. PATRI.
CONSVLVM. ANICIVS. PROBI-
NVS V. C. CONSVL ORDINA-
RIVS. ET. ANICIVS. PROBVS. V. C.
QVAESTOR. CANDIDATVS.
FILII. MVNVS. SINGVLARI.
RELLIGIONE. DEBITVM.
DEDICARVNT.

Vides quam veritati conſona ſit caſtigatio noſtra. At Tamaius amicus noſter in Dextri Vindicijs aliter.

501 Orōtius in ſede Hiſpalenſi ſuccedit Pontifici Sabino.[l] 463.

l *Qui Sabinus poſt viginti annos, pulſo Epiphanio intruſo, reſtitutus fuit. Id Vaſſæus, Garivaius, Morales, Padilla, & alij aſſeverant. In Tabulis eius Eccleſiæ, in verſo ordine, Maximus, & Laureanus poſt Sabinum ſufficiuntur, poſt quos Orōtius, vel Orantius perperam, ut advertit Padilla in Chronologijs.*

Floret Toleti Tonantius[m] Archidiaconus, ad quem Sidonius Apollinaris ſcribit.

Era Cæſa. m *In Impreſsis magna barbarie* Tonantus, & Silonius. *Reſtitui Tonantius & Sidonius ab eius epiſtola 13. lib. 9. meminitque aliàs ſæpiſsime Tonantij preut viri amiciſsimi lib. 1. epiſtola 7. & lib. 9. epiſtola. 13.* Anni. Chriſt.

Suævi Luſitaniam compeſcunt ad urbem Eſurim, [n] & Aſturicam, & ad oſtium Orientale fluminis Anæ, quod idem eſt.

n *In Impreſsis paulo aliter:* Suævi Luſitaniam compeſcunt ad urbem Eſurim, vel Aſturicam (quod idem eſt) ad oſtium Orientale fluminis Anæ. *Fateor in hoc loco magna me difficultate premi, nec forte facile me expediam. Quid enim eſt Luſitaniam compeſcere ad urbem eſurim, vel Aſturicam? Aſturica, vel Aſturiaca, ut eſt in Codice Ioannis Pinedæ, valde ab Eſuri diſparata: Siquidem Aſturica ad Aſtures, & mare Britannicum ſpectat, hodieque, laxato nomine,* Aſtorga *dicitur. At Eſuris ex diametro oppoſita ad oſtium Anæ, & ad Oceanum Atplanticum reſpicit, uti ex Antonini itinerario liquet. Reſendius, & Barreiros volunt eſſe* Xerez de los Cavalleros, *itque ex Luca Tudenſi, & Concilijs Hiſpaniæ cõvincitur. Rurſus diſturbat gloſſema illud* (quod idem eſt) *ſi enim eandem eſſe urbem Aſturicam, & Eſurim voluit intelligi (quod à Maximi mente maxime alienum iudico) ſcribi oportuit:* quæ eadem eſt: *ut relativum urbis nomini fœminino reſponderet. Iterum etiam Orientale Anæ oſtiũ torquet. Anas uno tantum oſtio in Oceanum Atlanticum effluit, Strabone teſte.* Anas verſus meridiem ſe convertit, & interceptam regionem circunſcribit. *Id ipſum Plinius, rerumque natura teſtantur. Tentabam igitur legendum:* Suævi Luſitaniam compeſcunt ad urbem eſurim, & Aſturicam, & ad oſtium Orientale fluminis Anæ,

quod

Digitized by Google

Ibi. Baſa. quod idem eſt. *Hoc enim pacto nulla literæ violentia infertur, & res in apertam veritatem deducitur: cum enim Luſitania antea in longiores terminos excurreret, & Caſtra Cæcilia, Caſtra Iulia, Placentiam, Abulam, Salmanticam, pluresque minorum gentium populos comprehenderet; Suevorum ea mens fuit, ut laxiores fines comprimerent, & ad ea loca ſcilicet, Aſturicam, Eſurim, & ad oſtium Anæ, quaſi ducta linea, coarctarent. Nec nos oſtium illud Orientale valde ſolicitos redit, ab Strabone ita habemus.* Ac deinde Anas fluvius duobus ſe obvolvens oſtijs, quorum ſingulæ ſunt navigationes. *Igitur alterum oſtium meridiem verſus hodie manet, quo unico Anas fluvius in mare effunditur, oblimato iam altero (ut & in Bæte contigit) quod verſus Orientem tendebat. Id quia M. Maximi ævo parum, aut nihil ab altero diſſociabatur, ideo addidit,* quod idem eſt: *quaſi diceret: unum, iam eſt cum altero meridionali oſtio. Nec hoc à lingua Latina alienum, nam idem unum ſignificat: Cicero pro Domo ſua.* Hoc unum, & idem videtur eſſe, atque illud, quod de me ipſe nominatim tuliſti. *Et ibidem:* Tam Hercule eſt unũ, quã quod idẽ. *Quod ſi hæc ita non placent, tu nimis curioſe lector, Tireſiæ Manes conſule. Ego D. Melchioris Sablancæ I.V. Conſulti, & politioris literaturæ doctiſsimi iudicio contentus ſum, nec alium ſuffragatorem ambibo.*

Anni Chriſ.

In conventu Braccarenſi monſtrũ duarum naturarũ cernitur, ſicut & idẽ viſum eſt tunc in tractu Legionenſi.

503 Aiax homo Gallata ° peſte Ariana infectus virus ſuarum hæreſum nocentiſsimum in incautos Suævos effundit. 465.

o Audax homo Gallus.) *Repoſui: Aiax homo Gallata. Ex Iſidoro, & Idacio. Ille in Suevorum hiſtoria.* Aiax

natione

Fra Caſa. natione Gallata effectus apoſtata, & Arianus inter Suævos, Regis ſui auxilio fidei Catholicæ hoſtis emerſit. Cuius ſeductione Suævi à fide Catholica recedentes in Arianum dogma declinant. *Idacius in chron. Olymp.* 310. Aiax natione Gallata effectus apoſtata, & Senior Arianus (*forte Sævior*) inter Suævos. Regis ſui auxilio honeſtis (*corrige: hoſtis*) Catholicæ fidei, & divinæ Trinitatis emergit. *De Gallicana Gothorum in habitatione hoc pæſtiferum inimici hominis virus advectum. Rudericus in chronico Suæv. c. 19.* Ann. Chr.

506 Per idem tempus erat Rex Gothorum Theodoricus. p 468.

p *Iſidorus, & Iornandes interfectum anno præcedenti aſſeverant. Rudericus Toletanus vitam in hunc uſque annum producit, lib. 2 c. 10.*

Hilarius Papa contrahit Concilium Epiſcoporum Romæ. q

q *In natali ſuo anno 445. habetur 2. tom. Concil. petentibus Epiſcopis Tarraconenſis provinciæ conſultationem. Vnde vel numeri interciderunt, vel calculus M. Maximo defuit, qui ad ann. 468 initum Concilium traduxit, demortuo ſcilicet Hilaro, ſedenteque Simplicio.*

Theodorico ſuccedit in Regno Vviſegothorum Euricus r ſub Leone Imperatore: hic miſere Gallias affligat.

r *Idem qui ſupra Auctores Iſidorus, Iornandes, & Rudericus, licet varium iaciant calculum.*

Huius

Digitized by Google

Anni. Chriſ.

Huius Regis Eurici iuſſu exulat apud Sarcinium Hiſpaniæ urbem [s] S. Voluſianus Epiſcopus Turonenſis, [t] & pro fide Catholica dicitur mortuus fuiſſe præſſus ærumnis in exilio.

s. Sarcinium Hiſpaniæ urbem. *Immo Galliæ Belgicæ ſupra Ciſindriam rivum, ut vult Meierus. At Ortelius* Centrones *affirmat.*

t. *Eadem fere Martyrol. Rom. 18. Ianuarij. Fuſe Gregorius Turon. hiſt. 2. c. 26. & lib. 10. c. 31.*

508 Ramiſmundus Suævorũ Rex Coimbricam, & prodente Luſidio Olyſſiponem, [u] urbes primarias crudeliter occupat. 470.

u. *Idacius.* Suævi Coimbricam doloſe ingreſsi familiam nobilem (*Forſitam fœminam nobilem*) Cantabri ſpoliant, & captivam ducunt matrem cum filijs. *Idem Olym.* 312. Olyſſipona à Suævis occupatur, qui illic præerat, tradente Luſidio. *Eadem Rudericus Tolet. lib. 2. cap. 9.*

509 Paulus Oroſius Tarraconenſis civis centenario maior veniens ex Africa Carthagine Spartaria moritur [x] unde, ut ſanctiſsimus vir, Romam adportatur, & in Eccleſia ſanctiſsimi Euſebij, ubi Patruus Oroſij iacebat, ſepelitur. 471.

x. Vola-

Digitized by Google

Era. Caſa. x Volaterranus lib. 18. Anthropologiæ in Africa obiiſſe, Romæque ſepultum, & Tarapha eũ ſequutus in Arcadio affirmant. Teſtes tamen neuter producit.

510 Sintitioni Epiſcopo Toletano ſuccedit Palmatius y Paulinus, Palmatij Divi Auguſtini, & Hieronymi familiariſſimus cognatus. 472.

y Iulianus Petri: Iuliano Sintitioni Toletano Metropolitæ ſuccedit in ea ſede, Palmatius Pammachij Romani viri clariſsimi frater, Praumatum, vel Praumatium nominant Loaiſa & Padilla.

511 Hunnericus [z] in Africa Vvandalorũ Rex Catholicos vexat. 473.

z Hunnericus ab Iſidoro: & Diacono appellatur. Sic repoſui.

512 Eiuſdem iuſſu Liberatus, Bonifacius Diaconus, Ruſticus Subdiaconus, Septimius, Maximus Monachi Auguſtiniani, [a] pro fide Catholica martyrium illuſtre moriendo pertulerunt. 474.

a Martyrol. Rom. 17. Auguſti. Victor Vticenſis lib. 3. de Perſecut. Vvard. Ado Vſuardus, & alij.

Monachi Aguſtiniani.) Plura iam in Hiſpania monaſteria Monachorum fuiſſe ex Concilio Tarracon. Can. 1. & 11. probatur, & cap. Monachi 16. q. coniectat Padilla Cent. 6. c. 3. affirmat cum Maximo Ioannes Marcus, Del origen de los ermitaños, ad finem.

Ilde-

Digitized by Google

Anni Chriſ.

513 Ildefredus obſeſſa Tarracone [b] urbe maritima perfruitur. 475.

b *Idacius, & Genebrardus.*

514 Hunnericus Rex Arianus in Africâ multo crudelius * ſævit. 476.

S. Sidonius Appollinaris Epiſcopus [c] Arvernorum in Gallia (qui cum Palmatio Archiepiſcopo Toletano ſcripſit contra Vigilantium) gloria miraculorum, & doctrinæ claritate florens moritur.

c *Gennadius cap. 92. Gregorius Turon. hiſt. Franc. lib. 2. c. 23. & Spondanus hoc eodem anno in epit.*

518 Petrus Mogus [d] ab Eccleſia pulſus Alexandrina Eutychianá hæreſim peſtilentem miſerabiliter excitavit. 480.

d Petrus Mongogus ab Eccleſia pulſus Alexandrina.) *Mogus ab Evagrio vocatur lib. 3. c. 11. 17. & 18.*

Mortuo Hermenerico Rege Ariano Gratamundus [e] pacem reſtituit.

e *Iſidorus vocat Gundemarum, Rudericus Tolet. Gundamundum, ſive Guttamundum. Notat Loaiſa in chronic. Vvandal.*

Era. Cæſa. Telenſis Eccleſia in Hiſpania ad Palentinam ſedem, quæ in Vaccæis eſt, transfertur, ubi multos annos adhuc permanet. Anni Chriſt.

519 Priſcianus Grammaticus [f] Conſtantinopoli celebris habetur. 481.

f *Iulianus Petri anno* 484.

Obijt S. Orentius Epiſcopus Illiberitanus & ſcriptis clarus Iulij die 7.

g *Iulianus Petri anno* 484. Orontius Epiſcopus Tarraconenſis vir illuſtris, quem laudat Sidonius Apollinaris, alij vocant Orentium, & fuit Epiſcopus Illiberitanus in Bætica, civis Tarraconenſis. *Fuit post hæc tempora ſcriptor nobilis. Subſcripſit Concilio Tarracon. de quo Morales lib.*11.*c.*4.*&* 5.

Euricus Gothorum Rex videt ſuorum Palatinorum tela varijs infecta coloribus: [h] quod prodigij loco habitum eſt.

h Euricus Palatinorum Rex videt ſuorum Palatinorum.) *Sic Impreſſi. At Gothorum: pro Palatinorum: primo loco eſt ſuccenturiandum. Idem oſtentum narratur à D. Iſidoro in chron. Gothor. Era* 504. *Ruder Tolet. lib.*2.*c.*10.

520 Euricus Rex Gothorum Arelate moritur, [i] cui succeſit in ſolio Regni Ala- 482.

ricus

ricus Rex: Regnat autem annos viginte tres. Anni. Chriſ.

i *Iſidorus anno 484. Ruder. Tolet. 485. Padilla 483.*

521 Felix Papa ſucceſſor Simplicij Papæ fuit.[l] Deſignavit in Hiſpaniam Legatũ ſuum Zenonem[m] Archiepiſcopũ Hiſpalenſem. 483.

l *Anaſtaſius Bibliotecarius, Platina, & Ciaconius.*

m *Epiſtola eiuſdem Pontificis quæ habetur. 1. tom. Conciliorum. Rom. & Venetijs 2. Non Felix, ſed Simplicius Legatum ſignavit, ut ex ea epiſt. conſtat. Scripſit etiam Felix eidẽ Zenoni epiſtolam commendatitiam per Terentianum virum Conſularem. Quæ habetur 2. tom. Sum. Pont.*

Simplicio Epiſcopo Cæſarauguſtano ſuccedit in Sede Pontificali S. Mariæ de Columna Ioannes[n] vir egregie ſanctus, & doctus.

n *Ergo in illius Eccleſiæ Tabulis turbatus ord ? Nã Ioannes ſuccedit Vincentio, Ioanni alter Vincentius, huic ſimplicius, Sed tamen Simplicius iſte Iunior eſt, aliuſque ab eo de quo Maximus. Hic enim Simplicius Iunicr, vel ſecundus, ſubſcripſit tertio Concilio Tolet. & Cæſarauguſtano 2. anno 598. Itaque duos Simplicios neceſſario conſtitui oportet. Et hoc ordine in albo Cæſarauguſtanorũ Epiſcoporũ locari. Valerius, Simplicius 1. Ioannes 1. Vincentius 1. Ioãnes 2. Vincentius 2. Simplicius 2. niſi me calculus fallit.*

 Syno-

Digitized by Google

Era Cæſa. | Anni Chriſ.

522 Synodus coacta Romæ [o] habetur in Eccleſia Vaticana. 484.

o *Adverſus legatos prævaricatores ſub Felice. 3. Liberatus c. 18. Baronius, & Spondanus, hoc anno.*

Auguſtulus [p] vir Conſularis, ultimus Auguſtorum Occidentis occiditur.

p *Caſsiodorus, & Marcellinus de eo in chron, ſed nihil de eius morte.*

524 Altera Synodus etiam hoc anno Romæ [q] contrahitur. 486.

q *Habita fuit in cauſa lapſorum in perſecutione Vandalica ab Hunnerico Rege Ariano inflicta.*

Epiphanius Epiſcopus Tarraconenſis [r] clarus habetur ſanctitate.

r *Qui hac tempeſtate claruit Epiphanius, non Tarraconenſis, ſed Ticinenſis fuit Epiſcopus. Nec in Tabulis Eccleſiæ Tarracon. invenias. Tamen ita ſcriptum reperimus, nec mutamus.*

Traſamundus Vvandalorum Rex [ſ] ſucceſsit Gundamundo: qui regnum ingreſſus, fuit atrociſsimus Catholicorum hoſtis.

ſ *D. Iſidorus in chron. Hæc nova perſecutio ex actis S. Fulgentij Ruſpenſis colligitur. Habentur apud Surium 1. to. teſtaturque Ioannes Palmerius in chron.*

Fulgen-

Era Cæſa. 527 Fulgentius oriundus Toleto, natus Teleptæ[t] patribus tamen Hiſpanis, ex ordine Senatorio, ad Africam tranſmigravit Monachus, & poſt Epiſcopus tantum Ruſpenſis multa pro fide patitur. Anni. Chriſ. 489.

t De quo D. Iſidorus multa, ſed non multis de vir. ill. c. 27. Marieta eadem cum noſtro lib. 5. c. 93 hoc anno 1625. inventum eſt Fulgentij cuiuſdam Monachi ſepulcrum in ditione Marchenenſi: prope oppidum Arahal, ubi ſepulcra, & oſſa ſimul aliorum.

FVLGENTIVS. MONACHVS.
FAMVLVS. XPI. VIXIT. ANNOS.
PLVS. MINVS. XLV. RECESSIT.
IN PACE. VI. KAL. IANVARIAS.
ERA D. LXXXI.

528 Clodovæus Francorum Rex Turingis[u] bellum atrox movet. 490.

u Iornandes lib. unico de rebus Geticis.

529 Theodoricus fœdus init cum Odoacre[x] de Regno partiendo. 491.

x Paul. Diac. lib. 16. Caſsiodorus, & Mathæus, Palmerius.

530. Synodus Epaunenſis contrahitur:[y] & etiam Synodus Romana. 492.

y Tem-

Era Cæſar. y *Tempus antevertit. Siquidem celebrata fuit anno 509. at Synodus Romana 496. in abſolutione Epiſcopi Miſeni.* Anni Chriſt.

532 Palmatio Epiſcopo Toletano ſucceſſit Petrus Presbyter Edeſſenus natione Græcus [z] vir doctiſsimus, egregius declamator, habitus in ſæculo prius pater ſancti Pontificis Romani Anaſtaſij. 494

z *Ita in vetus Eccleſiæ Chronologiis invenies. At ex vetuſto Concilij Tarraconenſis Codice aliqui Hectorem interſerunt. Ita Loaiſa. Sed Iulianus cum noſtro Petrum natione Græcum Palmatio ſufficit.*

534 Olympius hæreticus in ſanctam Trinitatem blaſphemat: [a] quare tribus miſſis fulminibus de cælo percuſſus interijt. 496

a *Iſidorus in chron. Paulus Diac. lib. 7. Palmerius, & alij.*

Relliquiæ S. Chriſtophori martyris [b] ſtatura velut Gigantis in Hiſpanias delatæ maximæ venerationi ſunt. Paſſus eſt egregius Chriſti athleta in Lycia [c] urbe Sami, alijs Solymi. [d]

b *Iulianus in chron. ad Caſtini tempus refert.* Relliquiæ S. Chriſtophori à Licia Toletum allatæ à S. Caſtino Toletano Pontifice in templo ei dicato collocatæ ſunt.

c In civitate Lycio.) *Lycia provincia non civitas. Itaq; vacat civitate.*

d Vrbe

Æra. Cæſa. d Vrbe Sami, alias Solymi.) *Caſtigandum Solymæ, vel Sidimæ, licet diverſæ ſint ex Plinio.* Anni. Chriſ.

Hector qui, & Ferrandus, [e] Carthaginenſis Diaconus floret.

e *Victor Tunnunenſis in chron. Iſidorus de ſcript. Eccleſ. c. 2. eius opera ab Achille Statio Luſitano Romæ edita extant.*

536 Flavianus Epiſcopus Antiochenus [f] illam ſedem probe regit. 498.

f *Paſt Palladium Flavianus Iunior ſufficitur à Genebrardo in chron. Spondano in Epitome, & alijs.*

537 Synodus Romana [g] ſub Symmacho Papa contrahitur. 499.

g. *Adi Baronium, qui harum Synodorum cogendarum tempus, & cauſas apprime diſquirit anno 502.*

Idem Symmachus Papa tertiam Synodum Romæ cogit.

538 Mandaburius [h] cum Arato Treverenſi Epiſcopo diſputat. 500.

h Mandaburius.) *An Ardiburius, vel Ardibures Aſperis filius? de quo Iornandes, Diaconus, Baptiſta Mantuanus in Agellarijs de eodem.*

Dicitur Ardiburi poſuiſſe Lacobriga ſeptem
Victori toties ſtatuas, totieſque per illum
Eruta Vandalicis bello inſurgente procellis.

Meminit

Fra Cæſa. *Meminit etiam Andreas Reſendius in Luſit. antiquit. lib. 4. in Lacobriga.* Anni Chriſt.

539 Petrus Tyrannus in Hiſpania captus ſtatim occiditur. 501.

Alaricus Rex longe lateque per Gallias evagatur.

540 Ioanni Cæſarauguſtano Epiſcopo Vincentius in ſede ſuccedit. 502.

541 Iuſtus Epiſcopus Auſenſis[i] in Hiſpania literis, & ſanctitate claret. 503.

i *Hoc tempore claruit Epiſcopus Iuſtus literis, & ſanctitate: Sed non Auſenſis, ſed Vrgelitanus Epiſcopus fuit, frater Iuſtiniani, & Nebridij. De quo D. Iſidorus cap. 21. Padilla Cent. 6. cap. 22.*

544 Alaricus Clodovæi Francorum Regis filijs[l] fœdus violat. 506.

l Alaricus Clodovæi Francorum Regis filius fœdus violat.) *Nullus Alaricus Clodovæi Regis filius. Itaque labes ſcripturæ hiſtoriam tollit. Emendo* (Alaricus Clodovæi Francorum Regis filijs fœdus violat. *Id me docet Iornandes de rebus Geticis*: Miſſa legatione ad Clodoin Francorum Regem filiam eius Audefledam ſibi in matrimonio petit, quam ille grate libenterque conceſsit, ſuos filios Childe pertum, & Heldepertum, & Thuidepertum, credens hac ſocietate cum gente Gothorum, inito fœdere, ſociari. Sed non adeo pacis ad concordiã profuit iſta coniunctio: quia ſæpe numero propter Gallorum terras graviter decertati ſunt; & nunquam

Gothus

Era. Gothus Francis ceſsit. *Rei exitum Mariana eleganter deſ-* Anni
Caſa. *cribit.hiſt.lib.5.c.6.* Chriſ.

In Hiſpania Bætica apud Aquas duetas Conſtantiæ Iuliæ, quæ Oſſet [m] dicitur, moritur glorioſe Gregorius [n] famulus Dei.

m *Aliqui putant Oſſet, ſive Iuliam Conſtantiam eſſe* Trianam, *quæ Hiſpali ponte ſublicio iungitur, quibus minime aſſentior. Licet enim Plinius lib.3.c.1. Hiſpali apponat, ex adverſo, non tamen adeò vicinum oppidum fuiſſe reor, & vel eſſe* Caſtilleja, *vel* S. Iuan de Alfarache, *hæc enim longiuſcule, & fere ex adverſo ſunt oppoſita.*

n *Sepulcrum cum Lipſenis hodie in* Alcala del Rio *ab Hiſpali octo milliaribus viſitur. Repertum, Ferdinando, & Eliſabetha Regibus Catholicis templum erectum, quod Magna oppidanorum religione colitur. Ibi capſula inaurata, ubi relliquiæ. Cippus etiam cum epigrammate.*

IN. HOC. TVMVLO. IACET.
FAMVLVS. DEI. GREGORIVS.
QVI. VIXIT. ANNOS. PLVS. MINVS. LXX. RECESSIT. IN.
PACE. DIE. NONA. SEPTEMBRIS. ERA. D. XXXXII.

De Sancto Gregorio Oſſetano, vel Aquiſdurenſi agunt Morales lib.11.cap.41. Marieta lib.6.cap.43. Padilla Cent.6. cap.1.

Yy Petro

Era Cæſa. | Anni Chrſi.

Petro Epiſcopo Toletano ſuccedit Hector ° in Africa Diaconus, Dictus etiam Ferrandus, familiaris S. Fulgentij Ruſpenſis: qui propter eminentiam in regimine, & in alijs dotibus dictus eſt Metropolitanus Carthagineſis provinciæ: micuit literis, & ſanctitate.

o *Iulian. in chron.* Palmato Epiſcopo Toletano ſuccedit Hector cognomento Ferrandus Afer. Qui in ſede Carthaginis Archidiaconus fuerat: vir fuit doctus. Ad annum 540. vivit. Suppletque opera S. Fulgentij Ruſpenſis. *His conſentanea narrat Iſidorus de vir illuſt. c. 12. non tamen Toletanum Epiſcopum affirmat. Sed certe ſubſcribit Concil. Tarracon. anno 516. & ſe Metropolitanum Carthaginenſem affirmat. Meminere Baron. tom. 7. anno. 539. Belarminus de ſcript. Eccleſ. anno 504. Marquez* Del origen de los Ermitaños *cap. 11. §. 4. & 5. circunferuntur etiam venerandæ antiquitatis carmina; quæ quia non obvia omnibus, apponam.*

Hector ave ſacer Antiſtes, Ferrande beate,
Africa quem tellus gignit, Hibera vocat.
Annos te multos fruitur Carthago miniſtro,
Defenſor fidei vivus, & ultor eras.
Hæreticis nomenque tuum, celebreſque libelli
Exoſus, qui tu malleus hæreticis.
Contigit inde tibi Fulgentius ipſe magiſter,
Lumen & eximiæ relligionis honor.
Iamque ætate gravis Toletum Paſtor adiſti,
Hanc ſedem ſcriptis vita, & honore iuvas.
Tricenna tandem Maij ſub luce beatus
Qui fueras exul, & pia turba ſimul

Inde

Digitized by Google

Ann. Cæſa. Anni. Chriſ.

Inde tamen Libyam repetis per mille pericla.;
Doctor, & Antiſtes ſidera calce premens.
Hinc tua Montanus veſtigia pone ſequtus
Subſedit celeber Paſtor in urbe tua.
Forſitam ille tuus, fuit hac in ſede miniſter,
Moribus, ingenio, par quoque laude tibi.
Hector amans pecudum, vigilantiſsime Paſtor.
O Ferrande ſacer, Præſul, amice Dei,
Sit curis Carthago tibi te docta miniſtro,
Dummodo Toleti ſit tibi cura frequens.
Illa te roſei carpentem luminis auras
Vidit, & hæc ſuperis carpere lucis iter.
Illa dedit vitæ primordia labilis uſus:
Iſta reſurgentem læta videbit humo.
Felix Toletum, quæ tantum nacta parentem,
Illius gremio continet oſſa ſuo.
Et quem Pontificem quondam venerata recepit,
In ſua Patronum commoda voce voca.

544 Clodovæus haſta confixit Alaricum Regem. p 506.

p *Gregor. Turon. hiſt. lib. 2. c. 39. Hincmarus in vita S. Remigij, Procopius de bello Gothico lib. 1.*

Geſalaicus Vviſegothorum q Rex ex Hiſpania profugit.

q *D. Iſidorus in chron. Rudericus lib. 2. c. 11.*

Hector Epiſcopus Toletanus mirum in modum emicat.

547 Theodoricus Oſtrogothorum Rex 509.

Yy 2 in

Era Cæſa. Anni Chriſti

in Hiſpaniam [r] venit. Vbi aliquot annos pro nepote gubernat, iens, & rediens ad Italiam.

r Theodoricus Oſtrogothorum Rex in Hiſpaniam venit.) *D. Iſidorus in chron. Lucas Tudenſis in Theodorico, Iulianus Petri anno* 516. Theodoricus Amalus Rex Hiſpanus interfuit Concilio Toletano, & antea Concilio Tarraconenſi. *Idem anno* 527. Secundo Septembris moritur in Italia Theodoricus Amalorum Rex, Oſtrogothorum, & VViſegothorum, cum in principio anni fuiſſet in Hiſpania. *Hanc Auctorum confeſſionem interturbat Morales cap.* 42. *& in fabulas aniles ablegandam vult Mariana lib.* 5. *cap.* 7. *idque coniecturis tantum agentes: quæ tamen firma ratione ab antiquis recedam, non invenio.*

Sanctina virgo Toletana [ſ] nobiliſsima eidem Regi Theodorico, priore coniuge amiſſa, tunc viduo nubit.

ſ *Lucas Tudenſis in Theodorico, Rudericus Toletanus lib.* 2. *cap.* 14. *Vaſſæus anno* 567. *Padilla Centuria* 6. *cap.* 2. *Iacobus du Brul in epiſtola ad D. Iſidori opera.*

Eboræ in Carpetania Litorius [t] Litorij Ducis, qui a Gothis captus eſt, filius famulus Dei, vir Catholicus, in Domino quieſcit.

t *Eius ſepulcrum eadem Eborenſi civitate, quæ hodie* Talabera de la Reyna, *avorum memoria repertum cum epigraphe. Affirmant Mariana lib.* 5. *c.* 7. *& Padilla Cent.* 6. *c.* 2.

LITO-

Digitized by Google

LITORIVS. FAMVLVS. DEI.
VIXIT. ANNOS. PLVS. MINVS.
LXXV. REQVIEVIT. IN. PACE.
VIII. KAL. IVLIAS. ERA.
D. XXXXVIII.

De Duce Litorio à Gothis capto plures meminere: Paulus Diaconus lib. 14. Inter hæc Litorius, qui ſecunda ab Aetio patritia poteſtate Hunnis auxiliantibus præerat, dum Aetij gloriam ſuperare appetit, dumque Aruſpicum reſponſis, & dæmonum ſignificationibus fidit, pugnam cum Gothis in prudenter conſeruit, ac primum quidem magnam hoſtium ſtragem edidit, poſtmodum vero, ſuis pene omnibus trucidatis, ipſe à Gothis turpiter captus eſt. *Idacius eadem.* Bello Gothico ſub Theodorico Rege apud Toloſam Litorius Romanorum Dux in conſultius cum auxiliari Hunnorum manu irruens, cæſis his, ipſe vulneratus capitur, & poſt dies paucos occiditur. *D. Iſidorus in chron. Goth.* Litorius autem dum primum res proſperas adverſus Gothos geſiſſet, denuo reſponſis dæmonum deceptus in bello à Gothis, amiſſo exercitu, miſerabiliter ſuperatur. *Sidonius Apollinaris in Panegyrico ſoceri*

Litorius Scythicos equites, tunc forte ſub acto
Celſus Aremorico, Geticum rapiebat in agmen
Per terras Arverne tuas

Salvianus quoque fuſius lib. 7. Litorij caſum deplorat. Et Proſper in chron. anno 442. Theodoſio XVII. & Feſto Coſſ. Litorius ergo filius, cum pater captus trucidatuſque eſt, ſeptennis erat, vel ſi Conſulatum illum Theodoſii ad annum 439. retrahas cum Baronio, & Spondano, puer quadrimulus.

Tres

Era Cæſ. | Anni Chriſt.

Tres aliæ Sydoni coactæ ſunt Romæ [u] ſub Symmacho Papa.

u Sub Symmacho ſex Synodi celebratæ ſunt. De tribus actum eſt ſuperius. Quarta vocata eſt Palmaris, quinta adverſus Laurentianos, ſexta apud S.Petrum contra vendicantes ſibi indebita bona Eccleſiaſtica, Baron.tom.7.anno 503. Severinus Bin.tom.2.Concil.

548 Symmachus Papa [x] vir ſanctiſsimus e vita diſcedit. 510.

x M.Aurelio Caſiodoro Coſſ.anno 514. itaque ſi faſtorum ſcriptoribus fides quatuor annos ante vertit.

Geſalaicus Rex Vviſegothorũ [y] miſer, & profugus in Gallia obijt.

y D.Iſidorus in chron. Gothor. Era 554. Rudericus Tolet. Era 544.lib.2.c.11.

549 Symmacho Papæ in ſede S.Petri ſuccedit Hormiſda. 511.

550 Hormiſda Papa, [z] miſsis ad Ioannem Tarraconenſem Epiſcopum literis, mirum in modum eum cohoneſtat. 512.

z Datis Poſtridie Kal. April. ſub Agapito Coſſ. ut Parvinus in chron. Eccleſ. & Padilla Cent.6.cap.4. Iulianus quoq; meminit in chron. Hormiſdas Pontifex poſuit vicarios, Ioannem Epiſcopum Tarraconenſem provinciæ ſuæ Vicarium, Saluſtium Bæticæ, & partis Luſitaniæ, Celſum Carthaginenſis provinciæ.

Conci-

Era Cæſa. 554 Concilio Tarracone congregato [a] præſidet Ioannes Tarraconenſis Archiepiſcopus Metropolitanus, & inter alios Hector Eccleſiæ Toletanæ Pontifex, Sedis Apoſtolicæ legatus. Anni. Chriſ. 516.

a *Celebratum 6. die Novemb. anno 516. tom. 2. Conciliorũ, Morales lib. 11. cap. 4. Padilla Centuria 6. cap. 3. Iulianus Petri in chron. Carrillus hiſtoria S. Valerij lib. 2. pag. 198.*

Severianus [a] iam puerulus, natus Toleti in Hiſpania ex Theodorico Oſtrogothorum Rege, & Sanctina Toletana fœmina nobiliſsima, filia Iſidori Toletani civis ſplendidiſsimi, viget.

a *Rudericus Sancius in chron.* Hic Theodoricus Rex pater fuit Excelentiſsimi Principis Severiani Ducis Cartaginenſis, qui ex nobili Theodora genuit ſanctiſsimos, ac clariſsimos filios, videlicet Leandrum, & Iſidorum Archiepiſcopos Hiſpalenſes, & Fulgentium Epiſcopum Tingitaniæ (*lege Aſtigitanum*) ac Theodoſiam uxorem Leovigilde Regis. *Ioannes Vaſſæus ſub ann.* 567. Severianus ille Theodorici Oſtrogothorum Regis, ut diximus, filius ex uxore Theodora inclyto Gothorum ſanguine prognata.

Præter linguas Latinam, [b] Cimbricam, Gothicam in Hiſpania, erat lingua Cantabrica, & politior Latina Hiſpana; quæ copia verborum ele-

gantia,

Digitized by Google

Era. Cæſa. gantia, & tumore à Cantabrica diſcrebat. Anni Chriſ.

b *Mos hic uſque ad Alfonſum Hiſp. Regem* 10. *permanſit. Teſtantur Garivaius, lib.*13.*cap.*19.*Mariana lib.*13.*c.*12. *Aldrete,* Del origen de la lengua Caſtellana, *lib.*2. *cap.*1.*&* 2.

Concilia, leges, Acta publica: inſcriptiones edebantur lingua Latina: cætera communiori lingua, vel Gothica, vel Hiſpana.

Qua de re extant libri integri, Hiſpana dialectos proprias, & vocabula nativa paſsim habet: multa miſcentur illi ex externis.

Vincentius Abbas legionenſis, [c] ex ordine poſt S. Benedicti, quem accepit paulo ante quã pateretur martyrium, floret: patitur vero ſub Richilane Rege Suævorum hæretico anno 546.

c *De eo fit* 11.*Septem.in Martyrol. Rom. Floſ. Sanct. Hiſp. Theſaur. concion. tom.*2.*& alij, ex Hiſpanicæ hiſtoriæ tractatoribus.*

Flavia Sanctina uxor Theodorici Oſtrogothorum Regis olim, educat Catholice, & ſatis diligenter filium Soverianum.

Flore-

Digitized by Google

Florebat per idem tempus Saluſtius [d] Epiſcopus Hiſpalenſis, cui Hormiſda Papa vices ſuas in Bætica, & Luſitania commiſſerat.

d *Ex eiuſdem Pontificis epiſtolis poſtridie Kalen. April. anno 517. Baron. tom. 6. eo anno Padilla Cent. 6. c. 7. Iulian. ubi ſupra.*

Canidio Epiſcopo Viſenſi [e] ſuccedit in Hiſpania Maxentius.

e *Reponẽdũ: Auſenſi ex Pined. C. & Tabulis eius Eccleſiæ à Padilla concinnatis. Subſcribit Concilio Tarracon. primo.*

556 Hectori Toletano Epiſcopo ſuccedit Celſus [f] natione Germanus, vir egregie doctus, & opinione raræ ſanctitatis clarus. 518.

f *Ita Iulian. i chron. Loaiſa, & Padilla in Chronolog.*

Theodoricus Rex Oſtrogothorum Toleti regit Hiſpaniam [g] pro Nepote.

g *Iſidorus in chron. Rudericus Tolet. hiſt. Goth. c. 3. Alfonſus* Carthagena *in Anacephaleoſi cap. 19. Lucas Tudenſis cap. 59.*

S. Orentius Epiſcopus Illiberitanus [h] in Bætica ſcriptis valde floret, & fama.

Digitized by Google

Era Cæſa. h *Qui vacat. Eius nunc famam, & ſcripta magni habita, perque omnium ora volitare aſſeverat. De eo iam ſupra.* Anni. Chriſ.

Vincentio Epiſcopo Cæſarauguſtano ſuccedit alter Ioannes.[i]

i *Forſitam eſt is, qui ſubſcribit Concilio Barcinon. & Ilerdenſi, Padilla Cent. 6. c. 21. & 25.*

Dacius Epiſcopus regit Eccleſiam Mediolanenſem.

Procopius de bello Gothico lib. 2. Cum belli Gothici tertius adhuc annus ageretur, ex Mediolano vir ſacer quidam Dacius nomine, civeſque nonnulli cum Romam veniſſent, à Belliſario ſuppliciter petierunt, modicum ad ſe præſidium mitteret, quo ſatis ſe poſſe aſſeverarent, non modo Mediolanum, ſe Liguriam omnē abductam à Gothis Imperatori recuperare. *Baronius anno 538. num. 89.*

Gilimer[l] Dux deturbat regno Ildericum Vvandalorum Regem.

l Giliner Dux deturbat de Regno Ildericum.) *Gilimer: ſubſtituimus. A D. Iſidoro Ildericus vocatur Kilderis. A Ruderico Kildericus lib. unico c. 15. Paul. Diacon. lib. 7. Victor Tunnunenſis. Beda in chron.*

558 Iuſtinus Imperator edicit,[m] ut templa ab Arianis ad illum uſque diem poſſeſſa Catholicis illico tradantur. 520.

m *Paulus*

Digitized by Google

Fra Cæſa. m *Paulus Diac. lib. 17. in eo Principe. Cyrillus in rebus geſtis Sabæ Anachoretæ.* Anni Chriſ.

559. Beliſarius Dux ſtrenuus, & prudens vincit in Africa Gilimerem, [n] quem & Conſtantinopoli ducit. 521.

n *Paulus Diaconus lib. 17. in Iuſtiniano Victor Tunnunnenſis, Iornandes de ſucceſsione Reg. qui hæc de Beliſario:* Elegit Beliſarium, & numeros fortiſsimoſque milites deputans, ad Auſtralem plagam contra Vuandalos mittit, qui favente Deo, qua venerat facilitate, ea celeritate Vuandalos ſuperavit, Libyamque ad corpus totius reipublicæ iungens, Gilimerem Regem, opeſque Carthaginis in urbe Regia Principi, ſpectante populo, obtulit.

560 Agnellus Epiſcopus Ravennas inſignis floret. 522.

563 Beatus Montanus [o] ſuccedit Celſo ſanctiſsimo viro, qui patriam ſuam Treverenſem repetens, ibique prædicans vitæ Sanctimonia, ac miraculorũ frequentia fulget: eius translatio celebratur 23. die Februarij. 525.

o *Iulianus in chron.* Celſo viro ſanctiſsimo ad Germaniam profecto, & ibidem mortuo ſuccedit Montanus Archidiaconus Toletanus. *D. Ildefonſus de vir ill. c. 3. Loaiſa in collectione Conciliorum Hiſpaniæ, Padilla Cent. 6. cap. 12. & 13.*

Digitized by Google

Era Caſa. 564 | Anni Chriſ. 526.

Synodus Valentina, vel Valetana p in Hiſpania ſub Montano Toletano contrahitur, quæ tota quidem Hiſpania ſervatur.

p Synodus Valentina, vel Valetana ſub Montano Toletano.) *Eſt certe Synodus Valentina, vel Valetana, utroque enim modo in eius Concilij actis repetitur ſcriptum. Sed hæc Era 584. coacta fuit. At ſub Montano fuit hæc anno, aut ſequenti Synodus cuius initium eſt.* In nomine Domini Ieſu Chriſti Synodus habita in civitate Toletana apud Montanum Epiſcopum, ſub die 16. Kalen. Iun. anno 5. Regni Amalarici Domini noſtri Era 565. *Itaque aut mendum eſt in ſcriptura, aut tempus ante verſum, ſed mutare non auſim.*

Ausbertus Braccarenſis Epiſcopus q à D. Michaele Archangelo divinitus admonitus in inſula Tumba r prope mare Gallaicum, nec procul à Britannico templum cum ſuffraganeis Michaeli dedicat.

q Ausbertus Braccarenſis.) *Cameracenſibus, & Hannonibus præluxit mira humilitate, & Sanctimonia, Dagoberti Francorum Regis tempore. Agunt de eo Martyrol. Rom. 13. Decembris. Meminit quoque Sigebertus in chron. anno 650.*

r In inſula Tumba.) *Hodie inflexo nomine*, Tambo *dicitur, manentque eius monaſterij rudera, Prudentius Sandoval anno 790.*

Miſera-

Æra Cæſa. | Anni Chriſ.

Miſerabiliter vexantur ab hæreticis Arianis Catholici.

565 527.

566 Ausbertus Braccarenſis Epiſcopus, vir egregius literis, prudentia, & religione, à Regina Crotilde Amalarici Regis Vuiſegothorum hæretici cõiuge Catholica legatus ad fratres eius Gallorum Reges ſecretò mittitur eodem tempore. 528.

Idem reverſus à legatione ad Belgium patriam revertitur, & prædicans ibidem eius gentis habetur Apoſtolus ad annum. 531.

567 Victor vir ſanctus Epiſcopus Carthaginenſis [f] Hiſpaniæ floret. 529.

f Puto de Victore Tunnunenſi agere. Nam in Tabulis Eccleſiæ Carthaginenſis Hiſpanicæ nullus Victor. Variantque Auctores in illius ſcriptoris Epiſcopatu; alij Cummenenſem, Iſidorus in Etymolog. lib. cap. 38. Turonenſem corruptius vocat. Fuit certè hoc eodem tempore celeberrimus, & fidei conſtantia, & ſcriptis. Vt à D. Iſidoro prædicatur, de ſcript. Eccleſ. c. 38 & vir. ill. c. 25. ubi Loaiſa notat.

Apringius Epiſcopus Pacis Auguſtæ [g] in Hiſpania non procul ab urbe Emerita Auguſta: quæ Pax Anæ fluvio apposita eſt.

g Iſidor. de vir illuſt. c. 30. Trithemius de Eccleſ. ſcript. Moral.

Era Caeſa. *Moral.lib.11.c.49.Marieta lib.5.c.15. Padilla Cent.6.c.23.* Anni. Chriſ.
Reſendius lib.4. Antiquitatum Luſit. Pacis Iuliæ, quæ hodie Veja, *vult eſſe. Sed nos Pacis Auguſtæ, quæ hodie* Badajoz, *etiam ſedis Epiſcopalis verius iudicamus.*

569 Synodus Toletana ſub S. Pontifice[u] Mõtano Toletano Metropolitano ſub Amalarico Rege Gothorum habetur. 531.

u *Iulian. in chron.* Sanctus Montanus ſub Amalarico habet Concilium Toleti.

Turibius Palentinus[x] à S. Benedicto Romæ accipit habitum.

x *Valde diverſus à Turibio Aſturicenſi. De eo D. Iſidorus in Montano c.3. eius corpus Labanæ apud Aſtures colitur. Morales lib.11. cap.48. Padilla Cent.6. cap.14. Prudentius Sandovalius Epiſcopus Pampilonenſis in hiſtor. Epiſcoporum fol.274.*

Celebris eſt memoria Italicæ[y] in Hiſpania Romuli[z] ſub Traiano paſsi.

y Italicæ.) *Magnorum Principum Traiani, Adriani, & Theodoſij, pluriumque Auguſtarum, & illuſtrium virorum, etiam invidia renuente, altrix patria.*

Olim opulens civitas
Aevo vetuſto, nunc egena, nunc brevis,
Nunc deſtituta, nunc ruinarum ager eſt.

Eo loci oppidulum Sancti Pontij migravit, & Sevilla la vieja *vulgo vocatur, manetque Amphitheatrum pene integrum, & lateritio opere fornix, quod armamentarium à clavis ibi ſuffixis fuiſſe videtur.*

z. Mar-

Digitized by Google

Bra z *Martyrol. Rom. 5. Septemb. & eo die Græci in Menolog.* Anni.
ſilia. *Metaphraſtes ex antiquis monumentis, quæ extant apud Lipo-* Chrſi.
manum tom. 6. & Surium tom. 5. ſit quoque de eo in Eccleſia
Hiſpalenſi ſub dupplicis officio.

Martinus poſt Dumienſis venit cum relliquijs S. Martini [a] Turonenſis Epiſcopi in Hiſpaniam ad Gallæciam, ad Ricciarium [b] Richilani hæretici ſucceſſorem: quem Ricciarium in fide inſtruit in urbe Aurienſi, prius dicta Obobriga Regia.

a *Gregorius Turonenſis de Miraculis S. Martini cap.* 11. Et admirantes ſuavitatem ſoni, interrogant cuſtodes, quid hoc eſſet. Qui dixerunt: relliquiæ D. Martini in Galliciam tranſmittuntur. *Et paulo poſt.* Velociter ad portum Galliciæ pervenerunt. Tunc cõmonitus à Deo quidam nomine Martinus de regione longinqua, qui ibidem nunc Sacerdos habetur, advenit. *D. Iſidorus in chron. Suævor.* Poſt multos deinde Reges Regnum Suævorum ſuſcepit Theodemirus, qui fidem Catholicam adeptus, Arianæ impietatis errore deſtructo, Suævos unitati fidei Catholicæ reddidit. Cuius tempore Martinus Dumienſis Monaſterij Epiſcopus, fide, & ſcientia claruit, cuius ſtudio pax Eccleſiæ reddita eſt, & multa monaſteria condita. *Gregorius Turon. lib.* 5. *hiſt. Francor. cap.* 37. *Rudericus Toletanus hiſt. Suæv. c.* 16. *Moral. lib.* 11. *cap.* 57. *Padill. Cent.* 6. *c.* 32.

b Ricciarium Richilani hæretici ſuceſſorem.) *At Gregorius Turon. non Recciarium, ſed Theodemirum aſſerit converſum. Nam Recciarius antea Catholicus erat. Rudericus Tolet. hiſt. Suævorum. c.* 18.

Tunc

Digitized by Google

Era Cæſa. Anni Chriſ

Tunc Suævorum fit ſolemnis renun ciatio,[c] & abiuratio hæreſis Arianæ, & fidei cōfeſsio, ut poſt facta eſt ſub Reccaredo Rege Gothorum Catholico Toleti cum eiſdem ceremonijs. Abiuraverunt primum Rex, & Regina, & Ariamirus eorum filius, deinde hæretici Epiſcopi, poſt Palatini, & populares in Concilio, quod collegit Regis Imperio Ausbertus Epiſcopus Braccarenſis ante quam proficiſceretur in Belgium cum alijs Epiſcopis.

c Tunc Suævorum ſolennis renuntiatio, & abiuratio.) *Hæreo, an hæc abiuratio ſit eadem, quæ in Concilio Lucenſi facta anno 564. Tempus aliud fateri cogit, & quæ hic narrantur Concilio illi præiviſſe.*

Montanus Epiſcopus Toletanus,[d] qui relicta uxore, ad Toletanam ſedem vocatus eſt, quam domi, tanquam ſororem habebat; accuſatus quaſi tunc etiam rem haberet cum illa, miraculoſo teſtimonio ſuam comprobat innocentiam, & poſt mortem clarus habetur.

d *D. Iſidorus de vir. illuſt. c. 3. Moralesſ uſe lib. 11. c. 48. Padilla Cent. 6. c. 12.*

Hoc

Æra. Cæſa. Hoc anno Amalaricus Rex [e] Gothorum hæreticus à Gallis occiditur. Anni Chriſ.

e *Procopius de rebus Beliſarij: Gregor. Turon. lib. 3. hiſt. Franc. c. 1. Iſidorus in chron. Goth. Morales lib. 11. c. 46. Padilla Cent. 6. c. 13.*

Recciarius Rex Suævorũ [f] iam Catholicus mirabiliter floret.

f Ribarius Rex Suævorum.) *Rudericus hiſt. Suævorum c. 18. Vbi tamen Reciarius, ex quo emendavimus.*

572 Iam ſucceſſerat in Toletana ſede primaria Montano viro celeberrimo Iulianus cognomento Pomerius, [g] qui in modum Dialogi librum compoſuit. 534.

g Iulianus, cuius patruus Iulianus cognomento Romanus.) *Labitur exſcriptor, nam ab eodem Maximo habemus hunc vocatum Iulianum Pomerium, non Romanum, & ſic caſtigavimus. Itaque ſunt duo Iuliani, alter Epiſcopus Tolet. alter eius patruus Iulianus Pomerius. Hunc fuiſſe Gallum aſſerit Iſidorus de vir illuſt. cap. 25. Gennadius Afrum contendit ſcripſit 8. libros de animæ natura. Confunditur patruus cum ſobrino à multis, ſed perperam.*

Hic Iulianus habuit amicitiam cum Vero Presbytero, cuius, & alterius Iuliani mutuis interrogationibus, & reſponſionibus librum, quem ſupradixi, Iulianus cognomento Pomerius natione Gallus [h] compoſuit.

 h *Duo*

Era Cæſar. h *Duo fuerunt Iuliani Pomerij; alter Presbyter alter Diaconus. Vide Bellarminum de ſcrip. Eccleſ. ad ann. 680.* Anni. Chriſ.

S. Gaudioſus Epiſcopus Turiaſonenſis ſanctitatis gloria floret.

Turibius Monachus, ad quem ſcripſit Montanus Pontifex Toletanus, è Monacho Benedictino fit Epiſcopus Telenſis, vel Palentinus.

Iulianus Pomerius Gallus plenus annorum, meritiſque moritur.

Eodem anno moritur Gennadius [i] Maſsilienſis ſcriptor nobilis.

i *Eius opus de ſcript. Eccleſ. extat. Fuit unus ex Presbyteris, de quibus Proſper, & Hilarius conqueſti ſunt. Adi Baron. tom. 7. anno 496. fuit alius Gennadius Epiſcopus Aſturicenſis, ſed ævo ſequenti.*

Leander [l] Severiani Ducis filius, & Flaviæ Sanctinæ nepos, Murtiæ, quæ Bigaſtrum [m] Gothis dicta eſt, natus ex matre Theodora Cerula fœmina nobiliſsima, & in æde S. Mariæ ſuburbanæ tingitur.

l Leandri Severiani Ducis filius.) *Leander, de eo D. Iſidorus Germanus frater c. 28. Gregor. Pont. Dial. lib. 3. c. 31. Trithemius lib. 2. c. 6 & lib. 4. c. 130. Martyrolog. Rom. 27. Feb. Vſuard. Beda, Ado, & alij.*

m Murtiæ, quæ Bigaſtrum Gothis.) *Forſitam Murgi.*

Bigaſtrum

Erq. *Bigaſtrum aſſerit Morales in eo tractu fuiſſe, cum eo Cluſius,* Anni.
Caſa. *variant Florianus, & Ortelius. Noſter illorum temporum* Chrſ.
vicinior teſtis potius credendus oculatus.

S. Laureanus [n] patria Pannonius, clericus Mediolanenſis poſt aliquot annos ibi tranſactos, ad urbem Hiſpalim Hiſpaniæ venit.

n S. Laureanus.) *De quo Martyrol. Roman. 4. Iulij Flos Sanct. Hiſp. Theſaur. concion. & alij.*

Severiana Theodora, [o] quæ Leovegildo poſt Gothorum Reginupſit, nata etiam in urbe Murtienſi in eadem æde ſacra tingitur.

o Severiano Theodora.) *Severiana Theodoſia.*

578 Eleutherio Epiſcopo Braccarenſi [p] Vigilius Papa ſcripſit. 540.

p Eleutherio Epiſcopo Braccar. Vigilius Papa ſcribit) *In actis Vigilij Papæ 2. tomo Concil. & 1. tom. Epiſtol decretal. ſed ibi Eterius, in alijs Codicibus* Eleutherius, & Eucherius, *at ut ſit idem eſt Epiſcopus coniectat Baron. tom. 7. Annal. anno 541. fuiſſe eius Epiſcopatum circa Oceanum. De eo Padilla Cent. 6. c. 20.*

Magnus Epiſcopus Mediolanenſis excluſo Dacio, intruditur.

Era. Cæſa. Anni. Chriſ.

Mõtanus Epiſcopus Toletanus mortuus in Bætica Toletum adducitur.

Reliquiæ S. Vincentij Legionenſis Abbatis, q & Martyris Ovetum allatæ, anno Domini 531. mirificis miraculis celebrantur.

q *Meminit Morales lib. 12. c. 19. Padilla Cent. 7. c. 17 eius ſepulcrum viſitur hodie apud S. Claudium Legionenſem, cum epigrammate, quod rudem eius ſæculi Minervam ſpirat.*

Hoc tenet ornatũ venerandũ corpus Vincẽtij Abbatis
Sed tua ſacra tened anima celeſte ſacerdos.
Regnum mutaſti in melius cum gaudia vitæ
Martyris exempla ſignant quod membra ſacrata.

Et poſt multa.

Obijt in præceptis Dei Id. Martij Era DCLXVIII.

In quo lapſi ſunt, qui epithaphium inſculpi fecerunt: centum enim, & amplius addiderunt annos, ut à Maximi calculo convincitur, nec enim anno 668. Ariani in Hiſpania erant, qui martyrium Vincentio Abbati inferrent, ut etiam advertit Morales dicto lib. 12. cap. 19.

Martinus Pannonius r vir ſanctiſsimus, & ſapientiſsimus fit Abbas Dumienſis in Gallæcia, multorum Monachorum Benedictini Ordinis pater in Monaſterio, quod prope Braccaram Auguſtam Rex Recciarius Suævorum Catholicus magnifice fecit exædificari.

r Marti-

Digitized by Google

Era Cæſa. Anni Chriſ.

r Martinus Pannonius.) *Ipſe in ſepulcrali Carmine.*

Pannonijs genitus tranſcendens æquora vaſta
Gallæciæ in gremium divinis nutibus actus.

Aſſerit quoque Gregor. Turon. hiſt. Franc. lib. 5. c. 37.

Turibius Palentinus Epiſcopus Palentinis hæreticis maledicit.

Thedoricus Oſtrogothorũ Rex hæreticus male diſperijt. ſ

ſ *Iulianus in chron.* Ad æmonibus in inferno precipitatur. *Rudericus Tolet.* Sacrilegus Arianus impiam animam Dei iudicio exhalavit.

588. Sanctina Severiani Ducis Carthaginis Spartariæ (qui, & ipſe Severianus elegãtes Carthagine Spartaria ædes ad portum maris noſtri interni iuſſerat ædificari) hoc anno moritur: quæ 544. ædificarat ad S. Petrum Caradinenſem celebre monaſterium; quo t Monachos tranſmiſſerat S. Pater Benedictus ex Italia ad Hiſpanias, & Toleto huc eius corpus deferri teſtamento cavit. 550.

t Quos Monachos traſmiſerat.) *Emendavi, Quo Monachos tranſmiſſerat. Narrat Iulian. in chron. anno* 525. Mittit S. Patriarcha 12. Monachos cum Abbate ſuo Toletum, quod tunc ſedes regia Gothorum erat. *Anton. Yepes. Cent. 1.*

Monaſ-

Digitized by Google

Era Cæſa. | Anni Chriſ.

Monaſterium Dumienſe fit ſedes Epiſcopalis in Gallæcia.

Eleutherio Braccarēſi defuncto ſuccedit Lucretius. u

u *Ita etiam Iulianus in chron. Præfuit Concil. I Braccarenſi. Vt ex eius actis conſtat.*

Prope Oſſet oppidum Luſitaniæ in Diœceſi Pacis Auguſtæ fontes baptiſmatis in Pervigilio Paſchatis excitantur. x

x Fontes baptiſmatis in pervigilio Paſchatis eccicātur.) *Immo excitantur: cum enim antea ſacer fons ſiccus eſſet, in pervigilio Paſchatis ebulientes à mirabili illa ſcaturigine aquæ erumpebant, arentemque antea fontem ad cumulum miris illis luſtralibus lymphis adimplebant. De quo ita Gregor. Turon. de gloria martyrum cap. 24.* Eſt & illud illuſtre miraculum de fontibus Hiſpaniæ, quos Luſitania provincia profert: piſcina namque eſt apud Oſſēm (*lege Oſſet*) campum antiquitus ſculpta, & ex marmore vario in modum crucis miro compoſita opere: ſed & ædes magnæ claritatis, ac celſitudinis deſuper à Chriſtianis conſtructa eſt. Igitur cum dies ſacer poſt curriculum anni antecedentis advenerit, quo Dominus, confuſo proditore, myſticam diſcipulis præbuit cœnam, conveniunt in locum illum cum Pontifice cives, iam odorem ſacri perſentientes aromatis. Tunc data oratione, Sacerdos oſtia templi ſimul iubet muniri ſignaculis, adventus virtutis Dominicæ præſtolantes. Die autē tertia (quod eſt Sabati) convenientibus ad baptizandum populis, adve-

adveniens Epiſcopus cum civibus ſuis, inſpectis ſignaculis, oſtia reſerat clauſa. Ac mirum dictu, piſcinam, quam reliquerant vacuam, repeñunt plenam, ſed ita cumulo altiore refertam, ut ſolet ſupra ora modiorum triticum aggregari: videaſque huc illuc latices fluctuare, nec partem in diverſam diffluere. Tunc cum exorciſmo ſanctificatum, conſperſum deſuper chriſma omnis populus pro devotione haurit, & vas plenum domi pro ſalvatione reportat, agros, vineaſque aſperſione ſaluberrima tutaturus. Et cum exinde multitudo amphorarum ſine collecto numero hauriatur, nunquam tamen vel cumulum minuit: licet ubi infans primo tinctus fuerit, mox aqua reducitur: & baptizatis omnibus, lynphis in ſe reverſis, ut initio produntur neſcio, ita & fine clauduntur ignaro. *Hæc Gregorius: cum quo Sigebertus in chron. anno* 573. Hiſpani, & Franci de Paſchate celebrando diſſentiunt. Hiſpanis duodecimo Kal. April. Francis vero decimo quarto Kal. Maij Paſcha celebrantibus. Sed Francos recte celebraſſe, per hoc divinitus claruit, quod fontes in Hiſpania, qui in Sabato ſancto Paſchæ ad baptizādum ſponte divinitus repleri ſolent, non in Hiſpanorum, ſed in Francorum Paſcha repleti ſunt. *Eadem habet Beda in lib. de Tempor. à quibus Baronius tom. 7. anno* 548. *&* 573. *Morales lib. 11. cap. 54. Padilla, & cæteri Hiſpani ſcriptores. Inſiſtens igitur rei veritati, & literarum veſtigijs repoſui* excitantur.

Baccauda y Athanagildi frater ex ſemine Regum Gothorum ſuccedit Iuliano in ſede Primaria Toletana Pontifex.

y Baccauda Athanagildi frater.) *Ita à Loaiſa, & Padilla continuan-*

Era Cæſa. *continuantur. Alius eſt etiam Epiſcopus Bacauda Egabrenſis, qui Concilio 8. Tolet. ſubſcripſit cuius eſt memoria etiam in lapide in oppido Egabrenſi hodie* Cabra. *Adi Moralem lib. 12. c. 30.*

592 Athanagildus ex Regio ſemine Gothorum,[z] fraterque Bacaudæ Toletani Pontificis, Dux acerrimus contra Agilam conſpirat. 554.

z *Iſidorus Era 593. Rudericus lib. 2. c. 13.*

593 Avitus Imperator Hiſpanias traijcit: ibique depoſita imperij dignitate, magnis itineribus ad Gallias properat. 555.

594 Recciario Suævorum Regi[a] Catholico filius eius Ariamirus Catholicus in Regia ſede Suævorum fœliciter ſuccedit: qui multum honorat S. Vincētium martyrem Legionenſem, quem Richila filius Hermerici Ariani eius avus occiderat. 556.

a Recciano Regi Catholico filius eius Ariamirus.) *Horum principum nomina parum ſincere ſcripta emendavimus: ſcilicet Ariamiri, Theodemiri, Agilæ. Morales lib. 11. cap. 57. Mariana lib. 5. cap. 9. Padilla Cent. 6. 32. Ex D. Iſidoro, & alijs.*

Maxime viget in Hiſpania memoria S. Marinæ virginis Hiſpanæ Gallicienſis,

Digitized by Google

Æra Hiſpa. ... Anni. Chriſ.

ceienſis (quam alij Margaritam vocarunt, alij Gemmam Marinam.) Paſſa eſt ad urbem Amphilochium Gallæciæ ſub Olybrio [b] iudice, & Diocletiano Imperatore.

b Sub Olobrio iudice.) *Hiſpalen. & Archiepiſ. habent Olybrio, à quibus emendavimus.*

Hoc anno contrahitur Synodus [c] prima Braccarenſis ſub Lucretio, quæ nationum Epiſcopos, nonnullos Hiſpaniarum contraxit.

c *Morales, & Boronius hoc Concil. ad ann. 563. reijciunt. Padilla 561. & habetur 2. tom. Concil. & in collect. Loaiſæ.*

Eodem etiam anno [d] contrahitur ad Lucum Auguſti [e] (alij, & verius ad Lucum Aſturum) nationum quædam Synodus. Lucenſis ſedes Aſturum electa fuit in Metropolitanam: ibique fiunt diviſiones ſedium Braccarenſi, & Lucenſi ſubiectarum.

d *In quo de finibus regundis actum: extantque eius acta. In Concilior. Hiſpan. collect. & Moral. lib. 11. cap. 57. Padilla Cant. 6. c. 37. Luca Tud. ætate. 6. c. 10.*

e *Hodie* Lugo. *Agnoſciturque Ptolemæo, & Antonino.*

Bbb Ful-

Era Cæſa. | Anni. Chriſ.

Fulgentius naſcitur Hiſpali, patre exule in ea urbe, exciſa Cartagine.

His temporibus, vel circiter in Bætica conſtantiæ Iuliæ, quæ eſt Oſſet, S. Gregorius confeſſor, [f] & S. Verania monialis Benedictina. [g]

f Conſtantiæ Iuliæ, quæ eſt Oſſet. S. Gregorius.) *Iam de Gregorio Oſſetano dictum ſupra. Deceſsit anno 542. ut ex eius epigraphe patet. Itaque eius ſanctitatis famem nunc per omnium ora volitare, & in pretio eſſe aſſeverat.*

g S. Verana Monialis Benedictina.) *In Arch. & Piredæ. Cod.* Verania: *quod magis ad Latini ſermonis rationem accedit. Sunt eiuſdem nominis plures fœminæ. In Martyrologio Rom. 1. Sept. Verene adhuc corruptius ſcriptum, ſed ibi ſignanter: in territorio Conſtantienſi ad Aquas Duras. Miror que Philipp. Ferrar. in Topographia ad Germaniam pagum Conſtantienſem detorquere. Cum ibi nunquam fuerit Oſſet, quæ dicta eſt à Plinio Iulia Conſtantia, in cuius territorio S. Verania deceſsit ad Aquas Duras, ut ſæpius in Maximo reperitur. Nec corpus huius virginis ibi adſervatum nos movet, nam in Maurorum Hiſpaniæ vaſtatione id multis ſanctorum relliquijs contigit, quæ hinc ad loca remotiora exportatæ ſunt.*

598 Athanagildus Goſiuntham nobiliſſimam virginem Toletanam Toleti ducit, ex qua duas filias ſuſtulit poſt Gallorum Reginas. [h] 560

h *Gregorius Turonenſis hiſt. lib. 5. c. 38.* Caput autem huius ſceleris Goſiuntha fuit, quam poſt Athanagildi Regis

Digitized by Google

Era Cæſa. gis connubium, Rex Levuigildus acceperat. *De filiabus idem Gregor. lib.4. c.28.* Chilpericus Rex cum iam plures habeat uxores, ſororem Brunichildis Galſuintham expetijt. *De his cecinit Fortunatus lib.6.* Anni Chriſ.

Toletus geminas miſsit tibi Gallia turres
Prima ſtante quidem, fracta ſecunda iacet.

600 Floret in Hiſpania Marcellinus [i] S. Martyris Marcellini nepos. 562.

i *Fuit Marcellinus hic Archipresbyter Tolet. ſubcripſitq; Concilio 3. Tolet. ſub Reſuicinto. Huius meminit Sidonius Apollinaris lib.2. epiſt. ad Serranum.* Epiſtolam tuam nobis Marcellinus Rogatus exibuit, virque amicorum, quæ primoribus verbis ſalutatione libata reliquo ſui tractu, qui quidem grandis eſt, &c.

Martinus Dumiẽſis Epiſcopus, mortuo Lucretio Epiſcopo Braccarenſi, ſuccedit in ea ſede: emittitque hoc anno Canones Conciliorum, [l] quos ille correxit, Patribus in Concilio Lucenſi collectis.

l *Lucas Tudenſis è Græco in Latinum ſermonem vertiſſe ait, & ſic miſsiſſe. Vaſſæus hoc anno, Padill. Cent.6. c.37.*

Floret Vocontius Epiſcopus Caſtellanus in Veſcitania Hiſpaniæ.

Idem Athanagildus in planicie ſuburbij Toletani ædificat Monaſterium

Era Caſa. Ann. Chriſ.

Ordinis [m] S. Benedicti in honorem S. Iuliani apud Arvernos paſsi dictum Agalienſe ab Agallia Villula propinqua, quod diſtat minus quam 250. Paſſus ab Eccleſia Prætorienſi SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli inter occidentem, & Septemtrionem ſitum: ubi conſtituit primum Abbatem Euphemium Monachum natione Græcum ex Italia vocatum, qui poſt fuit ad Eccleſiæ Toletanæ ſedem vocatus.

m *Iulianus Petri in chron. anno 558.* Euphemianus, vel Euphemius, primus Abbas Agalienſis monaſterij ab Athanagildo Rege Vuiſegothorũ ædificati, eſt in monaſterio poſitus, ſcribitq ad Papam Pelagium.

Severianus Dux exul mire proficit in fidei confeſsione.

Athanagildus Rex dicitur Chriſtianus, [n] Catholicuſque ſecreto fuiſſe.

n *Lucas Tudenſis, & Vaſſæus anno* 554. *Padilla Cent.6. cap.30.*

S. Æmilianus [o] Presbyter in Cantabria moritur.

o *De S. Aemiliano Martyrol. Rom. 12. Novemb. S. Illefonſus de vir. illuſt. in Braulione, qui vitam eius ſcripſit. Extat de eo ſacer Hymnus in Breviario Tolet. agunt fuſius Moral. lib. 11. c. 58. Padilla Cent. 6. c. 31. Marieta lib. 6. c. 6.*

Monaſte-

Digitized by Google

Monaſteriũ Ciſlæ p S. Auguſtini ab Athanagildo Rege Vuiſegothorũ Toleti ædificatur.

p *De hoc monaſterio agit fuſe Ioannes Marcus lib.* Del origen de los Ermitaños, c. 11. §. 2.

Hermenegildus Gothus Princeps ex Theodora q Severiani, & Theodoſiæ filia, & Levuigildo Gotho Principe naſcitur.

q *Alij Theodoſiam S. Hermenegildi matrem appellant, ut Rudericus Tolet. lib. 2. c. 14. Morgado in hiſt. Hiſpal. lib. 1. c. 8. Padill. Cent. 7. c 13. ubi etiam Theodoram appellari ait. Vocum affinitas ambigendi, & variandi cauſam præbuit, ſed quæ rerum veritati non officiat.*

Iſidorus Hiſpali Severiano patri exuli naſcitur.

Selvæ Epiſcopo Tarraconenſi ſuccedit Euphemius. r

r *Aliter in eius Eccleſiæ Chronologijs. Nam poſt Euphemium, Artemius, Aſiaticus, Euſebius, Audax. Poſt audacem Selva.*

In Gallia Gothica, vel Narbonenſi mons multos dies ardet. s

s *Sigebertus anno 562. Genebrardus in Ioan.*

Digitized by Google

Era Cæſa. Anni Chriſti

Petrus [ſ] ſuccedit Bacaudæ in ſede Toletana primaria: præeſt duodecim annos, & legatus frequenter mittitur ab Athanagildo ad Reges Galliæ, & euntes eius filias nuptum eiſdem Regibus apparatu Regio comitatur.

ſ *Iulian. Petri.* Bacaudæ Toletano ſuccedit in ſede Regia Petrus cognomento Benignus, vir optimus, & Archidiaconus Bacaudæ. *Ita etiam Loaiſa Padillaque ſufficiunt.*

Exuperantius cum alijs Monachis Benedictinis Concordiæ in Bætica, quæ etiam Nertobriga dicitur, mirabilis habetur.

Reccaredus, Levuigildo Hiſpali cõmorante, naſcitur.

Leander ibidem fit ex Palatino Monachus Benedictinus.

Severianus hoc anno ſancte, compoſiteque moritur.

604 Ioannes Scalabitanus, [t] ex Luſitania Monachus Agalienſis Toleto ſtudiorum cauſa proficiſcitur Conſtantinopolim. 566.

t *Iſidorus de eo cap. 31. de vir. illuſt. eius chron. ab Andrea Schoto in Hiſpan. Bibliothec. compilatum eſt 2. part. Morales meminit lib. 12. c. 18.*

Avitus

Digitized by Google

Avitus Imperator, qui prius venit in Hiſpan.) *Aviti Imperatoris memoria tam in Dextri Codicibus, quam in Maximi errat, nec utrobique recte collocata. Apud Dextrum anno.*418. Avitus Imperator Hiſpanias traijcit, ibique depoſita Imperij dignitate magnis itineribus ad Gallias properat. *Sed hoc tamquam adulterinum, & in Dextro ſuppoſititium omnino proſcribimus. Nam Avitus Imperium capeſsit anno* 455. *& eo ipſo depoſitus ac mortuus eſt. Evagr. lib.2.cap.7. Niceph. lib.15.c.11. Gregor. Turon. lib.2.cap.11. Victor Tunnunenſis in chron. Idacius anno* 4. *Martiani, qui tamen Imperij tres annos profert. Faſti etiam Conſulares apud Onuphrium Panvin. eo anno* 455. *conſignat. Ergo ad eum annum à mandanda hæc ſunt, nec bene etiam à Maximo temporis ratio habita. Vel quod tutius reor, exſcriptorum id oſcitantia effectum, ut etiam alibi notavimus.*

Res Braccarenſis Epiſcopi mirifice florent, ex quo anno tertio Theodemiri Regis Suævorum coacta eſt Braccaræ Synodus.

Theodoſia, vel Theodora cognomẽto Cerula [a] fœmina lectiſsima uxor exulis Severiani quondam Ducis Carthaginis Spartariæ, Hiſpali ſancte moritur.

[a] *In ſuburbio Hiſpalenſi, quod S. Bernardi dicitur ab Eccleſia illic ædificata, ipſique dicata, eſtque ea urbis pars, quæ verſus Orientem Solem reſpicit, avorum memoria in viridario repertum eſt elegans ſepulcrum cum epigraphe hac.*

CER-

Era Cæſa. | Ann. Chr.

CERVELA. CLA. FOEMINA. FAMVLA. XP̄I. VIXIT. PLVS. MINVS. ANNOS. XXXV. RECESSIT. IN PACE. COR. TRANSFIXIT. III. KAL. FBRS. ERA. DC.

Eius gentis hanc fœminam fuiſſe, tum ævum, tum nomen perſuadent. Nec me movet, quod CERVELA, *non Cerula, ut noſtra Theodoſia, in lapide ſcriptum reperiamus: nam. E. interijciēdi mos etiā veteribus Romanis uſitatiſſimus. Sic Vbei, Vtei, Puerei, Capteivei, Pro, Vbi, Vti, pueri, captivi, ut Quintilianus docet lib.1.c.7. Sic etiam pro Trulla Truella, ſæpe enũciabant. Andræas Alciatus lib.7. Parergon. Thomas Demſterus in Paralipom. antiquit. Rom. lib.5. c.29. Gothorum etiam tempore, quo evaneſcente lingua communi Latina, Caſtellana, qua utimur, incæpit, & deinceps idem pronuntiandi mos. Et ſic, à Durio Duero, ab Aſſula Aſſuela, ab Avia Abuela, à Populo Pueblo. Raſura, Raſuera, Gothulo, Godielo. Caſtilla Caſtiella, Concilio Conciello, in quibus, & alijs ſexcentis. E. interponitur.*

Longobardi Rege Alboino in Italiam irrumpunt. *

* *Paulus Vualnefridus de geſtis Langobardorum lib.2.c.7.* Igitur Langobardi relicta Pannonia, cum uxoribus, & natis omnique ſupellectili Italiam properant poſſeſſuri. *Paulus Diaconus lib.18. Gregorius lib.4. epiſtol.34. & lib.11. epiſt.43. Victor Tunnun. in chron. Spondanus in epit. anno 568. Lucas Tud. 6. ætate c.66.*

Levui-

Era Cæſa. | Anni. Chriſt.

Levuigildus Dux Vuiſegothorum Regis Athanagildi Baſtetaniæ, & Malacæ Regiones hoſtiliter vaſtat. y

y *Abbas Biclarenſis in chronico. In eo tamen perperam Baſtaniæ ſcriptum.*

Davidi Epiſcopo Hiſpalenſi ſuccedit in ſede Stephanus. z

z *Vterque in eius Eccleſiæ Tabulis reperitur.*

Davidi vero Pontifici ſcribit Benedictus Romanus Pontifex. a

a *Reperitur 1.tom.epiſt. decret.& 2. tom. Concil. Meminitque Padilla Cent.6.c.41.*

S.Maclinius Monachus Benedictinus Toletum veniens, à Petro Toletano Pontifice, comprovincialibuſque Epiſcopis conſecratur.

Ego M.Maximus, qui hæc ſcribo, vixi multos dies in æde S.Mariæ de Columna à B. Iacobo Zebedæi filio ſub regula S.Benedicti: propeque erat Monaſterium Monachorum Benedictinorum conſtitutum.

Palmæ in Bætica b S.Obdulia, vel Othilia c virgo Benedictina conſecrata magno apud omnes in pretio eſt.

Ccc b Palmæ

Digitized by Google

Era Cxla. b Palmæ in Bætica.) Palma *etiam nomen idem retinet, fuitque olim Diœceſis Italicenſis, ut D. Eulogius in memorial. Sanct. c. 13. affirmat.* Ludovicus in vico Italicenſis Provinciæ nomine Palma, quæ Singilio flumini præſidet; *eſt etiam Tarracone vetuſtus lapis Lucij Aufidij Secundi Palmenſis memoriam continens, ſed non huius Palmæ civem, ſed alterius apud Minoricam inſulam putat Morales in Tarracon. antiquit.* Anni Chriſ.

c *Iulian. in chronico anno* 878. Tranſlatæ ſunt relliquiæ S. Obduliæ virginis, & Martyris Palma Toletum. Quæ paſſa eſt ſub Iuliano, & tempore captivitatis allatæ fuerant Palmam. *Puto hic Iulianum decipi confundens Othiliam virginem, & martyrem, cum Obdulia virgine Benedictina, de qua Maximus agit. Labitur etiam in Martyrij tempore. Nam Othilia una fuit ex undecim mille virginibus, ut in Martyrol. Rom. 5. Septembris.*

David Hiſpalenſis docet S. puerum Iſidorum, Leandri fratrem in vico Pinciacenſi [d] Vaccæorum in Hiſpania.

d In vico Pinuacenſi.) *In Pineda C. Pinciacenſi. Quod ſincerius videtur, & ab eo repoſuimus.*

S. Nonimius Monachus [e] Benedictinus vita claret.

e S. Nonimius Monachus Benedictinus.) *Nonius in Archiep. in Pin. Nomius. Nullibi ſincere. Nonnitum D. Ildefonſi c. 10. Quis ambigat?* Nonnitus poſt Ioannem in Gerundenſi ſede Pontifex acceſsit, vir profeſsione Monachu, ſſimplicitate perſpicuus, actibus ſactus, &c. *Moral. lib. 12. c. 22. Padilla Cent. 7. c. 23. Niſi forte ſit Nunctus de quo Paulus Emeritenſis, & Morales lib. 11. cap. 72. clarius*

Nunctus

Digitized by Google

 Nunctus ſub Leovigildo. Aut Monymus ad quem D. Fulgentius tres libros inſcripſit: omnes hi hoc ævo claruerunt.

Eodem tempore floret S. Vrſus domo Arvernus, Epiſcopus Pacis Auguſtæ in Hiſpania, rarus fidei defenſor.

In Hiſpania apud Lucum Aſturum S. Vrſus primus ibi Benedictinus Monachus, ſocius fit Leubacci Abbatis.

Sãctus Romanus Abbas,[f] S. Lupicini frater, natione Gallus, veniens ad Hiſpanias aliqua Monaſteria condidit, moriturque in agro Aurichienſi[g] in Luſitania, oppidoque Pannonijs. Eius corpus in pretio habetur, & honoratur.

f *Alius eſt ab eo qui S. Benedicto in ſpelunca deliteſcenti miniſtravit. Huius fit 28. in Martyrol. Rom. meminit Gregor. Tur. de vit. Sanct. cap. 1. & apud Surium de eo, & Lupicino fratre tom. 1. primo die Ianuarij, at in Martyrol.* In territorio Lugdunenſi locis iurenſibus *dicitur quieviſſe, dictis à mõte Iura, qui dividit Sequanos ab Helvetijs. Eius tamen textus diverſæ lectiones reperiuntur. Beda enim, & Vſuardus legunt:* Locis virentibus: *alij Codices habent,* Locis Lorenſibus. *Maximus etiam aliter: agro ſcilicet,* Orichienſi in Luſitania. *Qui tam diverſus eſt ab illis.*

Quam ſi Libyam
Remotis Gadibus iungas.

Nec ego hanc litem diſſolvere facile quibo. Habet S. Romanus in Hiſpania celebre, antiquiſſimumque cænobium prope

Digitized by Google

Era. Caſa. *flumen Durium, Scindaſuinthi Regis ſepulcro etiam venerandum. Vulgò* S. Roman de Hormiſga. *De eo Morales lib. 12. cap. 28.* Anni. Chriſ.

g In agro Aurichienſi. *Ager Orichitenſis etiam hodie dicitur, neque bellorum procellæ nomen mutarunt.* Metatum eſt paulo infra caſtrum viride, oppidum non procul à confluente Combris, & Tergis ignobilium fluviorum. *Ita Reſendius antiquit Luſit. peritiſsimus lib. 4.*

Levuigildus, qui poſtea fuit Rex Vuiſegothorum, Conteſtanos populos Hiſpaniæ ferro, flammaque depopulatur.

Theodora Ducis Severiani filia, uxorque Levigildi, fœmina pudicitia, vitæque ſanctitate, & fidei conſtantia clariſsima, Toleti moritur, & apud S. Leocadiam cum maximo civitatis, & ſuorum Luctu ſepelitur.

Paulus Emeritẽſis Epiſcopus[h] Epiſcopo ſuccedit fideli.

h Paulus Emeritenſis Epiſcopus ſuccedit.) *Græcum gente, profeſsione medicum hunc fuiſſe teſtatur Paulus Diac. Emerit. atque ob egregias virtutes ſtudiorumque præſtantiam in hanc evectum dignitatem. Fidelem ei ſuffectum aſſerit Padilla in chronol. ſed invertit ordinem. Adi Moralem lib. 11. cap. 72.*

Imago crucifixi ſervatoris[i] noſtri à quodam improbatiſsimo Iudæo, per ſummam audaciam telo percuſa divinitus

nitus largo ſanguinis fluxu manat, tota urbe Regia admirante, & novitatem tanti miraculi obſtupeſcente: idque in ſuburbio Toletano prope ædem S. Crucis ad portam, quæ Agilanis dicitur, Petro Toletano præſule.

i *Liber Athanaſij de Paßione Imaginis. Synod. Nicena 2. act. 4. Sigebertus in chron. anno 766. Bellarmin. de ſcriptor. Eccleſ. in Athanaſio, & in controverſijs lib. 2. de Adoratione Imagin. c. 9. & alijs. Alfonſus Venerius in Enchiridione temp. Garivaius lib. 8, cap. 19. Sed in Athanagildi ævo, tacita urbe regia, referunt aliqui.*

Hoc eodem anno, defuncta Theodora priore coniuge ſua, Levuigildus duxit Goſiuntham [l] viduam Athanagildi Regis, fœminam aſtutam, & malitioſam, infectam Ariana peſte.

l *Gregorius Turonenſis lib. 5. c. 38.* Caput autem huius ſceleris Goſiuntha fuit, quam poſt Athanagildi Regis connubium Rex Levuigildus acceperat. *Ioannes Biclarenſis, hoc eodem anno, qui eſt tertius Iuſtini Imperatoris. Mariana lib. 5. c. 11. Padilla Cent. 6. c. 36.*

Leander filius Severiani Ducis, Abbas, Benedictinus in Monaſterio Hiſpalenſi Presbyter fit ab Stephano Hiſpalenſi Metropolitano, S. Pontificis Davidis ſucceſſore.

Marti-

Digitized by Google

Era Cæſa. 607 Martinus ex Dumienſi Pontifice an tea, [m] factus Epiſcopus Braccarenſis, ut Metropolitanus præfuit Concilio Lucenſi. [n] Anni Chriſ. 569.

m Martinus ex Dumienſi Pontifice factus Epiſcopus antea Braccarenſis.) *In verſus ordo: lego itaque:* Ex Dumienſi Pontifice antea, factus Epiſcopus Braccarenſis. *Nec aliter verum. Lucas Tuden. c. 65. & alij.*

n Præfuit Concilio Lucenſi.) *Huius Concilij acta antiquiſsimis literis exarata ſe vidiſſe teſtatur Ambroſius Morales lib. 11. c. 59. cautum eſt. Era 607. Padilla quoque de eo Cent. 6. c. 37.*

Petrus Toletanus Hiſpaniæ Primas, ducto à B. Petro, Iacoboque per alios continuo primatu, [o] mirifice floret.

o *Valde ſtudioſum urbis Toletanæ Maximus ſe profitetur, ut obiter Dextrum prætereamus, ſed quidē uno animo in tuendo illius ſedis primatu conſpirant, & ſe illius aſſertores ubique exhibent, quorum quidem fidem, nec latum, ut aiunt, unguem imminutum ibo: ſed rerum in conſtantia id effectum eſt, ut aliquando Hiſpalenſes Pontifices Primatus dignitate pollerent, ipſiuſque ſacroſanctæ poteſtatis iura merito arrogaverint. Vel unum D. Iſidorum produco, quem non ſolum Archiepiſcopum Hiſpalenſem, ſed Metropolitanum, Primantem, & Epiſcoporum ſummū Rudericus Toletanus, Lucas Tudēſis Alfonſus Carthagena, Vaſſæus, & Braulio, qui vitam conſcripſit, confitentur. Quibus adſtipulatur Garivaius lib. 8. c. 34. Morales lib. 11. c. 44. & 73 & lib. 12. c. 12. Padilla, qui omnium diſquirit rationes lib. 12. c. 12. Baronius autem licet pro Hiſpali ſententiam non ferat, tamen hæc adverſus Toletanam*

tanam

Ta-tanā Eccleſiā ait.to.7. Ann.610.ann.14. Nam quod aliqui Anni.
Eccleſ. tradunt id aſſecutam Eccleſiam Toletanam à tempo- Chriſt.
ribus S.Petri Apoſtoli, & ab ipſo Petro, haut probari poteſt. Quomodo enim id tunc factum potuit, ſi an primatum ipſa gereret unius provinciæ Carthaginenſis in controverſiam deductum fuit hoc tempore Gundemari Regis, ut ex ipſius edicto liquet? certe quidem id Rex minime prætermiſiſſet aſſerere, qui Toletano Epiſcopo tantum modó tribuit, ut inter Coepiſcopos provinciæ Carthaginenſis ipſe primatus jure præcellat.

S.Fructuoſus p Benedictinus Abbas floret Conſtantinæ in agro Braccarenſis S.Romani, de quo ſupra, diſcipulus.

p *Qui de S.Fructuoſo Abbate ſcripſerunt Compluticæ monaſterium extruxiſſe tradunt, ibique Abbatem fuiſſe. Id ex diplomate Cindaſuinthi Regis, quod adhuc perſeverat, & ſe vidiſſe teſtatur Morales lib.12.c.16.apparet: Complutica vero non inde procul fuit, ſi Ptolemæo fides, nomenque hodie retinet Compludo, in qua rudera monaſterij huius viſuntur. Padilla Cent.7.c.30. Vnde labem ſcripturæ inſperſam ſuſpicamur, ſed mutare religio fuit. Quo ad vero tempus, aliquot annos antevertiſſe mihi videtur: ſiquidem S.Fructuoſus Epiſcopus Braccarenſis, qui idem cum noſtro eſt, Concilio Toletano decimo ſubſcripſit anno Chriſti.656.*

608 S.Maſona q ſuccedit in Emeritenſi ſede Paulo. 570

q *Huius Maſonæ, ſive Mauſonæ res geſtas fuſe deſcribit Paulus Diac.Emerit. Abbas Biclarenſis anno 7. Iuſtini Imp.* Mauſona Emeritenſis Eccleſiæ Epiſcopus, in noſtro dogmate clarus habetur. *Morales lib.12.c. Padill.Cent.7. c.68. Subſcripſitque duobus Concilijs Toletanis primo loco.*

Petro

Digitized by Google

Era Cæſa. 609 Petro Toletano Pontifici ſuccedit ex voluntate Regis, ſuffragijs clericorum Toletanorum Euphemius [r] primus Abbas Agalienſis. Anni Chrſi, 571.

r *Iulian in chron. anno* 571. Petro cognomento benigno Pontifici Tolet. ſuccedit Euphemius, vel Euphemianus, alias dictus Heladius, unus deprimis S. Benedicti diſcipulis.

Et in Gubernatione Monaſterij Agalienſis Exuperius; qui poſtea etiam fuit Archiepiſcopus Toletanus.

Cæſarauguſtæ Deigenitricis Sanctum à D. Iacobo conſtitutum templum, quod ad columnam dicitur, per idem tempus incolis, & alijs populis celebratur.

Synodus Braccarenſis [ſ] ſub Martino Epiſcopo collecta.

ſ *Hæc eſt 2. illius Eccleſiæ Synodus coacta ſub Martino Dumienſi, iam nunc Braccarenſi. Kal. Iun. Era 610. cuius meminit Idacius in chronico, Moral. lib. 11. c. 62. Padilla Cent. 6. cap. 39.*

610 Levuigildus Rex Vuiſegothorum Agilam [t] comitem patrimoniorum ad Brunichildem Reginam Galliarũ Oratorem mittit, ut illi det Ingundem 572.

filiam

Digitized by Google

Aliam coniugem futuram Hermenegildo filio ſuo: re dilata in ſeptenium, quod virgo viro non eſſet matura, in Hiſpaniam revertitur.

t *De Agila Comite, & eius ad Reges Franciæ legatione meminit Gregor. Turon. hiſt. Franc. lib. 5. c. 43. his verbis.* Levuigildus vero Rex Agilanem legatum ad Chilpericum mittit, virum nullius ingenij, aut diſpoſitionis ratione peritum, ſed tantum voluntate in Catholica lege perverſum.

Poſt Dydimum in ſede Turiaſſonẽſi ſequitur Sanctinus, & poſt hunc Sáctinum in eadem ſede ſequitur Prudentius. u

u Poſt Sanctinum in eadem ſede præeſt Prudentius.) *Quatuor nominis, & ſanctitatis claritudine nobiles Prudentij fuere. Primus Poeta ille elegantiſsimus, qui dictus eſt Aurelius Prudentius Clemens, & is Cæſarauguſtanus, cui ſuppar fere fuit, & patria, & ætate Prudentius Amœnus Auctor Enchiridij veteris & novi Teſtamenti, Tertius eſt Epiſcopus Ilerdenſis, qui eccleſiæ ſuæ præſedit ad ann. 400. aut circiter. Quartus fuit Epiſcopus Turiaſſonenſis, omnes domo Hiſpani: Melchior Goldaſtus in notis ad Prudentium alium etiam Gallum nominat, quem tamen decipi puto in ſupputanda ætate, qua Prudentius iſte Epiſcopus Turiaſſonenſis claruit, ſiquidem illum ad ann. 300. reijcit, nec tamen teſtimonio probati Auctoris munitur.*

Era Cæſa. Anni. Chriſ.

Levuigildus Rex filios Hermenegildum, & Reccaredum facit Regni conſortes. x

x *Abbas Biclar. in chron.* Duoſque filios ſuos examiſſa coniuge conſortes Regni facit.

Severus Malacitanus Epiſcopus y fortiter depugnat, editis libris, contra Vincétium Cæſarauguſtanum Epiſcopum hæreticum deceptum.

y *D. Iſidor. cap. 30. de vir. illuſt. & in chron. Goth. in Levigildo.*

613 S. Donatus, z qui regulam Heremitarum S. Auguſtini locupletiorem, mitioremque primus in Hiſpaniam invexit, & in agro Setabitano Monaſterium Servitanorum a conſtruxit, ut verborum meritis, & miraculis abunde nobilitatus, glorioſus migrat ad Dominum, coliturque Kal. Novemb. 575.

z *Eximie à D. Ildefonſo prædicatur lib. de vir. ill. c. 4. à Ioanne Abbate Biclar.* Mirabilium operum patrator *vocatur. Fuſe de eo Morales lib. 11. c. 60. Mariana lib. 5. cap. 11. Padilla Cent. 6. c. 38. F. Ioannes Marcus* Del origen de los Ermitaños, *cap. 12. Carrillus in Annal. ann. 570.*

a *Eius Monaſterij meminere D. Iſidorus de vir illuſt. c. 45. Vaſſæus anno 569. Morales, Padilla, & recentiores, quos congeſſit*

congeſſit Ioannes Marcus dicto cap. §. 3. qui annum adventus S. Donati in Hiſpaniam, ducto calculo, ſupputat. Eſcolanus Hiſtoria Valent. lib. 9. c. 20.

Per hos dies Nerthobrigæ, vel concordiæ floret Exuperantius Abbas Benedictinus, diſcipuluſque S. Patris Benedicti.

De quo tale legi elogium: Nertobrigæ, quæ concordia dicitur in Bætica floret Exuperantius vir Dei, & ibidem ut Sanctus habetur. **Vide in præter miſsis.**

616 Æmilianus Presbyter [b] ad oppidum Brigogium [c] ditionis Turiaſſonenſis 14. Kal. April. glorioſus migrat ad Dominum. 579.

b *Noſtri hiſtorici duos Aemilianos confundunt, & alterius res geſtas alteri tribuunt. Marieta in Aemiliano Abbate. Padilla Cent. 6. c. 31. in fine.*

c *Alijs* Brivieſca, *alijs* Leon.

Fuit alter antiquior etiam Presbyter, & Abbas S. Benedicti, de quo ſupra dictum eſt.

Fuit alter David Epiſcopus Hiſpalenſis, [d] vir egregius, ad quem ſcribit S. Pontifex Benedictus Romanus.

d *Vnum tantum Davidem fuiſſe ſuſpicor, cui Benedictus*

Digitized by Google

Era Cæſa. *R. P. ſcribit. Neque is potuit hoc anno Davidi huic ſcribere, cum iam anno præcedenti in fine menſis Octobris deceßiſſet, ut ex Anaſtaſio elicit Baronius 7. tom. anno. 577.* Anni Chriſ.

Davidi defuncto S. Leander Abbas Benedictinus Hiſpalenſis Monaſterij, filius Severiani Ducis Carthaginis Spartariæ in Hiſpania, ſuccedit in Hiſpalenſi ſede.

617 Cōcilia celebrantur in æde S. Mariæ Cæſaraguſtanæ ad colūnam, ut olim ſub Priſcilliano Synodus collecta eſt. 579.

S. Martinus Epiſcopus Braccarenſis moritur.

Leander Epiſcopus Hiſpalenſis ſcribit ad Florentinam ſororem.

Exorto errore, quod nulli eſſent omnino ſpiritus, Euphemius, vel Epiphanius ſanctæ Eccleſiæ Toletanæ Præſul, ſcribit ad Licinianum Epiſcopum Carthaginis Spartariæ, & ad Severum [e] Malacitanum Epiſcopum, viros doctiſsimos: ipſique Severus, & Licinianus reſpondent Euphemio, vel Epiphanio.

e *D. Iſidorus de vir. illuſt. c. 42. & de ſcript. Eccleſ. c. 29.*

Ioannes, qui ex Monacho Agalienſi Biclarenſis fuit Abbas, [f] poſtquam

Conſ-

Erh. Caſa. Anni. Chriſ.

Conſtantinopoli redijt ad Hiſpanias fidei cauſa, quam acerrime tuebatur, juſſu Levuigildi exulat Barcinone.

f D. Iſidorus de eo c. 31. de ſcriptor. Eccleſ. Fuit iſte natione Gothus, provinciæ Luſitaniæ Scalabitanus. Hic cum eſſet adoleſcens Conſtantinopolim perrexit, ibiq; Græca, & Latina eruditione nutritus ſeptimo domum anno in Hiſpanias reverſus eſt, eodem tempore, quo incitante Rege Levuigildo, Ariana fervebat inſania. Hunc præſcriptus Rex cum ad nefandam hæreſis crudelitatem (lege credulitatem) compelleret, & hic omnino reſiſteret, exilio truſus, Barchinone relegatus per decem annos multas inſidias, & perſecutiones ab Arianis perpeſſus eſt. Qui poſtea condidit monaſterium, quod nunc Biclaro dicitur, ubi congregata monachorum ſocietate, ſcripſit Regulam ipſi monaſterio profuturam.

Levuigildus Rex ædificat urbẽ Riccopolim, g quæ prius dicta fuit Illarcurris in confluenti duorum fluminum Tagi, & Guduliæ in ipſius Celtiberiæ confinio.

g Rivopolim.) *Repoſui Riccopolim ex D. Iſidoro in chronico in Levuigildo, Ruderico Toletano lib. 2. cap. 14. & Abbate Biclarenſi, qui ita ait:* Leonegildus Rex extinctis undique tyrannis, & pervaſoribus Hiſpaniæ ſupperatis, ſortitus requiem propriam cum plebe reſedit, & civitatem in Celtiberia ex nomine filij cõdidit, quæ Recopolis nuncupatur. *Nunc* Almonacid *vocatur, ut placet Morali: Mariana tamen prope Paternianam, quæ hodie* Paſtrana, *vult fuiſſe. Illarcurrim Ptolemæus in Carpetania locat.*

Euphe-

Digitized by Google

Era. Cæſa. Euphemius, vel Epiphanius Toletanus Pontifex apprime Catholicus, in Galliam à Levuigildo mittitur orator, multis viris Palatinis cum comitantibus, negotiorum cauſa. Anni Chriſti

Mauſona,[b] qui, Levuigildo procurãte, in exilium mittitur, in eo exilio moleſtiarum rationibus opprimitur.

h Fuſe Paul. Diac. Emerit. Morales lib. 12. cap. 7. Padilla Cent. 6. c. 68.

618 Ingũdis Sigeberti, & Brunichildis Regum Gallorum filia, [i] quæ & ipſa Brunichildis Athanagildi Toletana eſt virgo pulcherrima, ſed & animi moribus, & fidei Catholicæ conſtantia multo pulcrior, ſex decim annos nata nuptura Hermenegildo, ex Gallijs ad Hiſpanias deducitur, eam comitantibus Euphemio, vel Epiphanio Epiſcopo Toletano, multiſque Epiſcopis, & viris Palatinis, ex prima nobilitate Franciæ, & Hiſpaniæ eam deducentibus: Fortunato Epiſcopo Pictavienſi, Salviano Aligenſi, Frontiniano Aquenſi, Beltranio Burdegalenſi, Gregorio Turonenſi; quæ Princeps Ingundis in præſentia horum 580.

Ponti-

Pontificum in Sede S. Mariæ Toletanæ nubit Hermenegildo Regi.

i Ingundis Sigeberti, & Brunichildis Regum Gallorum filia.) *Quia multa de Hermenegildo, Ingunde, Levuigildo eiuſq; domo dicturus eſt, ſemel te ad Auctores, qui eorum res tractant amandaſſe ſufficiat, hi ſunt. Gregor. Turon. lib. 5. hiſt. Franc. c. 38. & ſequentib. D. Gregor. P. R. Dialog. lib. 3. c. 31. Rudericus Tolet. c. 14. & 15. chron. Goth. Vaſſæus anno 584. Moral. lib. 11. c. 64. Is Hermenegildi, cuius ſe devotum profitetur, res ſtudioſe diſquirit. Padilla Cent. 6. c. 43. & 45. Morgado lib. 1.* De la hiſtoria de Sevilla. *c. 8. & 9. Martyrol. Rom. 13. April. & ea die. Beda, Vſuardus, Ado & alij.*

Hermenegildus auxlio divino, & monitis Ingundis uxoris Catholicæ, & crebris ad monitionibus per literas S. Leandri, l fidem Catholicam Concilij Niceni complectitur, Catholicorumq; ſuſcipit patrocinium.

l *Paulus Vualnefridus lib. 3. de geſtis Langobardorum:* Childepertus Rex Ingundem ſororem ſuam Hermenegildo, Levuigildi Hiſpanorum Regis filio, in coniugium tradiderat. Qui Hermenegildus prædicatione Leandri Epiſcopi Hiſpalenſis, atque adhortatione ſuæ coniugis ab Ariana hæreſi, qua pater ſuus languebat, ad Catholicam fidem converſus fuerat. *Eadem D. Gregorius Dial. lib. 3. c. 31. Morales lib. 11. c. 64.*

Hermenegildus cum Catholicis cõiungitur, & in cauſa Catholicorum

popu-

Digitized by Google

populorum à patre admonetur ne à ſe deficiat.

Floret Venantius Fortunatus, [m] qui poſt annum 600. obijt.

m *Epiſcopus Pictavienſis floruit doctrina, & ſanctitate. Eius opera extant in Bibliotheca V. P. tom. 8. Belarmin. anno 570. de ſcript. Eccleſ.*

Ingundis indigne tractatur à Goſiuntha [n] avia ſua, quæ Principis Hermenegildi noverca fuit.

n *Gregor. Turon. lib. 5. c. 38.* Hoc illa (Goſiuntha) audiēs iracundiæ furore ſuccenſa apprehenſam per comā capitis puellam (Ingundem) in terram collidit, & diu calcibus verberatam iuſsit ſpoliari, & piſcinæ immergi.

In dicto inter patrem Levuigildum, & Principem Hermenegildum publico bello, [o] Levuigildus filium Hiſpali obſidet, [p] proditioneque Romanorum patri ſuo traditur: qui poſt duram carceris cuſtodiam prius Hiſpali vinctus, & cathenis alligatus vehementer premitur, ſed tandem datis obſidibus dimittitur, prius tamen contra Levuigildum Regem Hiſpali, Corduba, Aſtigi in Bætica, Cartagine nova Murtia,

quæ

Digitized by Google

Anni. Chriſ.

quæ & Bigaſtrum, Illicique, quæ & Oriola in agro Carthaginenſi, Ebora, quæ & Aquis in Carpetania, & alijs civitatibus Regi prius Hermenegildo morem gerentibus, quæ patri tandem traduntur.

o *Abbas Biclarenſis in chron. Marianus Schot. & Sigebertus anno 586. Michael Rizius Neapol. lib. 1. de Regibus Hiſp. Marian. lib. 5. c. 12.*

p Hiſpali obſidet.) Abbas Biclar. Leonegildus Rex ad Rempublicam commigrantem Hiſpalim pugnando ingreditur, civitates, & caſtella, quas filius occupaverat, cepit: & non multo poſt, memoratum filium in Cordubenſi urbe compræhendit, & Regno privatum in exilium Valentiam mittit.

619 Levuigildus iterum Hermenegildum filium obſidet ad Oſſet oppidum Luſitaniæ, captumque Toletum ducit, ibique carceri mancipat, ubi Synodum Epiſcoporum Arianorum q ſuæque factionis contrahit: cui Paſcaſius Epiſcopus S. Eulaliæ Toletanæ præſidet. Conueniunt eo Vincentius Epiſcopus Cæſarauguſtanus, Sumnia, & Nepotianus Epiſcopi Emeritenſis Eccleſiæ intruſi, Vgnus Barcinonenſis, Murila Valentinus, & Argimundus Portucalenſis, 581.

Eee Gardin-

Gardingus Epiſcopus Tudenſis, &c. alij eiuſdem ſectæ.

q *Abbas Biclar. Marianæ lib. 5. cap. 12.*

Benignus Epiſcopus Braccarenſis floret: ad quem Gelaſius Papa ſecundus huius nominis ſcribit, eumque de cōſtantia fidei, deque alijs præclaris virtutibus laudat.

Epiſcopi Catholici à Levuigildo in exilium [r] mittuntur.

r *Gregorius Turonenſis hiſt. lib. 5. cap. 38.* Magna eo anno in Hiſpania perſecutio fuit Chriſtianis, multique exilijs damnati, facultatibus privati, ac diverſis ſupplicijs trucidati ſunt. *Eadem habet Abbas Biclarenſis, & Divus Iſidorus in hiſt. Gothorum.* Denique perfidiæ furore repletus, in Catholicos perſecutione commota, plurimos Epiſcoporum exilio relegavit, & Eccleſiarum redditus, & privilegia tulit.

Leander Epiſcopus Hiſpalenſis Metropolitanus, Lucianus Epiſcopus Carthaginis Spartariæ Metropolitanus (itque Conſtantinopolim, ut legatus plebium Catholicarum) & Mauſona Epiſcopus Metropolitanus Emeritæ Auguſtæ, civitatis Luſitaniæ, Euphemius, vel Epiphanius Metropolitanus Toletanus, & Ioannes Abbas Biclarenſis Barcino.

Digitized by Google

Era Cæſa. cinonem, Bonitus Complutenſis Cæſaraugustam, Epiphanius Toletanus Iriam Flaviam, & alij complures Pontifices alias exulant. Anni. Chriſt.

620 Levuigildus Rex Baddam fœminã clariſsimam ex prima Gothorum nobilitate, filiam Fonſæ [f] Comitis patrimoniorũ filio Reccaredo in matrimonium dat, ex eoque matrimonio natus eſt Flavius Suintilla, qui poſtea Rex Gothorum fuit. 582.

f Fonti Comitis patrimoniorum.) *In Archiep. Pined. & ex Concilij 3. Tolet. ſubſcriptionibus Fonſæ ſincerius.*

Froviſtus [t] Epiſcopus Oxomenſis, hoc tempore floret.

t *In Concilio Tolet. 3. ſubſcribit Froiſclus, ſed nec addito ſedis nomine, cum cæteri omnes habeant.*

621 Levuigildus iterum filium Hermenegildum Hiſpali obſidet. 583.

A temporibus Apoſtolicis ad hæc tempora celebris eſt feſtivitas S. Iacobi Apoſtoli filij Zebedæi, qui primus omnium Apoſtolorum prædicavit in oris Occidentalibus.

Petrus [u] per Hiſpanias totas cũ exercitu graſſatur.

Era Cæſar. u *Hoc tempore Romani in Hiſpania priſtinæ libertatis memores ſepius in Gothorum Reges, reſumptis viribus, incurſarunt, & forte an Petrus iſte Dux eorum fuit, nec memini me legiſſe.* Anni Chriſt.

622 Levuigildus exercitum contrahit contra Hermenegildum filium. 584

Mironem Suævorum Regem in auxilium ſuum [x] contra filium, & Hoſtes multos [y] vocat.

x *Abbas Biclar.* Leonegildus Rex civitatem Hiſpalenſem, congregato exercitu, obſidet, & rebellem filiũ gravi obſidione concludit, in cuius ſolatio Miro Suævorum Rex ad expugnandam Hiſpalim devenit.

y In auxilium ſuum hoſtes multos vocat.) *Quare ergo ſi hoſtes in auxilium convocat? Cur ſi amici, ac fœderati non ſocios, & auxiliares? Hiſpanorum idiotiſmus, ac ſequioris ævi nota locutio, qua maiores noſtri militum copias, ſive exercitus Oſtes,* Hueſtes, *& nunc* Gueſtes *appellant, multa paßim in antiquis hiſtorijs, & legibus talia monumenta, ut in l. 1. tit. 2. Fori iudicum.* Si el que à mil Cavaleros en garda en la Oſte, *& in l. 4. tit. 18. partit. 2.*

Artuagus [z] cognomento Gothus ex ordine S. Auguſtini Monachus Toleti floret opinione ſanctitatis.

Iulianus Epiſcopus Aſturicenſis valde floret.

z Aſtuagus cognomento Gothus.) *Emendavi Artuagus, Iulianus Petri.* Artuagus Monachus Auguſtinianus, vir apprime fervens zelo fidei. *Eutrandus Era 631. Pri-*

mo

Ann. Chriſ. mo die Maij moritur Sanctè, compoſiteque Sanctus Anni. Artuagus Monachus Auguſtinianus. *Scripſere etiam* Chriſ. *Ambroſius Coriolanus, & Iordanus Saxoferratenſis, de rebus Auguſtinianæ familiæ, Padilla Cent. 7. c. 17. Ioãnes Marcus* Del origen de los Ermitaños, *c. 11. §. 2.*

Vincentio Cæſarauguſtano [a] Epiſcopo ſuccedit Simplicius Epiſcopus [b] acerrimus fidei defenſor Catholicæ.

a *Qui Regis Levuigildi blanditijs, doniſque à fide orthodoxa deſciverat, & in impietatem Arianæ perfidiæ tranſierat. Ruderic. Toletan. D. Idorus de ſcript. Eccleſ. c. 31.* Severus Malacitanæ ſedis Antiſtes, collega, & ſocius Liciniani edidit librum unum adverſus Vincentium Cæſarauguſtanæ urbis Epiſcopum, qui ex Catholica fide in Arianam pravitatem fuerat devolutus. *Morales, Padilla, cæteriſque ſcriptores.*

b *Qui Concilio Tolet. 3. ſuſcripſit, & 3. Cæſarauguſtano.*

623 Porcillorum familia in Hiſpania 585. Tarraconenſi urbe Bigaſtro, quæ nunc Murtia dicitur, à Romanorum gente trahens originem, clara, & inſignis habetur.

Porta huius urbis ab hac familia dicta eſt Porcilla, ut Carthaginis Spartariæ Topilla, à Topilio cive Romano.

S. Licinianus [c] Carthaginis Spartariæ Epiſcopus, & S. Pontius Porcanus Abbas Lirinenſis ex hac gente fuerunt

runt maximi in Hiſpania, Galliaque fidei defenſores.

c *Vocatus eſt etiam Licinianus. De quo D. Iſidor. cap. 42. de vir illuſt. eius Epiſtolæ ad D. Gregor. R. P. cum ipſius Moralibus eduntur. Iulian. in chron. & Panvinus. Morales lib. 11. cap. 70. Cent. 6. c. 50.*

Hermenegildus Hiſpali dilapſus, [d] & Cordubæ captus, primum Hiſpali, Toleti deinde, Valentiæque aliquot menſes captivus exulat: deinde à patre Tarracone cum exercitu adductus in cuſtodia [e] arctiſsima multum manet.

d *Eadem Biclarenſis in chron. Gregorius Turon. hiſt. Franc. lib. 5. c. 38.* Ille vero, *Leovigildus*, apprehenſum oſculatus eſt eum, & blandis ſermonibus delinitum duxit ad caſtra: oblituſque Sacramenti innuit ſuis, induitque eum
8 veſte vili: regreſſuſque ad urbem Toletum, ablatis pueris eius, miſsit illum *Hermenegildum*, in exilium cũ uno tantum puerulo.

e Ibidem miſera cuſtodiæ mancipatione.) *S. Gregorius Papa lib. 3. Dial. c. 31.* Cumque ille *Hermenegildus*, reſpondiſſet, nunquam ſe veram fidem poſſe relinquere, quam ſemel agnoviſſet, iratus pater eum privavit Regno, rebuſque ſpoliavit omnibus: cumque, nec ſic virtutem mentis illius emollire valuiſſet, in arctam illũ cuſtodiam includens, colum manuſque eius ferro ligavit.

Ibidem miſera cuſtodiæ mancipatione detentus ab Euphemio Tarraconenſi,

Ann. Cæsa. | Anni. Chriſ.

nenſi, Euphemio Toletano, ibidem exulante, & à Ioanne Biclarenſi Barcinone exulante, clam animatus ad patiendum pro Chriſti fide fuit.

624 S. Hermenegildus in ipſo paſchatis Pervigilio, [f] quod de manu Paſchaſij Epiſcopi S. Eulaliæ Toletanæ Epiſcopi Ariani intruſi ſacram communionem, iubente patre, ſuſcipere noluit: iuſſu patris Levuigildi, hoc facto tunc furibundi, à Sisberto Prospathario capite percuſſus decimo tertio Aprilis [g] martyr fit. Qui mox multis illuſtratur miraculis à Deo: hunc Euphemius Tarraconenſis, Euphemius, aut Epiphanius Toletanus, Ioannes Biclarenſis Abbas, & alij Epiſcopi, Catholici Pontifices, virique nocte ſublatum multis cum lacrymis Tarracone [h] in æde S. Teclæ virginis, & martyris, Principem, & clarum martyrem ſepelierunt, ubi paſſus eſt. 586

f Paſchatis Pervigilio.) *Gregorius R.P. lib. 3. Dial. c. 31.* Superueniente Paſchalis feſtivitatis die, intempeſtæ noctis ſilentio ad eum perfidus pater Arianum Epiſcopum miſsit, ut ex eius manu ſacrilegæ conſecrationis cōmunionem perciperet, ac per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus Ariano Epiſco-

Era Cæſa. poveníenti exprobravit, ut debuit, eiuſque à ſe perfidiam dignis increpationibus repulit, quia & ſi exterius iacebat ligatus, apud ſe tamen in magno mentis culmine ſtabat ſecurus. Ad ſe, itaque reverſo Epiſcopo, Arianus pater infremuit, ſtatimque ſuos apparitores miſsit, qui conſtantiſsimum cõfeſſorem Dei, illic ubi iacebat, occiderent; quod & factum eſt. Nam mox, ut ingreſsi ſunt, ſecurim cerebro eius infligentes, vitã corporis abſtulerunt. *Refferturque in c. cœpit 24. q. 1.* Ann. Chriſ.

g Decimo tertio Aprilis.) *Martyrol. Rom. Beda, Vſuardus, Ado, & alij, circa tempus variant: Marianus Schotus, & Sigebertus in chron. cum noſtro conveniunt, Gregor. Turo. duos addit annos. Detrahunt Morales, & Baronius, & Iulianus Petri mediam ſequtus 585. Chriſti anno Martyrium S. Hermenegildi patratum ſignat, utram eligas tui indicij eſto.*

h Tarracone in æde S. Teclæ virginis, & martyris, Principem, & clarum martyrem ſæpelierunt, ubi paſſus eſt.) *Abbas Biclar. quem Garivaius ſequitur lib. 8. cap. 22. Iulianus Petri contra Æra 623. hiſce verbis.* Decimo tertio Aprilis in Pervigilio paſchatis ante mediam noctem, poſt quam incipiebat 13. dies S. Hermenegildus Rex filius Levuigildi Regis Vuiſegothorum, ſanctificatis carceribus Hiſpalis, Cordubæ, Toleti, & Tarraconis, Tandem Hiſpali, quod à Paſchaſio, dicto etiam Achaio Epiſcopo hæreſiarcha noluit accipere communionẽ, iuſſu patris à Liſiberto occiſus eſt. *Ita ab illis ſæculis corrivata traditio conſtanter Hiſpali retinet, ubi carcer in excelſa turre ad Cordubæ portam peranguſtus, & horridus, ſed magna Hiſpalenſium Religione excultus, ibi antiquitus templum ædificatum; quod anno 1611. Auguſtiori forma iactis denuo radicibus additiſque æditnis, & ſacellanis ſtipe conlata, erectum eſt; curante Ioanne Suario probitate ſpectabili Sacerdote. Iuliani opinionem Hiſpalenſiumque traditionem mordicus retinet Morales lib. 11. cap. Morgado lib. 1. cap. 9.*

Padilla

Padilla Cent.6. cap.47. & alij cum Martyrologio Romano, & Breviarijs antiquis Eccleſiæ Hiſpalenſis.

S. Prudentius [i] Epiſcopus Turiaſſonenſis Vxamæ moritur: ſuccedit illi in eadem ſede Stephanus Epiſcopus.

i *Martyrol. Rom. 28. April. Vaſſeus in chron. fuiſſe Epiſcopum Tarraconenſem, & vixiſſe Diocletiani tempore affirmat. Sed in utroque deceptus, decepit etiam Melchiorem Goldaſtum in notis ad Prudentium, qui anno 300. floruiſſe aſſeverat, ſubſcripſit Concil. 3. Tolet. & Cæſaraugustano. Agunt de eo Flos Sanctor. Hiſp & Theſaur. concion. tom. 2. Padilla Cent. 4. c. 31.*

Sabarienſes, & Vaſcones, dictos Turcones [l], ſubiugavit Levuigildus.

l *Abbas Biclar. Rudericus Ximen & Carrill. in Annal.*

Ingundis Regina, [m] uxor martyris Hermenegildi, Marito perempto, primū ad Africam, deinde ad Siciliā delata, (erepto filio ſibi Theodorico, & Conſtantino polim allato) Panormi mortuus, & ibidem honorifico ſepulcrali carmine decorata dicitur.

m Ingundis Regina.) *Hæc fuſe Paulus Vulnefridus lib. 3. de Geſtis Longobardorum.* Ingundis vero poſt mariti, & martyris funus de Hiſpanijs fugiens, dum Gallias repeda reveller, in manus militum incidens, qui in limite adverſus Hiſpanos, Gothoſq; reſidebāt, cum par-

Era Cæſa. po venienti exprobravit, ut debuit, eiuſque à ſe perfidiam dignis increpationibus repulit; quia & ſi exterius iacebat ligatus, apud ſe tamen in magno mentis culmine ſtabat ſecurus. Ad ſe, itaque reverſo Epiſcopo, Arianus pater infremuit, ſtatimque ſuos apparitores miſsit, qui conſtantiſsimum cõfeſſorem Dei, illic ubi iacebat, occiderent, quod & factum eſt. Nam mox, ut ingreſsi ſunt, ſecurim cerebro eius infligentes, vitã corporis abſtulerunt. *Referturque in c. cœpit 24. q. 1.* Anni Chriſ.

g Decimo tertio Aprilis.) *Martyrol. Rom. Beda, Vſuardus, Ado, & alij, circa tempus variant: Marianus Schotus, & Sigebertus in chronicum noſtro conveniunt, Gregor. Turo. duos addit annos. Detrahunt Morales, & Baronius, & Iulianus Petri mediam ſequtus 585. Chriſti anno Martyrium S. Hermenegildi patratum ſignat, utram eligas tui iudicij eſto.*

h Tarracone in æde S. Teclæ virginis, & martyris, Principem, & clarum martyrem ſæpelierunt, ubi paſſus eſt.) *Abbas Biclar. quem Garivaius ſequitur lib. 8. cap. 22. Iulianus Petri contra Era 623. hiſce verbis.* Decimo tertio Aprilis in Pervigilio paſchatis ante mediam noctem, poſt quam incipiebat 13. dies S. Hermenegildus Rex filius Levuigildi Regis Vuiſegothorum, ſanctificatis carceribus Hiſpalis, Cordubæ, Toleti, & Tarraconis, Tandem Hiſpali, quod à Paſchaſio, dicto etiam Achaio Epiſcopo hæreſiarcha noluit accipere communionẽ, iuſſu patris à Liſiberto occiſus eſt. *Ita ab illis ſæculis corrivata traditio conſtanter Hiſpali retinet, ubi carcer in excelſa turre ad Cordubæ portam perangustus, & horridus, ſed magna Hiſpalenſium Religione excultus, ibi antiquitus templum ædificatum, quod anno 1611. Auguſtiori forma iactis denuo radicibus additiſque æditnis, & ſacellanis ſtipe condata, erectum eſt; curante Ioanne Suario probitate ſpectabili Sacerdote. Iuliani opinionem Hiſpalenſiumque traditionem mordicus retinet Morales lib. 11 cap. Morgado lib. 1. cap. 9.*

Padilla

Era Cæſa. *Padilla Cent. 6. cap. 47. & alij cum Martyrologio Romano, & Breviarijs antiquis Eccleſiæ Hiſpalenſis.* Anni Chrſi.

S. Prudentius [i] Epiſcopus Turiaſſonenſis Vxamæ moritur: ſuccedit illi in eadem ſede Stephanus Epiſcopus.

i *Martyrol. Rom. 28. April. Vaſſeus in chron. fuiſſe Epiſcopum Tarraconenſem, & vixiſſe Diocletiani tempore affirmat. Sed in utroque deceptus, decepit etiam Melchiorem Goldaſtum in notis ad Prudentium, qui anno 300. floruiſſe aſſeverat, ſubſcripſit Concil. 3. Tolet. & Cæſarauguſtano. Agunt de eo Flos Sanctor. Hiſp & Theſaur. concion. tom. 2. Padilla Cent. 4. c. 31.*

Sabarienſes, & Vaſcones, dictos Turcones [l], ſubiugavit Levuigildus.

l *Abbas Biclar. Rudericus Ximen. & Carrill. in Annal.*

Ingundis Regina, [m] uxor martyris Hermenegildi, Marito perempto, primũ ad Africam, deinde ad Siciliã delata, (crepto filio ſibi Theodorico, & Conſtantino polim allato) Panormi moritur, & ibidem honorifico ſepulcrali carmine decorata dicitur.

m Ingundis Regina.) *Hæc ſuſe Paulus Vulnefridus lib. 3. de Geſtis Longobardorum.* Ingundis vero poſt mariti, & martyris funus de Hiſpaniis fugiens, dum Gallias repedare velllet, in manus militum incidens, qui in limite adverſus Hiſpanos, Gothoſq; reſidebãt, cum par-

Digitized by Google

Era. Cæſa. vo filio capta, atque in Siciliam deducta eſt, itaque diem clauſit extremum. Filius vero eius Imperatori Mauricio Conſtantinopolim eſt trangreſſus. *Et plures Gallici ſcriptores. Morales lib. 11. c. 69.* Anni. Chriſ.

Mauſona, qui Compluti exulat, valde dolet de morte S. Martyris, & Principis: Leander vero, viſo infantulo Conſtantinopolim delato, mirum in modū triſtatur.

Levuigildus rediens Toletum ex bello contra Suævos ſuſcepto, [n] ibidem graviter infirmatur per multos dies.

Reccaredū Gallijs redeuntē victorem Toletani gratanter excipiunt læta victori comprecantes.

n Ex bello contra Suævos ſuſcepto.) *Abbas Biclar. anno 2. Mauricij, Moral. lib. 11. c. 71. Rud. Tolet. lib. 2. c. 14.*

625 Lvuigildum Regem, ingraveſcente morbo coram, aliquot Epiſcopis vere pœnitet, [o] & occiſi filij, & erroris Arianitam pertinaciter defenſi, & Catholicam ille religione amplexus, quam ex animo videtur confeſſus fuiſſe, compoſite moritur 2. die Aprilis Feria 4. die feſto S. Theodoſiæ ad Cæſaream Capadocum paſſæ, diluceſcente die, & 587.

poſtri-

poſtridie ſepultus eſt in Templo S. Mariæ vetuſtioris ad Toletum.

o Coram aliquot Epiſcopis vere pœnitet.) *Tur. lib. 8. hiſt. Franc. cap. ultimo* Poſt hæc Levuigildus Rex Hiſpaniarũ ægrotare cœpit: ſed ut quidã aſſeverat, pœnitẽtiã pro errore hæretico agens, & obteſtans, ne huic hæreſi, quiſquam reperiretur conſentaneus, in legem Catholicam tranſijt, ac per ſeptem dies in fletu perdurans, pro his, quæ contra Deum molitus eſt, ſpiritum exhalavit. *S. Gregorius, nunquam ad veram pœnitentiam perveniſſe aſſeverat.* Pater vero perfidus, & patricida cõmotus pœnitentia, hoc feciſſe ſe doluit, nec tamen uſque ad obtinendam ſalutem pœnituit. *Ruderic. Tolet. lib. 2. cap. 14. Ado, & alij.*

Rex morti proximus commendat in teſtamento ſuo ſe, Regnum, & Reccaredum filium Mauſonæ, Leandro, Fulgentioque exulibus, quos filio mandat ſuppliciter ſtatim ab exilio revocari.

Cuius Regis ſupremis halitibus interfui ego M. Maximus cum Domino meo Simplicio Cæſarauguſtano Pontifice Archidiaconus, ac eius pœnitentiam lacrymaſque notavi.

Feria 5. ante meridiem, ſacris operante Simplicio Cæſarauguſtano Pontifice, poſt Levuigildi parentalia, in eadem æde ſacra Reccaredus Regni ſuſcepit gubernacula, ab eodem unctus.

Digitized by Google

Era Cæſa. Anni. Chriſt.

Euphemius Tarraconenſis y Metropolitanus vivebat Tarracone, florens opinione ſanctitatis, & doctrinæ.

y Euphemius Tarraconenſis.) *Sergio ſufficitur in eius Eccleſiæ Chronol.*

628 Octavo Idus Maij ipſo die apparitionis S. Michaelis Archangeli, Toletanorũq; pervetuſti tutelaris, magna Synodus 72. Epiſcoporum [z] Hiſpaniæ, & Galliæ Narbonenſis Toleti contrahitur in Templo maximo S. Mariæ in Secretario dicto Hieruſalem: interfuerũt cum alijs octo Metropolitani, videlicet Mauſona Emeritenſis, Epiphanius, vel Euphemius cognomento Helladius natione, Græcus Metropolitanus Toletanus, Leander Hiſpalenſis, Nigeſius Narbonenſis, [a] Nitigeſius Lucenſis [b] per procuratorem, Pantardus Bracarenſis, Euphemius Tarraconenſis, [c] Domininicus Cartaginis Spartariæ Metropolitanus: Leandro concionem habente, [d] & eodem cum Eutropio rerum ad Cõcilium pertinentium curam habente: Item interfuerunt, idem glorioſus Reccaredus Rex, Badda glorioſa Regina, & Abbates, videlicet Eutropius Servitanus, 590.

tanus, Exuperius Agalienſis, Auraſius ſanctorum Coſmæ, & Damiani. M. Maximus Abbas, [e] prius Benedictinus ſanctarum Maſſarum Cæſaraugustæ, nunc Archidiaconus Cæſaraugustanus. Stephanus Abbas Ratenſis Ordinis S. Benedicti, Emila S. Eulaliæ Barcinonenſis, qui poſtea fuit eiuſdem civitatis Epiſcopus: omnes iſti ex ordine S. Benedicti. Item Fulgentius Presbyter, Elias Abbas S. Leocadiæ Toletanæ. Eugenius Diaconus Toletanus, Iſidorus Diaconus Hiſpalenſis, Ioannes Monachus Agalienſis Abbas, poſtea Biclarenſis, & Epiſcopus. [f] Ex Pallatinis autem Helladius illuſtriſsimus aulæ Regiæ Comes, qui inter Proceres aulicoſque Regis nomine interfuit Concilio: fuit, & rerum publicarum gubernator: Fonſa Comes patrimoniorum, & ſocer Regis, Aſula [h] Comes Spathariorum, & Procer Siſenandus, Comes Scanciarum, & in hoc Concilio Præſes, qui & Procer. Gundemarus Comes, qui mox fuit, & Rex. Claudius Comes Limitaneus, & Dux. Vuitericus Comes ſtabuli: Breſsinus, Flavius Avila:

Ggg Ataul-

Era. Cæſa. | Ann. Chriſt.

Ataulphus Liucia, Odoacer Comites: & ex Regis Concilio Gudila Comes Toleti, Ophilo Comes Hiſpalenſis, Nicolaus Comes Scantiarum, cognatus Ophilonis, Stephanus Comes, ex Regia nobilitate Ophilonis pater, & frater Foſæ, Regis ſoceri, Toleti Princeps: & multi alij Catholici viri: habita eſt Synodus 2. Feria, qui dies annis ſequentibus Gothis celeberrimus fuit, & poſt Evangelium hæreſim Arrianam, quam privatim Gothi abiuraverant, ex conſenſu Regis, Reginæ, Cleri, Plebiumque publice nonnulli ſimul abiurant: ſedebant à latere Regis dextro Pontifices, & Abbates, & poſt eos retro Preſbyteri: ſtabant Diaconi: ad ſiniſtrum vero ſuo ordine Palatini omnes.

z Magna Synodus 72. Epiſcoporum.) *Abbas Biclar.* Sancta Synodus Epiſcoporum totius Hiſpaniæ Galliæ, & Galleciæ in urbe Toletana præcepto Principis congregatur Epiſcoporum numero 72. *Iulian. in chron. eodem anno. Acta eius concilij extant in collectione Loaiſæ. De eo etiam Moral. Padil. Carrill. & alij.*

a Nigeſius.) *In actis Concilij Nieeſius, vel Migeſius.*

b Nitigentius Lucenſis.) *In actis Concilij Beccilla Epiſcopus ſubſcribit, & ſe Lucenſem fatetur. Vide Loaiſam in notis eius Concilij.*

c Euphemius Tarraconenſis.) *In actis Concilij non invenitur,*

Digitized by Google

Era Cæſa. *nec Dominicus Carthaginis Spartariæ. Scilicet multorum* Anni Chriſ.
Epiſcoporum nomina interciderunt.

d Leandro concionem habente.) *Extat in eius Concilij actis. Aſſerunt etiam Paul. Diac. Emeritenſ. in chron. Rudericus Toletan. lib. 2. cap. 15. Dicit etiam Iſidorus Germanus ſuus frater. Vocat illum Primatem ipſiſſimis verbis.* interfuit tunc dignitate Primas ille Catholicus, & orthodoxus Leander Hiſpalenſis Epiſcopus, & Romanæ ſedis Legatus, ſanctitate, & doctorina perſpicuus.

Eodẽ cum Eutapio.) *Repoſui Eutropio ex Abbate Biclar. Iſidor. in Eutropio, Tritemio, & alijs. Quamvis Baronius Eupræpium tom. 7. ann. 589. num. 44. nominat.*

e Marcus Maximus Abbas.) *Qui hæc Chronica ſcripſit, & præfuit monaſterio ſanctarum Maſſarum. Quod celeberrimum Cæſarauguſtæ fuit. Zurita in Annal. 1. part. lib. 2. c. 73. Blancas, Carrillus, Murillus, & alij Aragonenſium rerum ſcriptores, de Maximo. Teſtatur etian Iulian. in chron.*

f Ioannes Monachus Agalienſis Abbas poſtea Biclarenſis, & Epiſcopus.) *Hunc Biclarenſem Abbatem ſuſpicor, non Bidarienſem: ſuſcripſit etiam Concilio Barcinonenſi, Toletano 4. & Gerundenſi.*

g Socius Regis.) *Socer Regis.*

h Aſula Comes.) *Aſicla Cod. Pin. & Arch.*

629 Fides, & Religio Catholica in Hiſpanijs valde floret. 591.

Dominicus Epiſcopus Metropolitanus Carthaginis Spartariæ adiutorem per epiſtolam petit ab Rege Catholico Reccaredo: accipit autem Flavium Fulgentium Presbyterum Hiſpalẽſem.

630 Fl. Fulgentius Presbyter Hiſpalenſis 592.

Fra Caſa. ſuccedit Dominico iam ætate morbiſque confecto in ſede Carthaginis: fuit frater Leandri. Anni Chriſ.

631 Ioannes ex Abbate Biclarenſi, Monachus Benedictinus, ſuccedit Alapio [i] Pōtifici in ſede Eccleſiæ ſanctæ Gerundenſis. [l] 593.

i Succedit Alapio.) *In eius Concilij actis, Alicius ſubſcribit.*

l In ſede Eccleſiæ S. Gerunliſij.) *Eo dementia Imperiti, & oſcitantes exſcriptores venerunt, ut Eccleſiam S. Gerundenſem barbariei ſuæ tenebris obruerent, & nobis S. Gerunliſium novum cœlitem conflarent. Repoſuimus ab litterarum veſtigijs:* In ſede Eccleſiæ Sanctæ Gerundenſis. *Neq; eſt Apollinis magis verum, atque hoc reſponſum eſt.*

Badda Regina Catholica, [m] uxor Catholici Regis Viſegothorum Reccaredi, Toleti moritur 4. Decembris, & in æde S. Mariæ ſepelitur.

m Badda Regina Catholica.) *Sic eſt in eius Concilij actis, quod pro titulo Catholicorum Regum Hiſpaniæ nota, etiam Reginis communicatum.*

635 Rex glorioſus Reccaredus mittit Romam nuntios, & munera S. Petro, & Gregorio: prius miſſerat poſt Concilium nuntios. 597.

Euphemio, vel Epiphanio [n] cognomento

Era Cæſa. Ann. Chriſ.

mento Helladio, natione Græco, Toletano Pontifici ſuccedit Exuperius Abbas Agalieſis, [o] cui in eiuſdem monaſterij moderamine præficitur Adelphius.

n Euphemio, vel Epiphanio.) *Subſcribit poſt Maſonam. Iulianus Euphemianum etiam nominat.*

o Exuperius.) *Eo etiam ordine Iulian. in chron. ſufficit.*

Helladius Rector rerum publicarū [p] fit Monachus Agalienſis.

p *De eo D. Ildefonſus de vir. Illuſt. Helladius poſt Aurasium ſedis eius adeptus eſt locum Regiæ Aulæ illuſtriſsimus, publicarumque rerum extitit Rector, ſub ſæculari habitu Monachi votum pariter explebat, & opus.*

636 Menſe Aprili moritur Exuperius Epiſcopus Toletanus, ſuccedit in eadem ſede Adelphius, [q] ex Abbate Agalienſi. 598.

q Succedit in ea ſede Adelphius.) *Iulianus in chron. Loaiſa, & cæteri.*

Cogitur Toleti Synodus [r] ſub Adelphio, & Rege Reccaredo.

r Cogitur Toleti Synodus ſub Adelphio.) *Ex eius Concilij actis 15. Kal. Ian. Era 635. qui eſt ann. Chriſti 597. itaque in noſtro eſt unius anni metachroniſmus.*

Rex

Fra Caſa. ſuccedit Dominico iam ætate morbiſque confecto in ſede Carthaginis: fuit frater Leandri. Anni Chriſ.

631 Ioannes ex Abbate Biclarenſi, Monachus Benedictinus, ſuccedit Alapio[i] Pōtifici in ſede Eccleſiæ ſanctæ Gerundenſis.[l] 593.

i Succedit Alapio.) *In eius Concilij actis, Alicius ſubſcribit.*

l In ſede Eccleſiæ S. Gerunliſij.) *Eo dementia Imperiti, & oſcitantes exſcriptores venerunt, ut Eccleſiam S. Gerundenſem barbariei ſua tenebris obruerent, & nobis S. Gerunliſium novum cælitem conflarent. Repoſuimus ab litterarum veſtigijs:* In ſede Eccleſiæ Sanctæ Gerundenſis. *Neq; eſt Apollinis magis verum, atque hoc reſponſum eſt.*

Badda Regina Catholica,[m] uxor Catholici Regis Viiſegothorum Reccaredi, Toleti moritur 4. Decembris, & in æde S. Mariæ ſepelitur.

m Badda Regina Catholica.) *Sic eſt in eius Concilij actis, quod pro titulo Catholicorum Regum Hiſpaniæ nota, etiam Reginis communicatum.*

635 Rex glorioſus Reccaredus mittit Romam nuntios, & munera S. Petro, & Gregorio: prius miſſerat poſt Concilium nuntios. 597.

Euphemio, vel Epiphanio[n] cognomento

mento Helladio, natione Græco, Toletano Pontifici ſuccedit Exuperius Abbas Agalienſis, [o] cui in eiuſdem monaſterij moderamine præficitur Adelphius.

n Euphemio, vel Epiphanio.) *Subſcribit poſt Maſonam. Iulianus Euphemianum etiam nominat.*

o Exuperius.) *Eo etiam ordine Iulian. in chron. ſufficit.*

Helladius Rector rerum publicarũ [p] fit Monachus Agalienſis.

p *De eo D. Ildefonſus de vir. Illuſt. Helladius poſt Auraſium ſedis eius adeptus eſt locum Regiæ Aulæ illuſtriſſimus, publicarumque rerum extitit Rector, ſub ſæculari habitu Monachi votum pariter explebat, & opus.*

636 Menſe Aprili moritur Exuperius Epiſcopus Toletanus, ſuccedit in eadem ſede Adelphius, [q] ex Abbate Agalienſi. 598

q Succedit in ea ſede Adelphius.) *Iulianus in chron. Loaiſa, & cæteri.*

Cogitur Toleti Synodus [r] ſub Adelphio, & Rege Reccaredo.

r Cogitur Toleti Synodus ſub Adelphio.) *Ex eius Concilij actis 15. Kal. Ian. Era 635. qui eſt ann. Chriſti 597. itaque in noſtro eſt unius anni metachroniſmus.*

Rex

Era. Cæſa. — Anni. Chriſ.

Rex Reccaredus ducit Goſiutham, f ex ſemine Regum Gallorum, quam Adelphius patria Meteſis adducit, alijs comitantibus.

f Ducit Goſiuntam ex ſemine Regum Gallorum.) *Clodoſiundam vocat Gregorius Turon. hiſt. Francorum lib. 9. cap. 26. & 28. falliturque Illuſtriſſimus Baronius unam, eandemque Baddam Reginam, & Clodoſiundam Childeberti, & Brunichildis Regũ Gallorũ filiã dicẽs; nam Badda Regina Hiſpana fuit, filiaque Bonſi Comitis ... quâ adempta, duxit Goſiuntham, ſive Cladoſuindam ex Gallia, ut ex Maximo perſpicuum.*

Iſidorus, t qui ab anno 595. ſucceſſerat Leandro fratri in Metropolitana ſede Hiſpalenſi; opinione ſanctitatis, & doctrinæ claret.

t *Ita in Concilio 8. Tolet. Iſidorus prædicatur. Canone 2.* Noſtri ſæculi Doctor egregius, Eccleſiæ Catholicæ noviſsimum decus, præcedẽtis ætatis poſtremus, doctrinæ comparatione non infimus, ſæculorum finitorum doctiſſimus, cum reverentia nominandus Iſidorus. *Eius vitam ſcripſit Braulio Cæſarauguſtanus Epiſcopus, D. Illefonſus, & inde omnes noſtri hiſtorici. Quoad annum obitus S. Leandri aliter in ipſius carminis ſepulcralis epigraphe invenio, ſed equidem à Maximi ſupputatione ſto, utpote certiori. At me tibi gratum facturum ſpero ipſa carmine exhibiturum, quæ ex antiquiſſimo manuſcripto Nicolai Fabri ſe habuiſſe aſſeverat Conſtantinus Caietanus in ſacris concertationibus: ſunt autem huiuſmodi.*

Crux

Era Caesar. Anni Christ.

Crux hæc alma gerit ſanctorum corpora fratrum
Leandri Iſidorique priorum ex ordine vatum:
Tertia Florentina ſoror Deo devota perennis,
Et poſita conſors ✠ ſic digna quieſcit,
Iſidorus in medio diſſungit membra duorum.
Hi quales fuerint libris inquirito lector,
Et cognoſces eos bene cuncta fuiſſe locutos,
Dogmatibus ſanctorum cerne creviſſe fideles,
Ac re Dominio, quos impia iura tenebant.
Vtque viros credas ſublimes vivere ſemper,
Aſpiciens ſurſum pictos contende videre.

Obijt felicis memoriæ Leander Epiſcopus die III. Kal. Martias, Era DCXLI.

Obijt ſanctæ memoriæ Iſidorus Epiſcopus die II. Nonas April. Era DCLXXIV.

Obijt piæ memoriæ Florentina Deo devota Kalen. Sept. Era DCLXXI.

Reccaredo Regi Catholico poſt cõverſionem res feliciter ſuccedunt. u

u *Reportata à Francis inſigni victoria per Claudium Ducem. Iſidorus, & Biclarenſis in chronicis. Moral. lib. 12. cap. Mariana lib. 5. c. 14. Pad. Cent. 6. c. 52.*

Reccaredus Rex hortatu ſancti Pontificis Adelphij Toleti reædificat monaſterium ſanctorum martyrum Coſmæ, & Damiani ad Septentrionem poſitum, quod Toleti diſtat plus duobus paſſuum millibus, & largam elargitur

elemo-

Digitized by Google

Era. Caſſ. eleemoſinam, ut in urbe Meteſi patria S. Pontificis alterum ædificat ordinis Benedictinorum. Anil. Chriſ.

Erat autem Toletanum, & antiquitate temporis, & continuis Tagi fluminis inundationibus, ad cuius marginem ædificatum erat, pene collapſum.

S. Stephanus Rate prope Braccaram Auguſtam.

Secundinus domo Cæſarauguſtanus, x ſolitarius in Italia concluſus moritur, ad quem S. Gregorius literas, & dona mittit.

x *De Secundino Monacho Divus Gregorius lib. 7. c. 53.* Herulphus Epiſcopus provinciæ Galliarum civitatis protulit. Vbi intercætera Secundinum ſervum Dei incluſum Galliæ docuit dicens. *De muneribus quoque ibidē idem D. Gregorius meminit.* Ideoque direximus tibi imaginem Salvatoris, & S. Deigenitricis Mariæ, Beatorūque Petri, & Pauli Apoſtolorum continentes per ſupradictum filium noſtrum Diaconum, & unam Crucem, & clavem pro benedictione à ſanctiſsimo corpore Apoſtolorum Petri Principis. *At differunt in provincia, nam Maximus Italiam ſignat, Gregorius Galliam.*

Exuperius floret, Menaſque Epiſcopus Telenſis in Vaccæis, dictus etiam Epiſcopus Toleſinus: Romam deinde petit.

Lean-

Leader miraculis claret, qui Era 633. diſceſsit è vita.

Adelphius 1 relicta ſede Toletana, it prædicatum ſuis Metenſibus, ibique exercet Pontificalia prædicandi, & ordinandi munera: clarus miraculis diceſsit è vita. * Auguſti in cuius laudem Venantius Toletanus compoſuit homiliam, quæ incipit: habet hoc Adelphij Antitiſtis ſanctus animus: quæ falſo inſcribi ſolet Petro Ravennati cognomento Chriſologo.

1 *De S. Adelphio, ſive Adelpho agit Martyrol. Rom. 29. Auguſt. de quo apud S. Petrum Chryſolog. eſt ſermo 126. Metenſes ſunt in Germania ijdem, qui Mediomatrices. Hodie Metſ. De eo etiam Iulianus Petri in chron.*

S. Adelphio ſuccedit in ſede Toletana Tonantius, 2 vel Venantius.

2 *Conantius à Loaiſa nominatur, à Iuliano Petri Comſtius, vel Venantius, & Abbatem fuiſſe S. Coſmæ, & Damiani affirmat.*

Fulgentius ex Cartaginenſi Epiſcopo Hiſpaniæ fit Epiſcopus a Aſtigitanus in Bætica, ut ſeditio exorta ex Præſule ſedaretur.

Era Cæſa. | Anni Chriſ.

a *Vaſſæus etiam anno 591. & Maurolicus 1. Ian. & in Topographia, ex Aſtigitano Cartaginenſem formant. Sed teſti oculato credendum, magis, quam decem auritis teſtibus. Morales lib. 12. c. 5. Padilla Cent. 7. c. 13.*

640 Venantius Toletanus [b] Epiſcopus dum negotiorum cauſa ad Pannonias Galliamque Narbonenſem pergeret, ut quidam volunt, fit Martyr glorioſus 1. die menſis Aprilis. 602

b *Fit de eo Tacito Natalium, ſediſque nomine in Martyrol. Rom. 1. April. Baronius in notis eius Divi ingenue fatetur, ſe neſcire cuius urbis Epiſcopus fuerit. Sed eius corpus adſervari in oratorio apud Baptiſterium Conſtantini.*

Venantio S. Martyri Abbati SS. martyrum Coſmæ, & Damiani Epiſcopo Toletano. ſuccedit Auraſius [c] Abbas Agalienſis.

c *Ita etiam Iulianus Petri, Loaiſa quoque, & Padilla, noviſſimeque Tomas Tamaius adnumerant. Sed miror D. Ildefonſum de vir. illuſt. c. 5. Adelphio ſufficere, prætermiſſo Tonantio, ſive Venantio.* Auraſius Toletanæ Eccleſiæ Pōtifex Metropolis urbis poſt Adelphium in loco adſciſcitur Sacerdotis. *Thomas Tamaius vult Tonātium quaſi Coepiſcopum fuiſſe, & ideo in album Epiſcoporum Toletanorum non poſitum.*

Oroſius Monachus Benedictinus ex ſorore S. Oroſij Presbyteri Tarraco-

nenſis

nenſis filius floret in Celtiberia ad quē S. Gregorius Papa literas dat, qui genus duxit ab oppido Luſitaniæ dicto Monte ſancto Græce vero Oroſio.[d]

d Monte Sancto dicto Græce Oroſio.) *Suidas ad hæc.* ὄρος in divina Scriptura mons ſanctus olim fuit. *Adi illum pag.* 701.

Sub Vuicterico Gothorum Rege, fit Rector Toleti Forganus, ad quem extat epiſtola Sancti Auraſij, Epiſcopi Toletani.

Decima quarta menſis Aprilis Livua adoleſcentulus [e] S. Regis Reccaredi filius (quo tempore Helladius Procer fit Monachus Agalienſis) regnare cœperat: indigne tamen à Vuicterico necatus eſt: quem in æde S. Mariæ Toletana civitas memoriæ parentis obſequioſa cum lacrymis ſepelivit.

e *Iſidorus in chron. Gothorum, eiſdemque. Iſidori verbis Rudericus Tolet. lib. 2. cap. 16. At in hoc diverſus abit Rudericus, quod Maximus Vuictericum Era 641. Regnare cœpiſſe tradit. Ille vero 645. Iſidorus 642.*

Vuictericus ab Auraſio Toletano Archiepiſcopo in æde Sancti Petri Prætorienſi

Digitized by Google

Era Cæſa. Anni. Chriſ.

torienſi, præſentibus, Palatinis inunctus coronatur.

Fl. Siſebutus [f] fit Comes rerum publicarum.

f *De quo Mariana lib. 6. cap. 3. Sed Siſiſeltum, ex Codicibus veterum fide reponendum, caſtigato Siſebuti nomine, monet.*

Librum Mythologicum [g] componit Fulgentius Epiſcopus Carthaginis Spartariæ.

g *Liber hic Mithologicus cuſſus Baſilææ apud Ioannem Hervagium anno 1535. inſcriptus eſt Fulgentio Epiſcopo Carthaginenſi, non Ruſpenſi, nec tamen negari poteſt, quin dicendi genus floridum characterem Afrum ſapiat.*

Hoc anno Gregorius Papa abſolvit libros Dialogi. [h]

h *Quos tamen incœpit ſcribere anno 593.*

Fulgentio in ſede Carthaginenſi ſuccedit Vincentius, [i] qui ſedem tenet nunc Carthaginenſem Hiſpaniæ.

i *Bonifacius eſt in eius Eccleſiæ chronologijs. Loaiſa Caurienſem Epiſcopum affirmat in nót. ad 6. Concil. Tolet. Morales tamen Carthaginenſem, cui Padilla conſentit.*

Floret Philippus Epiſcopus [l] Lamecenſis,

Digitized by Google

Era Cæsa. ſis[r], conſanguineus Secundini domo Apprr. Chriſ.
Cæſaraugustani, in Italia concluſi.

i Floret Philippus Epiſcopus Lamecenſis.) *Suſcripſit 3. Concil. Tolet.*

Huius Philippi [l] celebris extat memoria literis S. Gregorij.

l *Lib. 12. epiſtol. ſeu Registri epiſtola 7. ad Theodelindam Reginam fit mentio Secundini Abbatis. Vt alibi apud D. Gregorium lib. 7. epiſt. 5. ad Secundinum.*

S. Mauſona Metropolitanus Emeritenſis moritur prima die Novembris, ut ſanctus habetur, & in æde S. Eulaliæ ſepelitur.

643 S. Helladius Monachus Agalienſis, 605
mortuo Richilane, [m] Rector patrimoniorum alterius monaſterij creatur.

m *Abbas is fuit Agalienſis, ad quem ſcripſit Iuſtus Helladij diſcipulus, & in pontificatu Tolet. ſucceſſor D. Ildefonſus de vir. illuſt. cap. 8.*

644 Rex Viſitericus precibus quorundã, 606
maximeque ſancti Pontificis Auraſij, ædificat monaſterium ordinis S. Benedicti Tago impoſitum in loco edito in honorem SS. Martyrum Petri, & Felicis, & Sanctæ Crucis, & in gubernatione illius primus Abbas eſt Egila.

Mahu-

Digitized by Google

Era. Cæſa. | Anni. Chriſ.

Mahumetus [n] homo impius, & flagitioſus graſſatur per Hiſpanias.

n *Id ab aliquibus noſtrorum hiſtoricorum traditum. Hiſt. Regis Alfonſi, Fortalicium fidei. Bleda lib. 1. c. 15. quod vanū omnino convincitur, cum vaniſſimus hic vates ſectæ ſuæ myſterijs non miraculorum fide, aut plauſibili aliqua ratione, ſed armata manu viam præſtruxerit, brevique temporis ſpatio, quo poſtquam ſe prophetam ſuis confinxit, ſemper in bellis fuit, indus ad remota terrarū ora diverſiſſe, impoſsibile ſit. Ita Mariana lib. 6. cap. 3. Padilla Cent. 7. cap. 22. Nec tamen antiquis ſcriptoribus omnino contra ire auſim. Veniſſe ſaltim credam eius pſeudo Prophetæ myſtas aliquos, ut animos Hiſpanorum tentarent, aut ſaltim dolis aliquos fallacijſque pellicentes, in eam veſaniam inducerent.*

Fides Catholica feliciter triumphat de erroribus Arij.

In urbe Clunia, fine Celtiberorum celebratur S. Simplicianus [o] 17. Kalen. Septembris.

o *De quo in Martyrol. Rom. ea ipſa die: Tabulæ Mediolan. Eccleſiæ, cuius Epiſcopus fuit. Paulinus in vita S. Ambroſij. Auguſtinus lib. confeſ. c. 2. 3. & 5. nomenque eius invenitur in Concil. Charthag. Canone 48.*

648 Vuicterico ſuccedit in ſolio Regni Gundemarus [p] Catholicus. 610.

p *Rudericus Tolet. 4. annos Vuicterico adimit lib. 2. c. 16. ſed Mariana cum Maximo conſentit lib. 6. cap. 2. Padilla Cent. 7. cap. 4.*

Digitized by Google

Rege Gundemaro, & Toletano, Præſule Auraſio Primate, viro ſanctiſſimo, & acerrimo fidei Catholicæ, & propriæ dignitatis defenſore, habentur Concilia duo,[q] in quibus diviſa provincia Carthaginenſis ad eum uſque diem, iuſſu Regis, & conſenſu Patrum redintegratur, & Primatus Toletanæ ſedis imminutus ad priſtinum redigitur.

q *Horum Conciliorum cogendorum cauſas require apud Marianam lib.6.c.2. Padilla Cent.7.c.4. quæ tamen necdum cuſa extra ſeriem reliquorum habentur.*

Epiſcopatus Vianenſis[r] in Gallæcia reducitur ad Tudenſem.

r Epiſcopatus Vianenſis.) *In Cod. Archiepiſ. & Pined. Viarenſis.*

648 Auraſius Toletanus mire depugnat contra hæreticos. 612.

Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus libros ſcribit, & mire ſanctitatis, & doctrinæ ſingularis exemplo micat.

Dracontius alter Poeta Hiſpanus habetur.

Toletana Eccleſia cum Romana, Africana, & Mediolanenſi ſociatur.

Theſa-

Era. Cæſa. Anni. Chriſ.

Theſalonicæ in Carpetania, [f] quæ alijs eſt Aſcalon hæretici venientes aliũde, ibique commorantes, diligentia ſanctiſsimi, doctiſsimique Pontificis Auraſij Toletani expelluntur.

f Theſalonicæ.) *Nec tamen apud Geographos invenitur in Hiſpania: hodie putatur* Eſcalona.

Magna cura ſervatum eſt per Hiſpanias, ut in Dyptichis [t] Epiſcoporum quieſcentium in principio aliqui ſanctitate notabiles ponerentur, ex aliquibus civitatibus, & poſtea Catholici illius civitatis Epiſcopi, ſervato tamen ordine, nulluſque poneretur, qui fuiſſet hæreticus: idque cautum eſt diligenter, & ſervatum, potiſsimum in Eccleſſijs Metropolitanis: ſcilicet Tarraconenſi, Braccarenſi, Hiſpalenſi, Toletana, Emeritenſi, & Narbonenſi: & ne numerus in Miſſarum ſolemnijs eſſet oneroſus, numerabantur recitabanturque proprinquiores, cum illa generali additione: & omnium ſanctorum Pontificum in pace Chriſti pauſantium animæ requieſcant.

t Magna cura ſervatum eſt per Hiſpanias, ut in Dyp-

tiſis

tiſis Epiſcoporum quieſcentium.) *Dyptichis reponẽdum: erant Dyptichæ geminæ Tabulæ (inde enim Dyptichæ dictæ). in quibus nomina Epiſcoporum continebãtur, altera vivorum, altera mortuorum. Adi Ioannem Meurſium in Lexico Græco barbaro. Durantum de ritibus Eccleſ. lib. 2. cap. 43. ubi multa pro hoc inveterato Eccleſiæ ritu, nec huc à me tranſcribenda cenſui, ne manifeſto me plago involvam.*

Pro Papa Romẽſi, Rege Gothorum, Epiſcopo, & prole Regia, & populo fiebat quotidiana commemoratio.

Erequentes in Hiſpania Synodi ubique ſunt habitæ.

Iſidorus meditatur corrigere officium Gothicum, ut per univerſam Hiſpaniam unum, & idem eſſet.

In urbe Cæſarauguſtana frequentiſſime viſitatur Eccleſia S. Mariæ Primogenia à S. Iacobo condita, quæ confluentibus ex varijs locis peregrinis in pretio eſt, & miraculo.

Tota civitas Cæſarauguſtana per inde ac Roma, ut noſter teſtatur Prudentius [u] paſsim madet ſanguine martyrum.

u *In Hymno decem, & octo martyr.*

Vix parens orbis populoſa Pœni,
Ipſa vix Roma in ſolio locata,
Te decus noſtrum ſuperare in iſto
Munere digna eſt.

Fra Caſa. Omnibus portis ſacer immolatus ſanguis excluſit genus invidorum Dæmonum, & nigras pepulit tenebras. Vrbe piata. Anni. Chriſ.

Per hæc tempora in monte Libanienſi [x] Aſturum celebris habetur memoria Sancti Tolobei [y] Epiſcopi Braccarenſis in Hiſpania.

x *Labanenſes à plinio, hoc tractu nominantur lib. 3. cap. 3. Ptolemæus Libanam nominat, quæ vicinior noſtro eſt, eadem tamen gens.*

y Tolobei Epiſcopi Braccarenſis.) *Iulianus Petri in chron.* S. Tholobeus, alias Lobeus in eremo Libanienſi, qui prius fuerat Epiſcopus Braccarenſis.

S. Turibij Palentinæ ſedis Epiſcopi, ex Monacho Benedictino, cujus anniverſarius dies eſt 1. Novemb. memoria celebris habetur in monte Libanienſi, ubi corpora, & ſanctiſsimi Monachi Epiſcopi, & Epiſcopi iacent.

Comites miſsi à S. Benedicto in Hiſpania ſanctiſsime quieverunt, Euphemius, Exuperius, Venantius, Exuperantius: Adelphius, & alij, quorum aliquos de facie novi.

Euphemium, vel Epiphanium, ego quoque M. Maximus Monachus Benedictinus,

dictinus, & in mea pueritia S. Patriarchæ Benedicti carus, Archiepiſcopum Toletanum de facie novi, & miſsis ultro citroque frequenter literis, eius cõſuetüdine ſum uſus.

Euphemius, vel Epiphanius dicitur in Africam traiecisſe ab hæreticis male tractatus, de quo nihil certi eſt hactenus.

Mihi beata eſt memoria S. Regis Reccaredi fidei Catholicæ vindicis, quem credo in cælo cum fratre vivere beate.

Tonantius, vel Venantius, Toletanam, quam compoſuit homiliam, de vita moribus, & egregia liberalitate in pauperes S. Adelphij Toletani Pontificis, ad Metenſes miſsiſſe dicitur.

Tonantius, vel Venantius Toletanus, eximius fuit concionator, quem rediens optavit audire S. Adelphius Epiſcopus: ex Metenſi civitate Toletum miſsit ad Tonantium, tunc Toletanũ Archiepiſcopum, ut pro ſuorum eleemoſinis mitteret grandem ſummam. Quod primo tulit ægre Toletanus, quia erant anni nimis ſteriles miſsit tamen:

Digitized by Google

Era Cæſa. Anni. Chriſ.

quod idem in homilia, quæ continet eius laudes, docet.

Per hæc tempora celebris erat memoria ſancti Narciſsi Epiſcopi Braccarenſis in Hiſpania, Apoſtoli Rethoricorum, in urbe Gerunda: paſſus eſt ſub Aurelio, [z] fuit hic civis Scalabitanus in Luſitania, qui divinitus admonitus, relictis Braccarenſibus, Vindeliam petijt.

z *Hic eſt Lucius Aurelius Aurelianus Auguſtus, qui cum Iulio Capitolino 2. Conſulatum geßit. A. V. C. 1027. Chriſti 275. ut ex veteri lapide docet Panvinus in faſtis. Nec audiendus Baronius tom. 2. anno 303. num. 138. ad Diocletiani imperium reijciens. Nam in Kalendario Rom. 18. Martij, ſub hoc Principe Aureliano paſſum eſſe Narciſſum habemus. Quod cum noſtro apprime conſentit. Ioannes quoque Vaſſeus anno 260. qui tamen etiam pro Chroniſmo peccat 15. annorum. De Lucio Cæſonio Lucillo Macro Rufiniano, qui Conſulatum geßit cum Gallieno Imper. anno. A. V. C. 1008. mentio eſt in veteri lapide in faſtis, Conſule Panvinum.*

Paſsi ſunt Gerundæ ſub L. Cæſonio Macro Lucilio Rufiniano viro Conſulari, Hiſpaniæ citerioris Preſide. L. Domitio Aureliano Auguſt. II. C. Iulio Capitolino Coſſ. Narciſſus Tribus acceptis vulneribus in gutture, & in ore, & crure, tandem cum Archidiacono Felice conſummatus eſt.

Succedit

Digitized by Google

Succedit Narciſſus Calydonio, ad quem ſcripſit S. Cyprianus, cuius epiſtolas tranſmittit ad omnes Hiſpaniæ Metropolitanos.

Celebris eſt memoria Pomponij Paulati Toletani Pontificis per Hiſpanias: ad quem ſcripſit S. Cyprianus Carthaginenſis, magnuſque fuit uſus amicitiæ, & conſanguinitatis cum Narciſſo.

Fuit hic apprime nobilis frater Pomponij Baſsi [a] Conſularis bis Conſulis patruus alterius Pomponij Baſsi etiam Conſularis.

a Pomponius Baſſus Conſulatum adminiſtravit cum Aurelio Fuſco anno A.V.C. 1011. & 1012. cum Fulvio Aemiliano. Eius meminit P. Victor in Claudio. Alter Pomponius Baſſus fuit Conſul anno A.V.C. 1025. fuit etiam Anius Baſſus, qui Conſulatum geſsit cum Quinctiano 1091. fuere, & alij huius gentis viri clariſsimi.

Floret memoria S. Felicis Hiſpani, Toletani Diaconi, qui cum à S. Melantio Toletano, cuius Archidiaconus erat, Hiſpalim mitteretur ad Sabinum Hiſpalenſem Epiſcopum 2. Maij Hiſpali patitur.

Floret memoria per Hiſpanias utriuſ-

que

Era. Cæſa. que Florentij [b] Hiſpalenſis: prioris (qui dictus eſt Ruſticus, ad quem ſcripſit Plinius Secundus) martyris ſub Traiano Paſsi; alterius confeſſoris ſub Zenone Epiſcopo Hiſpalenſi. Anni. Chriſ.

b *Subſtulit dubitandi occaſionem auctori Theſauri concionatorum, & Ioanni Marietæ, ac reliquis Hiſtoriographis, qui unum eundemque putabant Florentium, alijque eum martyrem, alij confeſſorem fuiſſe affirmabant. De martyre Dexter egregium conſervat monumentum ad annos 116. Chriſti, & Martyrologium Roman. 27. Octobris, quo die, Beda, Vſuardus, Ado, Padilla Cent. 5. cap. 35. Marieta lib. 6. c. 13.*

Florentij Confeſſoris aſſervantur in Eccleſiæ Hiſpalenſis Hierotheca ſacra lipſana, magnaque religione coluntur, lapiſque ſepulcralis ibi repertus cum hac epigraphe.

REQVIEVIT. IN. PACE.
FLORENTIVS. VIR. SANCTVS.
DIE. X. KALENDAS. MARTIAS.
VIXIT. ANNOS. LIII.
ET. DEPOSITVS. EST. DIE. III.
IDVS. MARTIAS. ERA.
DXXIII.

Rutilij paſsi ſub Traiano in Africa, qui profugus venit ad Hiſpaniam, & manſit Çordubæ, poſtea celebris hic eſt memoria.

In Africa celebratur memoria Rutilij,

tilij martyris, cuius mentionem facit celebrem Septimius Tertullianus lib. de fuga.

Gothi per id Tempus poſsidebant, hic quidquid eſt à Kara Tagi, [c] id eſt, à capite Tagi; quod eſt planicies, dicta Tagus, ubi fluvius hic naſcitur in Celtiberia uſque ad immerſionem eius in Oceanum prope Olyſsiponem.

c Quidquid eſt à Kara Tagi.) *Iam ab eo ævo invalueaat Hiſpaniſmus, evaneſcente lingua Latina, nunc quoque ea locutione utimur,* De cara, de frente.

Celebratur memoria Sancti Secundi Aſtenſis in Italia, & in urbe Aſta Hiſpaniæ paſsi [d] Colonia Romanorũ, & ſub Apoſtolicis temporibus ſede Epiſcopali. [e]

d *De quo Dexter ſub annum* 208. Secundus Aſtenſis floret in Hiſpania, paſſus in Bætica prope flumen Tanagrum; aliàs vocatum Lethem. *Et iterum ſub anno* 301. Aſtæ in Hiſpania Bætica S. Secundus Martyr colitur. *Et eiſdem fere verbis refert Iulianus Petri in chronico.* Aſtæ in Hiſpania Bætica S. Secundus Chriſti Martyr. *Quod monuiſſe maxime gaudeo pro Aſtenſibus noſtræ Bæticæ, hodie* Xerez de la Frontera *(cum quibus magna mihi neceſſitudo eſt) nã Aſtenſes Itali noſtrum Secundum ad ſe trahere conantur, cum Martyrologium Romanum non ſignet Italiam, & nos pro noſtra Bætica tres habeamus graviſſimos Auctores.*

Digitized by Google

Era Cæſa. e — Anni Chriſ.

Itaque fuerunt plures Epiſcopatus in noſtra Bætica, quorum nomina raro reperiuntur: veluti hic Epiſcopatus Aſtenſis, alibique Dienſis, aut Solienſis, Vticenſis & tempore Gothorum Gaditanus, & Mixtarabum Marchenenſis, & extra Bæticam invenio Epiſcopatum Placentinum in Cantabria, audioque inibi antiquum populum eſſe Placentiam, ſunt, & alij quorum memoria nunc non ſuccurrit.

Ego M. Maximus mercatus à Deo ſanguine Chriſti, ſervus indignus, Cæraugustanus Epiſcopus tranſtuli Tarracone caput, & bonam corporis partẽ ſancti Principis Hermenegildi martyris Cæſaraugustam, & collocavi in æde B. Mariæ de Columna: quem martyrem ego de facie novi, & ſæpius allocutus ſum, cum eſſet in cuſtodia P. Hiſpali, mox Cordubæ, rurſus Toleti, Valentiæ, & poſtremo Tarracone, cuius ut devotiſsimus vitæ, ſanctiſsimique martyrij, carmen hoc ei qualecumque dicavi, quod eſt index pietatis in eum meæ.

Hermenegilde ſacer martyr, clariſsime Princeps
Martyr, quo felix Tarraco clara fuit;
Illa tuos cineres habuit compluribus annis:
Hos ego nunc urbe tranfero dive meæ.
Munere id Euſebij cõceſſum Præſulis almi eſt,

Munc.

Múnere quo nullum gratius eſſe poteſt.
Hoſpes amice veni, tẽploq; canende vetuſto,
Cura Iacobæi, quod patris alma facit.
Reſpice nos præſens, & noſtris proſpice reb⁹,
Gothica quam retinent regna, tuere fidem.
Et Gundemaro Regi pater eſto ſecundus,
qui tenet infractam cum bonitate fidem.
Protege, quã reficit ſolertia Cæſaris, urbem
Auguſti, hoſtiles fac revocare dolos.
Morbos, & peſtem de noſtris mœnibus arce:
Te, pace incipiat, nos adeunte, frui.

Mirifice florebat memoria S. Anaſtaſij Pontificis Brixiani, qui contra Arianos prædicavit in Italia, in Africa, & in Hiſpania, præcipue in urbibus Celtiberiæ.

Provincia Africæ mire affligtabatur miſsis à Genſerico Rege Ariano in exilium Catholicis omnibus Epiſcopis: in Hiſpania vigebat etiam Regum Gothorum hæreſis Ariana.

Valeriæ prædicat S. Anaſtaſius, Libanæ, Villæ excuſſæ, Cæſarauguſtæ, Valentiæ, Salmanticæ, & in alijs urbibus Hiſpaniæ.

Celeberrima eſt in Hiſpanijs memoria decem mille militum martyrũ

Digitized by Google

Era Cæſa. Ann. Chriſ.

in Ararath paſſorum; magiſtro, & ſocio Hermolao Toletano Archiepiſcopo, qui eos imbuit in fide, & animavit.

Erant iſti ſancti milites maiori ex parte Hiſpani, quorum Dux Heliodas, & præcipui milites cũ Duce Agathius, & Primicerius.

Conciliorum Toletanorum primum celebratum eſt, Paterno Braccarenſi Præſide, Conſulatu primo Stiliconis: ante quod celebratum eſt Aquis Celenis in conventu Lucenſi Concilium contra hæreſim Priſcilliani hic pullulantem.

Præfuit idem Paternus: interfuerunt Florius, Leporius, Statius, Aurelianus, Lampadius, Exuperantius, qui etiam interfuit primo Toletano non multo poſt Toleti coacto.

Ante, hoc anno 380. coactum eſt Cæſarauguſtæ nationale Concilium contra Priſcillianum, confluentibus eo Hiſpanis, & Aquitanis Epiſcopis, quo etiam venit Martinus Epiſcopus Turonenſis.

LAVS DEO.

ADDI-

Digitized by Google

ADDITIONES S. BRAVLIONIS CÆRAVGVTANI EPISCOPI.

AD M. MAXIMI EPISCOPI CRHONICON.

342 PER Hæc tempora Catholici Valẽtini 304
ad Littus maris Sagũtini nobile Sancti Vincentij ſepulchrum erigunt, & intra ſacrarij aram imam in profundo loco corpus invictiſsimi martyris religioſiſsime recondunt: quod templum aſsidua viſitatione frequentatur fidelium.

Etiam ubi carcer, ubi martyrium paſſus eſt, loca frequentant, & Religione quadam ſingulari percolunt.

350 Barcinone S. Eulaliæ virgini marty- 312
ri, ac civi, ſuæque Tutelari cives Barcinonenſes ædem ad mare conſtruunt.

Toletani fideles S. Leocadiæ marty-
ri, ac civi ſacram ædem, ubi ſepulta ia-
cet, erigunt, quæ ſecunda domus ſacra
eſt in illa civitate, maximeque frequen
tatur.

352 Cæſarauguſtæ Templum Auguſtiſ- 314
ſimum B. Mariæ, à B. Iacobo Zebedæi
filio conſtructum, laxatis ſpatijs inte-
gratur, nec minore pietate, ac frequen-
tia colitur.

Abulæ Templum etiam erigitur ſa-
cris martyribus Vincentio, Sabinæ, &
Chriſtetæ in loco, ubi patiuntur: (aliaq;
templa prætèrea, & hæc ſumptibus Re-
ginæ ſanctiſsimæ Helenæ Auguſtæ (ubi
que locorum.

ADDITIO HELECÆ EPISCOPI CAESARAVGVSTANI.

CÆSARAVGVSTA Felix putanda eſt, quæ duos ſub Va-
lerio Pontice habuit Vincētios,
utrumque Archidiaconi laude præſtā-
tem: alterum Oſcenſem ex Hiſpania,
Agennenſem alterum in Gallia: anti-
quior Agennenſis, quem in Galliam

miſsit

miſsit prædicationis gratia S. Valerius. Ei ſucceſsit Iunior Vincentius, qui præclarum virtutis, & innocentiæ præbuit ſpecimen: uterque paſſus in perſecutione Diocletiani: hic anno 287. ille vero 304. uterque poſtea ſepultus in urbe Valentia Hiſpaniæ. Prius allatus eſt ad promontorium ſacrum, hinc vero ad Gallias, ad monaſterium Caſtrenſe anno circiter 850. Hiſpanus 750. obſidente Valentiam Abderraghmene. Vtrumque celebrat Prudentius. Leviter Agenenſem cum dicat.

Inde Vincenti tua palma nata eſt,
Clerus hinc etiam peperit triumphum

Oſcenſem fuſius cum ait:

Nonne Vincentì peregre necandus.

Vſque ad multos verſus poematis, habuere iſti ſanctiſsimi Levitæ multas templorum ſacras ædes in Hiſpania, & Gallia Toleti fuit ædificatum ab Gundemaro in laudem S. Vincentij Hiſpani Lævitæ, & à Iuliano Archiepiſcopo Toletano alterum in honorem S. Vin-

centij

Digitized by Google

centij Agennenſis in ædita parte urbis Regiæ, cuius devotiſsimus fuit, & fecit illi hoc carmen.

VINCENTI pateris conſtans qui martyr Agenni,
Et Levita ſacer ſanguine ad aſtra vo
Mucro tibi caput eripuit funeſtus: at illo (las
Laurea ſacra tibi non moritura datur.
Gallia te genuit, docuitque Auguſta miniſtrũ
Cæſarea, & Valeri ſub pietate viges.
Gallia teq; iterũ recipit ſacra verba docentẽ:
Maximianus inops mentis at ipſe necat.
Poſt cineres te præſul amás quoq; Murila ve
Ipſe Valentinus ad ſua tecta vigil. (ctat
Tádẽ te ad patrios revocat volvẽtibus annis
Andualdus ovans iuſſus, & ipſe lares.
Ora pro nobis Vincenti ſplendide martyr,
Cui Iulianus opem poſtulat ipſe tuam.
Qui tibi ſub charo cõſtruxit pectore tẽplum,
Et dedit exterius, quo venereris, opus.

Hoc tempore duo Severi Barcinonenſes Epiſcopi martyres cum gloria miraculorum, & ſignis dicuntur clarere: Senior ſub Diocletiano claruit, alter ſub Conſtantino.

Memo-

Memoria, dieſque feſtus ab ipſius in Hiſpaniam ingreſſu S. Iacobi Zebedæi filij, celebris habetur: qui poſt quá Hiſpanias, adijt Epheſum, comitatus eſt ſanctiſsimam Virginem una cum Ioanne fratre, non prius quam in Hiſpaniá veniret, ſed reverſus ad Hiſpaniá: indeque reverſus Hieroſolymam, prædicaſque fortiter, & conſtanter gladio percuſſus eſt.

Quem S. Apoſtolum morienté Hieroſolymis viderunt Hermogenes, & Philetus, & cum alijs diſcipulis comitati ſunt eius corpus in navi ad Hiſpaniá, & poſt eius appulſum Iriam flaviá Gallæciæ civitatem, Hermogenes ad Italiam ſe contulit, & in perſecutione Neronis Syracuſis prædicans cum alijs occiſſus eſt. Philetus vero in Hiſpania manſit, prædicanſque per diverſas urbes vidit S. Petrum, Paulum, Clementem, & Philemonem ibi prædicantes: tandemque in perſecutione eadem 28. Martij cum alijs ſocijs Carthagine veteri urbe Hiſpaniæ interfectus eſt.

Sacræ Scripturæ Arabicæ tranſlatæ à Presbyteris Catholicis habentur, &

cum

Digitized by Google

cum ſcholijs circumferuntur: præcipue novum Teſtamentum Evangeliorum: Epiſtolæ S. Pauli, Epiſtola Iacobi Zebedæi Miſſa ad Hiſpanos, ex diſperſione Iudæos iam converſos: Epiſtola Petri, Ioannis, & Iudæ, quæ licet Miſſa ſit ad omnes ex Iudaiſmo, præcipue tamen ad Hiſpanos, ex duodecem Tribubus collectos: Apocalypſis S. Ioannis, & liber de vitis Patrum, & hiſtoria Latina, Iuliani, Dextri, M. Maximi, & aliorum, & Chronicon Euſebij, & libri de Civitate Dei Sancti Auguſtini, propterea quod iam lingua Latina evaneſcebat.

Britannis celebris eſt memoria multorum martyrum: præcipue S. Ariſtobuli unius de 72. diſcipulis, qui dictus eſt etiam Zebedæus, pater Iacobi, & Ioannis martyris, Mariæ Salome, qui cum Petro Romam petivit, inde relictis domeſticis ſuis miſſus eſt in Angliá Epiſcopus, occubuit martyr in 2. anno Imperatoris Neronis ſæviſsimi.

Alphæus qui, & Cleophas unus de de 72. diſcipulis (ut docet Sanctus Hieronymus) & frater Ioſeph Sponſi ſanctiſsimi

ſanctiſsimæ Virginis in Caſtello Emaũ te pro Chriſto à Iudæis occiditur.

Hoc tempore, crudeliter vexantur Muzarabes a Sarracenis, præcipue Cæſaraugultæ, Cordubæ, Hiſpali, & Toleti.

Ioſias in pretio habetur apud fideles Hiſpanos, quod cum S. Iacobo Patrono ſuo, cuius corpus ſacratiſsimum Cõpoſtellæ honorificè colitur, pro Chriſti fide Hieroſolymis paſſus eſt.

Salome, quæ Verulis dicitur quieſcere, non minus honorifica, quam devota memoria colitur apud Hiſpanos.

S. Petrus in honore habetur in Hiſpanijs: & eius uxor Conçordia paſſa Romæ ſub Nerone, non multo prius quam ipſe pateretur: fuit hæc (ut docet M. Maximus) filia Ariſtobuli, vel Zebedæi, & Salomes, Socrus etiam Andrææ, qui duxit alteram ſororem Concordiæ, & Iacobi, & Ioannis: fuit autem Ariſtobulus cognomento Zebedæus, frater Barnabæ Apoſtoli Domini.

Idem Zebedæus, & Barnabas, conſobrini Ioannis, Marci cognomento, & & nepotes Mariæ, ubi Chriſtus Cœnã

roſolymis plurimis miraculis ejus mors nobilitata fuiſſe dicitur.

Fama etiam eſt, cum ſanctus Iacobus venit in Hiſpaniam, Mariam Cleophé, & Salomem Matrem, & [a] Mariam quandam Magdalenam eum fuiſſe comiter comitatas, & redijſſe cum illo, veniſſeque cum corpore, & utraſque Cleophé, & Magdalená obijſſe civitatéſi oppido in Luſitania, die Aprilis 10. Magdalenam vero Lazari ſororem cũ Lazaro Maximo, atque Chelidonio, Marcella, Ioſepho, Abarimathia, veniſſe in Galliam Aquitaniam, ibique prædicaſſe Domini Ieſu ſanctum Evangelium, ut docent luculenter Gallorum hiſtoriæ, & eſt traditio, ubique ſatis recepta illius regionis.

a *Plures fuiſſe Magdalenas oſtendit. D. Ambroſius in Lucam diſputatque eleganter Bulingerus in Caſaubonum. Diatribe 3. cap. 5. qui videndus pro multis.*

Maria Salome, vel Iacobi rediens cum ipſo Iacobo filio, peragratis partibus Germaniæ Angliæ, & Italiæ, ubi prædicavit, cum Verulam permiſſet ætate confecta ibi requievit 24. Maij.

Cele-

Digitized by Google

Celebris apud Vaſcones memoria ſancti Fermini Epiſcopi primi, & Apoſtoli Pompilonenſis, qui paſſus eſt in perſecutione Antonini Pij, die 8. menſis Octobris: fuit conſecratus ab Honorato Epiſcopo Toletano, & aquis ſalutaribus tinctus à S. Saturnino Epiſcopo Toloſano ſancti Petri Apoſtoli Principis diſcipulo, miſſo prædicatũ Toloſã.

S. Honoratus in Hiſpania celebratur, natione Cantaber, Epiſcopus Toletanus, qui dum prædicat per diverſas provincias, & ad patriam Conchanam prædicationis gratia revertitur, moritur confeſſor glorioſus 31. Decembris ann. Domini. 140.

Memoria celebris habetur, & in Gallia, & in Hiſpania, ſancti Philippi, quẽ præmiſsit S. Clemens ante Eugenium in Hiſpanias, & Gallias: venit Rhotomagum cum Leone Epiſcopo Rhotomagenſi, poſtea vero Vaſconenſi, & Gervaſio: prædicat in Gallia, Cãtabria, Vaſconibus, & per Hiſpanias: dictus eſt cognomento Phililotheus, qui provinciam Arenatum ſub Nerone Ethnicus adminiſtravit in Hiſpania.

Hic

Hic ſanctus Philippus, qui Diaconus erat, comeſque Leonis, reverſus Romã adhuc vivente Petro, anno 67. & interfuit eius Paulique, martyrio, conſecutus S. Clementem, ut magiſtrum, ab illo effectus eſt Epiſcopus, & poſtea miſſus eſt legatus in Hiſpaniam.

Omnes Epiſcopi fere iacent in beata ſede S. Mariæ de Columna dicta, in quibus Maximus vir ſanctiſsimus, & & eximia doctrinarũ cognitione conſpicuus, & Ioannes S. memoriæ frater in pace requieſcunt.

HELE-

Digitized by Google

HELECAE CÆSARAVGVSTANI EPISCOPI.

FRAGMENTA EX M. MAXIMI CARMINIBVS.

PRima domus Mariæ ſacrata eſt dicta columnæ. (rens.
Hanc eadẽ Iacobo tradidit alma pa-
Cum primũ hic iaceret divini ſemina verbi,
Præco ſacer luſtrans oppida Ibera fide.
Aſtitit hic genitrix hominiſq; Deiq; verẽda,
Et iubet in magna ſurgat, ut urbe, domus.
Quæ ceu prima foret præcunctis ſedibus una,
Vndique collecti, quam peterent populi.
O domus excellens, magnorumq; aula beata
Cælicolum ſibi, quam deligit alma parẽs.
In terris cælum; ſi quis deſiderat unquam,
Offerat hic matri vota, preceſque Dei.
Experietur enim hic præſentia numina ma-
Rebus in afflictis hinc feret auxiliũ. (tris
Ingreſsis timor, & ſubito reverentia ſurgit
Matris, & inde loci, cælicolumque chori.
Quid mirũ domus hæc divinæ numine ma-
Plena ſolũ moveat? nã movet illa polũ. (tris

DE

Digitized by Google

DE S. ATHANASIO PRIMO Cæſarauguſtano Epiſcopo.

PRImus Athanaſius noſtra ſit Præſul in urbe (cus,
Angelicæq; domus Paſtor honorifi-
Per Carpetanos iactat ſacra ſemina tractus,
E Celtiberis prædicat in populis.
Macte animi pietate ſenex, Præſulq; paterq;
Diſcipulus Iacobi, Pontificumq; decus.
Ora pro populo commiſſo ſplendide Paſtor,
Anchora qui fidei diceris eſſe, fave.
Obijt Prope Cæſarauguſtam ann. 59. colitur. 1. Novemb.

IDEM MAXIMVS DE S. ENCRAtide virgine, & martyre.

ENcratis obniveos mores, niveumq; pu dorem, (lo eſt.
Et mage martyrij nomine chara po
Chriſto ſpõſa placet, ſuperũq; hominũq; parẽ
Cæſareæq; urbis certa patrona manet. (ti:
Sanguine, nobilitat quã, fuſo, & corpore ſe-
Pectinibus, buſto, ſola relicta, ſuo. (cto,
Tẽpla dicata ſibi videt hæc in corpore degẽs,
Digna vigore animæ, laurea dignus honor.

Meq;

Meq; meũq; gregẽ ſanctiſsima reſpice virgo,
Qui tibi pro tẽplis, pectora noſtra damus.
Hinc patrona tuis mala quæq; amœnib' arce,
Noſq; ſalute bea, hoſtibus obde fores.

DE S. VINCENTIO ARCHIdiacono martyre.

Vincenti egregiam referens ab agone coronam,
Atq; Levitarũ dulce Levita caput.
Sacra domus firmæ, quæ nomen adepta colũ
Hæc tibi victuro pulvis, & umbra fuit. (næ,
Maxime de ſeptẽ celebrata in ſede miniſtris
Martyr adis votis, ſupplicibuſque tuis.
Hinc prodis rutilãs fidei ſpectãdus in armis,
Inde Valentino das documenta ſolo.
Inque Illiberitano das maxima cætu
Signa tui infracti pectoris, & fidei.
Teſtis es, ò Valeri genitor fortiſsime, tanti
Pectoris, hoc ſocio prælia nonne ſubis?
Archilevita ſacer (qui ſecretaria cordi
ſunt tibi) qui cõſtans agmina ſacra doces,
Sanguis erat tuus ille potẽs Laurentius: ignes
Extinguere de totis artubus ille potens.
Ille tibi documenta dedit præclara micandi,
Ipſeque das alijs: eſtis in arte pares.

Ille parit Romæ, patriæ paris ipſe coronam,
Patria utrique eadem, laurea, robur idem.
Reſpice nos præſes ſtellata in veſte miniſter,
Atque tuos cives civis, & ipſe, iuva.

S. BRAVLIONIS EPISCOPI Cæſarauguſtani pro M. Maximo Epiſc. Cæſaraug. carmen.

MAximus hic ſitus eſt dictus cogno-
mine Marcus, (gil.
Nobilis hiſtoricus, præco, Poeta, vi-
Qui Benedictinæ ſoboles clariſsima gentis,
Cæſaris hic fulgens Præſul in urbe fuit.
Anibitione procul, meritis ſed grādibus au-
Suſcipit invitus Pontificale decus. (ctus
Vita gravis, mores nivei, præſtantia vultus,
Dignum fecerunt Præſulis officio.
Larga manus, doctrina decēs, & lingua diſer-
Ingeniū præſtans, eloquiumq; grave. (ta
Confectus ſenio ſuperas revocatur ad arces,
Cuius membra tenet dicta colūna domus.
In qua Pontificis præclari munere functus
Iudicij extrema luce reſurget ovans.

Digitized by Google

HIC. QVIESCIT. IN. PACE.
FAMVLVS. DEI. M. MAXIMVS.
CAESARAVGVSTANVS. EPIS-
COPVS. XIIII. KAL. OCTO-
BRIS. ERA. DCLIII. ANNO. V.
SERENISSIMI. REGIS. SISE-
BVTI. VIXIT. ANNOS.
CIRCITER. LXXII.

DE S. THEODORO PRIMO Archipresbyrero S. Athanaſij.

HIſpaniæ figunt paribus veſtigia curis
Divus Athanaſius, tum Theodorus amans,
Presbyter iſte fuit primus, docuitq; libenter
In Celtibero dogmata ſacra ſolo.
Cũq; quater decies cõpleſſet Cynthius orbẽ,
Cinctus fronde caput ſidera clarus adit.
Conſors alterius Theodori, cui data cura,
Cuſtodire ſui buſta verenda patris.
Macte animo Theodore ſacer, ſervator ovilis
Cæſareæ fulgens religionis honor.
Ante Deum ſupplex pro nobis ſedulus ora,
Qui, duce te, fidei carpſimus ambroſiam.

Digitized by Google

AD SANCTOS PRIMOS CÆſaraugustanos Epiſcopos M. Maximi Pontificis Cæſaraugustani, Carmen ſaphicum.

EN pie ſacris adolemus aris
Thura, narduq;, & ſolitos odores
Præſulum turbæ, ſibi quos patro(nos
Vrbs habet iſta.
Quos habet patres, fideique primos
Præſules, iſtis quoque ſub magiſtris
Cæſaris floret nimis urbs, quibuſque
Dedicat ædes.
Laudo te nunc Athanaſi ſacer,
Teque præſtanti Theodore cantu;
Non minus noſtris Epitecte Præſul
Dignus es odis.
Tertium, & primum videt ipſe Iberus
Fortiter paſſum, ſed enim ſecundum
Sacra per tractus Libycos ferentem
Clara Cyrene.
Hic cubant ſacri cineres ſepulti,
Quos dolens creſcens ſepelire mandat,
Hinc iuvat creſcens graviore cauſa,
Frater, & hoſpes.
Et comes ſupplex Irenæus illis,
Qui Levitarum caput eſſe fertur,

Atq;

Atq; lectores duo, ſed nocantur
Quatuor enſe.
Martij ſena quater, almа luce,
Plebs tibi, & ſupplex ſocijſq; ſacris,
(Quo die paſſos memorant) celebrat
Feſta quotannis.

EIVSDEM HYMNVS AD ſacrum Templum Cæſaraugustanum Columnæ.

O Cæſarauguſtæ decus,
Et dulce patrocinium,
Gentis Iberæ Columen,
Templum Columnæ immobilis;
Quæ diceris plus omnibus
Sacris Iberis ſedibus,
Hieruſalem mirabilis,
Domus pudicæ virginis.
Te præ Solis cubiculis
Elegit ipſa genitrix,
Quæ geſsit almo in utero
Magnum tonantis filium.
Hæc nam Iacobo Apoſtolo,
Et ſuo conſanguineo,
Ædem iubet conficere,
Cunctis manentis ſeculis.
Oſtendit illi ſe hilarem,

Suos

Suoque natalitio
Conceptionis aureæ,
Templo manent encomia.
Conceptionis hinc diem
Iacobus Hiſpanos docet,
Et prædicat, ceu ceteri,
Quacumque labe liberam.
Hinc mos habet principium
Hunc celebrandi iugiter
Populis Iberis diem,
Qui durat uſque hodie.
Hinc, & vocare ſingulas
Epiſcopales Cathedras
Hieruſalem, & ab hac domo eſt,
Factum vocandi initium.
O grandis apparitio
Iacobo facta primitus,
Anno nono triceſsimo,
Natalis almi Domini.

CARMEN VALDEREDI EPISCOPI Cæſaraugustani in tumulo S. Taionis Epiſcopi Cæſaraugustani.

VAlderedus ego Taionis, & ipſe miniſter (mul.
Cæſarea indignus Præſul in urbe ſi-

Carmi-

Carmina dilecto funebria ſacro parenti,
Pectus in hoc clare teſtificata meum.
Taio fuit, dum vita manet, virtutibus almus,
Nobilis ingenio, ſed gravis eloquio.
Hiſpani debemus ei morale volumen
Gregorij Magni, quidquid, & ille dedit.
Hac cauſa petijt Romam, divinitus autem
Admonitus miris reperit eius opus.
Inde redit fama melior, virtutibus idem,
Gregorijque ſuper grande laborat opus.
Iamque gravis ſenio factis repletur opimis,
Vivo larga manus, vitaque honeſta fuit.
Mortuus antiqua tumulatur in æde Colũnæ,
Et volat ad ſuperos mens bona Pontificis.

Obijt ſanctiſsimus Pontifex in pace famulus Dei Taio Cæſarauguſtæ. Era 697. 4. Kal. Februarij.

EIVSDEM VALDEREDI DE VItali martyre, patre SS. martyrum Complutenſium Iuſti, & Paſtoris.

SAlve Vitalis martyr ſanctiſsime Chriſti,
Qui quoque martyribus diceris eſſe parens.
Patria Cõplutũ, ſed Thermeda ruſtica ſedes,
Iuſtum, & Paſtorem te genuiſſe ferunt.

Vos

Voſ eadem rabies correptos intulit aſtris:
Nō locus eſt idem, ſed prope tēpus idem.
Nā paucis annis genitor prope Funcia perfert
Anterior natis, palma ſed una tribus.
Gaude ſorte tua Vitalis, ſorte tuorum,
Fœlix natorum, iure beatus eris.
Te modo victorem binis amplectitur ulnis
Arcobriga, hæc Capuæ proxima terra ſolo.
Ter tua membra loco direpta fuere, ter ipſa
Antiquam ſedem cælitus acta petunt.
Inibi terra tenet Hiſpani martyris oſſa,
Invidet Hiſpanus hoc decus Italiæ.
Ora pro nobis Vitalis ſplendide martyr, (os.
Eſto memor patriæ, ceu memor Hiſpaniæ

TAIO CÆSARAVGVSTANVS Archidiaconus ſanctiſsimo Pontifici Honorato Germano ſuo Cæſarauguſtano, Archiepiſcopo Hiſpalenſi, Carmen ſepulſchrale Dicat.

PRAESVL Honoratus ſucceſſerat hic Iſidoro,
Hiſpalis illius oſſa beata tenet.
Iamque noven luſtris gaudēs, dum vita maneret,
Spiritus aſtra tenet, corpus in urna iacet.

Vita

Vita fuit melior lingua, ſed lingua modeſta,
Nunc ovat, hoſtiles nec timet ille minas.

Obijt idem Pontifex pridie idus Novembris, æra Dclxxix. in honore vixit annis quinque menſibus ſex.

Ipſius Honoratiani ſepulcri operculum marmoreum Hiſpali diu inter abiecta ædificiorum rudera inglorium iacuit donec vir clariſſimus Benedictus Arias Montanus, ſacræ cultor Minervæ, & totius antiquitatis amator, ab illo ſqualore erutum domum tranſtulit, ſed ſuccedente temporis iniuria, iterum oblivione iam ſordidum, Ioannes de Torres Alarcon Hiſpalenſis, profeſſione Theologus, diligens antiquitatis conquiſitor, ad ſuam inſtructiſſimam Bibliothecam iterum reduxit, ibique inter magnam Codicum antiquorum, ſelectorum voluminũ, numiſmatum, diplomatumq; ſuppellectilem, aliaq; illuſtria monumenta, quæ ad hiſtoriam ſuæ patriæ ait magno ſumptu comparaſſe, omnibus videndum, legendumq; cõſervat. Prima duo epigrammatis carmina, divulſo lapide, perierunt: has tamẽ literas, quas ego fideliter exſcripſi, ſuperſtites habet.

: : : : : : : : : : : : : : : : :
: : : : : : : : : : : : : : : : :

BEATA TENES
IAMQVE NOVEM LVSTRIS GAV
DENS DVM VITA MANERET
SPS ASTRA TENET COR
PVS IN VRNA IACET
OBIT IDEM PONTIFEX SVB. D. PRI.
IDVS NOBEMBRES
ERA DCLXXVIIII
IN HONORE VIXIT ANNOS
QVINQVE MENSES VI
NON TIMET HOSTILES IAM LAPIS STE MI
NAS

Digitized by Google

Habes itaque ab hoc antiquiſsimo epigrammate perſpicuum fidei ſolidiſsimæ noſtrorum fragmentorum teſtimonium: quæ ſi nec aliunde fulcirentur, omnem ab ipſis amoveret impoſturæ ſuſpicionem: quantique faciendum ſit, æqui antiquitatis æſtimatores arbitrabuntur. Eius ope iniuriam ſanctiſsimæ Eccleſiæ Hiſpalenſi illatam, ſuffecto Theodiſclo, ſanctiſsimo Præſuli Iſidoro, pro pulſabimus. Et quamvis Autores Hiſpani, exteriq; de anno mortis D. Iſidori interſe diſcrepẽt, certiſsimo calculo aſſero de mortuum eſſe anno Chriſti DCXXXVJ. qui rite incidit in Eram DCLXXIIII. Ita Redẽptus Iſidori diſcipulus, qui præſens adfuit, Codexq; ille Nicolai Fabri, ubi Leandri, Iſidori, & Florentinæ ſanctiſsimorum fratrum epitaphia continentur, teſtatum habent: quamvis quo ad D. Leãdri obitum, haud ſincere ſcripta in eo ſit Era DCXLI. cum deceſsiſſet Era DCXXXIII. Sed D. Iſidori diem obitus accidiſſe pridie Nonas Aprilis Era DCLXXIIII. Ex eodem præterea Redempto facili negotio probatur, certum Iſidori obitus annum fuiſſe ipſum DCXXXVJ. Etenim ille Iſidorum inducit, quatriduo ante mortem, populum ſic aloquentem: Ita ut ſacri fontis unda, quã hodie devotus eſt populus percepturus ſit vobis in remiſionẽ peccatorum: & hoc oſculum inter me & vos maneat in teſtimonium futurorum. Completis his omnibus, ad cellulam reductus eſt: & poſt diem confeſsionis, vel pœnitentiæ, quartum, paſtoralem iugiter curam, & finem ſuum conſummavit in pace. Amen. Sub die pridie Nonas Aprilis Luna XIX. Era DCLXXIV. *At ſi paſchales ſyclos conſulas, iſto anno ſane reperies, Paſcha fuiſſe pridie Kal. Aprilis, & ita baptiſmum catecumenorũ ſolemnem quatriduo præceſsiſſe Iſidori mortem. Eſt & alia ratio, qua lis omnis perimitur: nam D. Idori obitum quarto die Aprilis fuiſſe, certi iuris eſt, & in hoc omnes conveniunt, at anno 2. Chintilæ Regis, qui eſt Chriſti DCXXXVIJ. menſe Ianuario, Honoratus Præſul Hiſpalenſis ſubſcribit Concilio 5. Toletano, ergo iam anteceſſor*

Iſidorus

Iſidorus deceſſerat? Cum ergo Honoratus vixerit in honore Pontificatus annos quinque, & menſes ſex, mortuuſque ſit pridie Idus Novembris. Era DCLXXIX. qui eſt annus Chriſti DCXLI. liquido cõſtat inter D. Idori ſupremum diẽ, quo ad beatæ peremnitatis uſuram evolavit, & Honorati inaugurationem, intercurriſſe dumtaxat triginta, & octo dies. Quo ergo pacto tam parva temporis intercapedine, Iſidorus ſepulturæ mandari, eligi Theodiſclus, convinci hæreticus, deponique à Synodo potuit, denuoque Honoratus eligi? Reſtat igitur, ut qui hoc comminiſcuntur, Anticyras navigare mandemus. Et ſanctam Hiſpalenſem Eccleſiam tam fœdi Præſulis opinione pollutam, ab ipſius Pontificum albo Theodiſclum confictum eijcientes, liberemus.

De S. Gaudioſo.

Miraculis multùm fulget S. Gaudioſus Epiſcopus Turiaſſonenſis, S. Victoriani in teneris annis diſcipulus; poſteà adultior vxorem duxit; gratiſsimus Mauricio Auguſto, factus eſt Præfectus Prætorio Africæ: poſtmodum relicta uxore Syrica, electione populi Cleriq; Turiaſſonenſis, ac Gundemari glorioſiſsimi Gothorum Regis, Stephano ſufficitur: vivens, mortuuſque multis nobilitatur miraculis.

Obijt in pace S. vir, æra, Dclxviij. fuit adhuc ſæcularis Gregorio Magno chariſsimus, ad quem ſcribit epiſtolã, & eius per honorificè meminit.

Digitized by Google

Succedit S. Gaudioſo Elpidius in Sede, vir probus, interfuit Concilio quarto Toletano cum alijs.

Extant Gaudioſi literæ ad Iſidorum Hiſpalenſem, Maximum, Braulionemque Cæſarauguſtanum, Fulgentium Aſtigitanum de rebus ſacris, & quædam poemata, contraque eorundem ad ipſum etiam reſponſiones.

De S. Victoriano.

Anno Domini DXX. venit in Hiſpaniam de ſeceſsibus Italiæ progrediens S. Victorianus, & in monaſterio Aſſanij in Celtiberia Hiſpaniæ conſtitit, vitam ibidem heremiticam primum inſtituit, & poſt crebeſcente fama virtutum, ac miraculorum, S. Benedicti cucullum iam ſenior induit; plurima per Hiſpanias monaſteria fundat, more Benedictinorum nobilium filios, & in ijs S. Gaudioſum, moribus & doctrinis luculenter imbuit. Plenus dierum, & meritorũ xij. Ianuarij moritur. Viuus, & mortuus plurimis miraculis claret. Obijt autem anno vij. Regis Gothorum Athanagildi, cui apprime charus fuit, & eius ordini profuſe favit.

De

De S. Oroſio.

Tarracone memoria floret S. Abbatis Oroſij, ex Oroſiorum genere; quem S. Gregorius Papa primus miſit ad cõſtituendum, reparandumque monaſterium in inſula Gorgone, indictione ſeptima, epiſtola 49. & 50.

Quintanus Epiſcopus Helenẽſis interfuit Concilio decimo Toletano, & tranſtulit reliquias S. Gaugerici Epiſcopi Zamorenſis, ex gente ſua conſanguinei, Helenam, ubi S. Gaugericus dicitur eſſe, & pietate religioſa circumiacentium oppidorum colitur.

In Paræcia Tudenſi corpus eſt S. Mãmetis. Anſit Cæſareæ Cappadociæ, an alicuius indigetis proprij, non omninó certum eſt. Quòd ſi prioris eſt, conſtat cum corpore S. Pantaleonis à quibuſdam monachis allatum.

Concilium Egarenſe cõtractum eſt Egaræ, ſub Siſebuto, anno eius iij. æra Dclij. Conveniunt Euſebius Metropolitanus Tarraconẽſis, Nunius Calagurritanus, Ioannes Gerundenſis. M. Maximus Cæſarauguſt. Emila Barcinonen. Ruffinus Derthoſanus vir ſanctus, Viſus

ſus Lavoracenſis, Vincentius Egarenſis, Stephanus Emporitanus, Pompedius Vrgelitanus, Sueſſarius Ilerdenſis, Iuſtus Pompilonenſis, Gemaraulus Auſonenſis.

Victorinus Eccleſiæ Tudenſis Preſbyter (qui Berto Tudenſi ſucceſsit) ſcripſitque contra Manichæos, & Marcioniſtas carmine, multorum manibus teritur.

Sanctorum Ruffi Alexandri memoria, Simonis Cyrenæi (quibuſdam, & Niger eſt) filiorum celebris eſt; venit cum filijs Simon in Hiſpaniam: comitatur S. Paulum, ubi prædicavit; quam priùs adierat comitatus Divum Iacobum, & ibi prædicavit tunc; quem dicitur conſecraſſe cum alijs S. Petrus in Epiſcopum.

Obijſſeq; dicitur Hieroſolymis; colitur prima Decembris.

Per hæc tempora translata eſt bona pars corporis S. Æmiliani Epiſcopi Vercellenſis (primò Heremitæ in Aragonia) & allata ad oppidum Turris Palearum, & ibi ſepulta.

Nec

Digitized by Google

Nec minùs celebratur memoria S. Caij oppij Cornelij Centurionis (qui fuit ille Centurio, cuius famulum ad Caparnaum Chriſtus ſuſcitavit) poſt ea ſociatus Apoſtolis, neci S. Stephani interfuit: Petrum, & Paulum ad Hiſpanias venientes comitatus eſt: Tandem prædicans Scepſinienſibus propè Idam mortuus eſt; prædicat in Hiſpania, longè hic alius à Cornelio Centurione cohortis Italicæ, hoc Cornelio multò Iuniore, ille Senior.

HOS ERGO TALES ET TANTOS AB OMNI AEVO, AB OMNI ORBE LITERARIO, ET TESTES, ET IVDICES, QVI NON AVDIT, INDIGNVS EST, VT ILLVM NOS AVDIAMVS.

Digitized by Google

HISPALI,

EX OFFICINA

Matthiæ Clavigij, Typographi.

Anno MDCXXVI.

Digitized by Google

INDEX RERVM NEMORABILIVM, QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A.

ABLAVIVS Præfectus Prætorio occiſſus 123.
Abſalonius, & Heraclius. mm. Auguſtobrigenſes 102.
Aëtius Bonifacium declinat 160.
Agatha virg. & m. Catanæ 103.
Adelphius Rhetor Caracẽſis 132.
Aiax Gallata hæreticus Suevos inficit. 171.
Alani mutant populorum nomina in Bætica 159. vaſtant Hiſpanias 163.
Alexander Epiſcopus 121.
Agathode m. Octogeſſæ 51.
Agathopus 28.
Agathodorus Epiſcopus Tarraconenſis 15. fit martyr 27.
Alexander, & Antonina virgo Oleadenſes 94.
Alexander Confeſſor 81.
Agnellus Epiſcopus Ravennas inſignis 182.
Alaricus Rex Gothorum 174. vagatur per Gallias.
Alexander frater Ruffi Dertoſſæ Epiſcopi 63.
Alphæus unus de 72. diſcipulis occiditur 224.
Aquila Pontifex Heraclææ in Hiſpania 38. cum Priſcilla in Aſia Martiana Hiſpaniæ 52.
Aquilius Severus Toletanus 132
Agilla Comes patrimoniorum mittitur legatus 196.
Amalaricus Rex Gothorũ ſubq; Toleti habetur Cõcilium 183. occiditur 184.
Ambraciani Placentiam in Cantabria ædificant 138.
Amphitheatrum Romæ incenſum 84. & 86.
Ambroſius ex Iudice fit Epiſcopus 131. Floret 138.
Antonius Eremita naſcitur in Ægypto 86.

a Anto-

Antoninus moritur 72.
Andeolus mart. Nivarienſis 82.
Anatolius Laodicenus 94.
Antonina virgo Ceenſis 100.
Annus Millennarius celebratus Romæ 86.
Anaſtaſius Presbyter, & Geneſius Olyſiponenſes martyres 115. 125.
Annanias, & ſocij Iuliobrigenſes 118.
Antoninus mart. Pamienſis 118.
Anacletus ſuccedit Lino 43.
Antonia Maximilla uxor Egeæ, conſanguinea Plinij Iunioris martyr 57.
Antoninus orationibus Chriſtianorum vincit 74.
Anaſtaſius Brixianus Epiſcopus celebratur 221.
Apoſtoli provincias mundi ſortiuntur 7. Creant Diaconos 8. Petrus, & Paulus Romam redeunt 36.
Apollinaris Epiſcopus claret 74.
Appollonius, & Leontius Epiſcopi Hiſpani 169.
Apollonius Chalcidius, & Baſilides Philoſophi 71.
Apollonius Senator Chriſtianus offert Senatui librum pro religione, & capite trũcatur 80.
Apringius Epiſcopus. Pacis Auguſtæ 183.
Ara Auguſto poſita 77.
Ariæ Montani Rupes, & lares ſalutati 168.
Arabes à Severo Imperatore victi 81.
Arnobius Rhetor in Africa clarus 122.
Arianus, & Maximus Tyrius Phil. 71.
Arcadius & ſocij martyres Salmanticenſes 154.
Argebatus Epiſcopus Portucalenſis 158.
Arthuagus Monachus S. Auguſtini floret 202.
Ariamirus Rex Catholicus ſuccedit Recciario 188.
Arcadius Epiſcopus Iuliobrigenſis diſcipulus S. Iacobi 15. 27.
Arcadius Vrſaonenſis mart. 61.
Aſia Provincia obtigit Ioanni Apoſtolo 7.
Aſianus Sardicenſis Philoſophus 74.
Aſclepiades Epiſcopus Antiochenus 83.
Aſturius cognomento Serranus Epiſcopus Toletanus 141. Carus Imperatori 143. invenit corpora SS. Iuſti, & Paſtoris 147. ſepelitur 150. floret Villacicæ 132.
Aſta ſedes Epiſcopalis 220.
Aſinius Pollio moritur 4.

Athana

Athanagildus Goſuntham Ducit 189. ædificat monaſterium S. Iuliani in Agalia Villula 190. dicitur oculte Catholicus 190. conſpirat contra Agilam 188.

Athanaſius D. Iacobi diſcipulus, primus Epiſcopus Cæſarauguſtanus 15. prædicat per Celtiberiã 22. & 23. ſepelitur 26.

Athanaſij Alexandrini abſolutiones recenſentur, & inibi Cõcilium Cordubenſe ſtatuitur ſub Oſio Epiſcopo 126.

Atilius Regulus in Gallæcia 70.

Ataulphi Regis tumulus 156.

Auguſtus Tiberium adoptat 3. cenſum agit 4. moritur, ibi.

Avitus Imp. ad Italiã redit 162. Hiſpanias traijcit 188.

Auditus mart. Blitabrenſis prope Segobiam 82.

Auſbertus Braccarenſis ædificat templum D. Michaelis in inſula Tumba 182.

Aulus Altimus Toletanus S. Petri diſcipulus 67.

Aulus Cornelius Palma Duumvir Tolet. 49.

Avitus Barcinon. Epiſcopus 98.

Audentius Epiſcopus Tolet. 183.

Aviti multi Presbyteri 152.

Auguſtinus migrat glorioſus ad cælos 159.

Auguſtalis Epiſcopus Illiberitanus, moritur in Gallia 135. 140.

Auguſtulus ultimus Romanorũ Imperatorum 174.

Aulus Victor Barcinonen. Epiſcopus 70.

Auraſius Epiſcopus Toletanus ſuccedit Venancio. Pugnat cõtra hæreſes 213.

B.

BAdda Regina ſubſcribit cõcilio Toletano 209. moritur 210.

Baccauda Athanagildi frater Epiſcopus Toletanus 188.

Baſilij duo Divi Iacobi diſcipuli; alter Epiſcopus Carthaginis Spartariæ 15. Alter Braccarenſis ſecundus 15. Fui ille civis municipij Florentini Illiberitani 15. martyrio coronatur 27.

Baſſa, Paula & Agathonica Carthaginenſes martyres 113.

Barcinonenſes celebrant S. Eulaliam tutelarem 222. Epiſcopi miraculis clarent 223.

Baudelius Iulia, & alij martyres Senticenſes, ſeu Zamorenſes. 127.

Barnabas in Cypro occiſſus 30.

Digitized by Google

Baſiliſſa, & Anaſtaſia Setabitanæ martyres 32.
Baſilides hæreſiarcha, à quo Gnoſtici 69.
Betyrius Centurio Chriſtianos perſequitur. 100.
Bellum contra Sauromatas 66. Burgundionum 161.
Benedictus Epiſcopus Aurienſis floret Theſalonicæ Hiſpanicæ 169.
Beliſarius vincit Gilimerem. 182.
Benignus Epiſcopus Braccarenſis ad quem ſcribit Pelagius Papa 201.
Bilbilitani Chriſto credunt 51.
Bona ætas adoleſcentia, aut iuuẽtus 1.
Bonoſius, & Maximus Blandenſes martyres 72.
Britanniæ dilaceratæ traduntur Saxonibus 162.
Bonifacius Caldeaquenſis ex ordine Sancti Auguſtini 153.
Brictius Epiſcopus Eborenſis multa patitur pro fide Mirtyle in Luſitania patitur 111.
Briena, & Ferbonia martyres ſecurenſes 115.
Britannis celebris eſt memoria Ariſtobuli, qui dictus eſt Zebedæus 224.

C.

CÆſarauguſtæ primum templum de Columna dictũ iuſſu virginis ædificatum à B. Iacobo 11.
Cæſarauguſta felix Epiſcopis, & martyribus 222.
Cæſar Baronius antiquitatis Eccleſiaſticæ reſtitutor 196.
Cæcilius Epiſcopus Illiberitanus adfuit ſepulturæ Sancti Iacobi 20.
Cæſonius Maximus Pœtus floret 35.
Caius Oppius Centurio Hiſpanus credit Chriſto in Cruce morienti floret 6. Baptizatus à B. Barnaba 8. Mediolanenſis Epiſcopus, refert Hiſpanis Chriſti mortem, & Ecclypſim 9.
Caius Oppius Malacitanus 24. eius memoria celebris 236.
Caius Oppius C. filius Imperatori Hadriano Carus 32.
Caluitium ignominiæ, & turpitudinis nota. Mos apud Gothos frequens 207.
Capito primus Epiſcopus Lucenſis S. Iacobi diſcipulus 15. patitur 27.
Calydonio Epiſcopo Braccarenſi ſcribit S. Cyprianus 91.

Cary-

Digitized by Google

Carytina virg. & mart. Carthaginenſis Hiſpan. 97.
Catharina virgo, & mart. Alexandrina 110.
Carthaginenſis provincia dividitur in Carpetanam 145.
Canidius Epiſcopus Viſenſis cui ſuccedit Maxentius 181.
Capraſius ſcribit Capreolo Diacono Tolet. 153.
Caſtinus vir Cõſularis pater Simplicij Papæ Epiſcopus Tolet. dat nomen Villæ Caſtini 161. 165.
Candida Carthaginenſis m. 113.
Carpophorus, & Abundius martyres Hiſpalenſes 98.
Karadinenſe monaſterium fundavit Sanctina 187.
Calocerus Sancti Iacobi diſcipulus Epiſcopus Ravennas, centenarius 15. predicat in Carpetania moritur 66.
Carilippus, & ſocij Capparenſes martyres 44.
Cerula clara fœmina Hiſpali 192
Celerina Luſitana excipit in Portu Sinenſi reliquias S. Torpetis 90.
Centolla virgo, & Helena vidua martyres Seorienſes 103.
Celſus ſuccedit Hectori Toletano Epiſcopo 181.
Citerioris Hiſpaniæ forma vetus mutata 2.
Civitas exteris data 9.
Claudianus Poeta Hiſpanus origine 141.
Claudia Paphe martyr 56.
Claudia Xantippe, in quam iocatur Martialis 56.
Clemens Alexandrinus Presbyter, & Pantenus 81.
Clodoveus occidit Alaricũ 187.
S. Clemens ſcribit Iuliano Carpetano 51.
Clypeus Claudio Imper. in Curia appenſus 92.
Cyprianus Epiſcopus Carthaginẽſis mart. 98. florent eius ſcripta 94.
Cyriacus, & Iulita martyres Hipponenſes in Carpetania 84. Iſtonij reperta eorũ corpora 99.
Cyrillus ſcribit ad Valerianum Cæſarauguſtanum 154.
Collegia iuvenum ad clerum educandorum in Hiſpania inſtituta 132. & 79.
Conceſſa virgo Carthaginis Spartariæ mart. 103.
Cornelius Centurio Caparnaunenſis Hiſpanus 7. repletur Spiritu Sancto 17.
Concilia Toleti ſub Sixto 90. Illiberitanum 99. Sueſanum 101. Tolet. 120. Ancyræ 121. Neoceſariæ 120. Nicææ 121. Toleti 122. Cordubæ 126. Illyricanũ.

Romanum 131. Mediolanenſe 136. Emeritenſe 136. in Luſitania 137. Cæſaraguſtæ 131. Toleti 139. 140. 141. 142. Arauſicanum 164. Chalcedonenſe 166. Romanum ſub Hilario 174. Epaunenſe 175. Cōcilia plura Romæ 176. 179. Tarraconenſe 180. Valentinum, vel Valetanum 182. Toletanum 183. 208. 216. Bracarene 189. 196. Cæſaraguſtæ 148 Lucenſe 189. Frequentia in Hiſpania 217. Cæſaraguſtæ contra Priſcillianum 221. Egare 235.

Concordiæ uxoris S. Petri genus, & cognatio 225.

Codex Theodoſianus 161.

Conceptionis Illibatæ dies feſtus à S. Iacobi prædicatione celebratur in Hiſpania 113.

Conſtantinus Imperator mirabili ſigno Crucis admonetur de futura victoria. 120. moritur. 122.

Corduba non eſt Betis urbs 76.

Cohors Celtiberorum, ſive Suelli Iaculatores 46.

Chriſtus naſcitur, Lentulo, & Meſſala Conſulibus 3. diſputat 4. prædicat 5. accuſatur, & crucifigitur reſurgit. 6.

Criſpinus Aſtigitanus Epiſcopus patitur ſub Maloto 33.

Criſpulus martyr Tarraconenſis. 128.

Chriſtophori Gigantis reliquiæ Hiſpanias allatæ 175.

Cucufas Iirienſis martyr. 101.

D.

DAcius Epiſcopus Mediolanenſis 181.

Daci, & Quadi à Romanis expugnati 74.

Damaſus Carpetanus Mantuanus, Igeditanenſis, Bimarenſis 130.

Davidi Hiſpalenſi Epiſcopo ſuccedit Stephanus 193.

David Epiſcopus Hiſpal. docet S. Iſidorum puerum in Vico Pinciacenſi 193.

David alter Epiſcopus Hiſpalenſis 198.

Decem mille martyres in Ararath 68. eorum memoria celebris 221.

Dexter Præfectus Pretorio Orientis dedicat opus Omnimodæ hiſtoriæ Hieronymo, & Paulo Orofio 1.

Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus 74.

Dionyſius Areopagita dicat Eugenio libros de Divin. nomen.

Digitized by Google

55. Hiſpanas viſitat 59.
Diocles Hiſpanus Auriga 65.
Dionyſius, & Ammonius Rhodienſes mart. 107.
Dionyſius, Zoticus, Victor, Arcadius, Cæſarius, Severina, martyres 107.
Didacus de Leon Epiſcopus Columbrienſis Vtriculanus. Interfuit Tridentino 78.
Dypticarum mos in Eccleſia magna cura ſervatus, & quid ſit Dypticha 216.
Diſcipuli S. Iacobi Illiberitani flammis exuſti, alij Cherronenſi prope Valentiam 27.
Domnina virgo cum ſocijs martyres 72.
Donatus, & ſocij martyres Concordienſes in Luſitania 71.
Domitius, Pelagia, Aquila, & Theodiſia Tarraconenſes martyres 103.
Donatus, ad quem ſcripſit Lactantius librum de Ira Dei 128.
Donatus Monachus primus invexit in Hiſpaniam regulam S. Auguſtini. Condidit Monaſterium Servitanorum 19.
Dominicus Presbyter Hiſpalenſis ſufficitur Liciniano Epiſcopo Carthaginenſi 208.
Doctores ſcribunt contra Iulianū apoſtatam 131.
Dracontius Poeta Hiſpanus 216.
Druſus veneno perijt 5.
Dracontius Poeta, & Adelphius 134. moritur ille Oſcæ 159.
Dumienſe monaſterium fit ſedes Epiſcopalis 187.
Dux de Alcalà Bæticæ Apollo 76.
Dux Arcenſis Principum Neſtor 63.

E.

Eceleſiæ Hiſpaniæ pacem ab Ethnicis mercantur 79.
Eccleſiæ Cordubenſis Concilium ſub Oſio 126. 127.
Eccleſiæ Ceſarauguſtanæ Tabulæ ordine turbatæ 174.
Eccleſia S. Mariæ Toleti hæreſi Ariana polluta expiatur 206.
Eccleſia Cæſarauguſtana à Sancto Iacobo condita. Totaque civitas madet martyrum ſanguine. 217.
Eccleſia Toletana cum Romana, Mediolanenſi, & Africana coniungitur 216.
Eccleſia Hiſpalenſis ab iniuria confićti Theodiſcli vindicata. 233.
Ega tulit ex Oriente Hiſpaniam, memoriam S. Catherinæ. 119.

Digitized by Google

Elpidius S. Iacobi diſcipulus primus Epiſcopus Toletanus 15. patitur 27.
Eleutherius, Theodoſius, & Zoilus Teleenſes martyres 96.
Eleutherius Epiſcopus Breccarenſis ad quem ſcribit Vigilius Papa 186.
Elpidius Epiſcopus Tariaſſonenſis ſuccedit Gaudioſo 234.
Æmilianus Presbyter in Cantabria 190. 198.
Æmilianus, & Geronius martyres Caraceenſes 47.
Emeritæ Auguſtæ urbis præſtantia, & magnitudo 118.
Ephren diſcipulus S. Iacobi Epiſcopus Aſturicenſis 15. 27.
Epiſtola Canonica Divi Iacobi Zebedæi Iudæis Hiſpanis Miſſa 11. 14. 224.
Epiſtola S. Ignatij ad B. Virginẽ 224. Teritur manibus fideliũ. 155.
Epitectus, vel Epitritus Ambracienſis Epiſcopus 92.
Epenetus Sextifirmi Epiſcopus 22. moritur 30.
Epitacius Cæſarauguſtanus Epiſcopus 59.
Epiſcopi Priſcillianiſtæ ad Divũ Ambroſium confugiunt 139.
Epiphanius Epiſcopus Tarraconenſis Clarus 174.
Epiſcoparus Vianenſis reducitur ad Tudenſem 216.
Epiſtola S. Petri Miſſa ad Hiſpanos Iudæos diſperſos 226.
Etherius S. Iacobi diſcipulus 15. patitur 27.
Æthiopia obtigit Matheo 7.
Eucherius Toletanus 136.
Euphemius, vel Epiphanius Toletanus Epiſcopus ſcribit ad Licinianum, & Severum Epiſcopos pro expugnandis erroribus hæreticorum 198. mittitur orator ad Gallias 199. Ad Africam migrat. 218.
Euphraſius Epiſcopus Illiturgitanus 25.
Eutychius S. Petri diſcipulus Telæ in Vaccæis 62.
Euſebius, Palatinus, & alij martyres Metellinenſes. 69.
Euphemius Toletanus Pontifex. 196.
Euphemius Toletanus Pontifex. 196.
Euphemia virg. & mart. Gallecię 70.
Eulogius, & ſocij Tarraconenſes martyres 91.
Euſebius Laodicenus Epiſcopus. 93.
Eutychiani martyris memoria in Tela 97.
Eucratis virg. & martyr Braccaren-

carenſis, 108.
Euſebius Lugdunenſis Epiſcopus, & Hilarius Arelatenſis moriuntur 165.
Euthyches hæreſiarcha 165.
Euricus Hiſpaniæ 171. Videt Palatinorum tela varijs coloribus infecta, & moritur 173.
Eugenius primus Epiſcopus Valentiæ S. Iacobi diſcipulus 15.
Exuperantius Epiſcopus Vxamenſis, & Ravennas 138. 141. 143.
Exuperantius Monachus Benedictinus Nertobrigenſis, mirabiliter floret 191. 198.
Exuperius ſuccedit Euphemio Toletano Epiſcopo 210. moritur. 211.
Exuperius, Menaſque Telenſis florent. 212.

F.

Facundus, & Primitivus Ceenſes martyres 70. & 71.
Felix Presbyter Vallatenſis ſcribit Cypriano 86.
Felix, Fortunatus, & Archileus martyres Valentiæ in Vettonia 88.
Felix, & Regula Turigenſes martyres 95.
Felix, & Ianuarius Heraclaenſes martyres 97.
Felix Epiſcopus Accitanus præeſt Concilio Illiberitano 99.
Felix Archidiaconus Toletanus colligit Canones Concilij Illiberitani 100.
Felix, & Luciolus Eborenſes. 101.
Felix, & Maximus Gerundenſes 107. martyres.
Felix Epiſcopus, & ſocij Carthagin. martyres 107.
Felix Hiſpalenſis, & Toletanus martyr. 107. 219.
Felix Papa ſimplicij ſuceſſor 174.
Feſtum inventionis S. Crucis 151.
Fetadius ſuccedit Olympio Epiſcopo Tolet. 152.
Fides, & religio Chriſtiana valde floret in Hiſpania 210.
Fides, & Sabina Agunenſes martyres Hiſpaniæ 98.
Firmus Pompilonēſis martyr 60.
Firmus Mellarienſis marty. 100.
Firminus Apoſtolus Pampilonenſium à S. Saturnino Baptizatus 227.
Flavius Clemens vir conſularis martyr. 45.
Flavia Domitilla Sabina martyr. 55.
Flavius Epiſcopus Antiochenus. 176.
Florentius Hiſpalenſis martyr,

& Flavius Rutilius floret 26. & 64. duo Florentij Hiſpalenſes 219.
Flavij pranomen Illuſtriſsimorũ virorum 132.
Fontes Baptiſmatis in Oppido Oſſet excitantur mirabiliter 187. 188.
Forcatus Epiſcopus floret Luci Auguſti 138.
Forganus fit Rector Toleti. 214.
Fortnatus, & 28. ſocij martyres Vxamenſes 92.
Fronto Petragoricas petit 34.
Froviſtus Epiſ. Vxamenſis 202.
Fructuoſus Abbas Benedictinus floret Conſtãtinæ in agro Bracarenſi. 196.
Franciſcus Parra Canonicus Vxamenſis Vtriculanus 78.
Fulgentius Leandri frater naſcitur Hiſpali 189. linguarum, Latinæ, Græcæ, Hebraicæ peritiſſimus 207. Præeſt Eccleſiæ Carthaginenſi 207. 210. 213. componit librum Mithologicum 214.
Fulgentius Oriundus Toleto Epiſcopus Ruſpenſis 175.
Fulgentij Monachi ſepulcrum in ditione Marchenenſi prope oppidum Arahal 175.
Fulta Epiſcopus Barcinonenſis. 83.

G.

Gallenus Pergamenus floret Romæ 71.
Gaudioſus Epiſcopus Turiaſonenſis floret 185. miraculis claret 234.
Gaditanus Epiſcopatus Gothorũ tempore 220.
Geminianus Antiochenus, Hippolytas, & Berillus Epiſcopi clari 84.
Germani Italiam irrumpunt 91.
Gennadius Maßilienſis moritur 185.
Geſſalaicus Rex Gothorum fugit ex Hiſpania 178.
Gilimer deturbat Regno Africum 181.
Gentiles qui Philippum rogant, ut videant Chriſtũ erant Hiſpani 10.
Glabrio Conſul martyr 48.
Gothi per Imperium Romanum graſſantur 106. 147. 153. 220. abiurant hæreſim 209.
Goſiuntha Regina de Maximo ſcelere accuſata laqueo moritur 208.
Gratianus Epiſcopus Carthagin. Hiſpan. natus Vagæ, quæ dicta Thiar. 125. conſecrat templum Lybiſoſſæ ibi.
Gregorius Epiſcopus Toletanus

succe-

ſuccedit Olympio 125.
Gregorius Nazianzenus pugnat contra hereticos 132.
Gratianus Imperator fauvet religioni Chriſtianæ 134.
Gracilianus, & Feliciſſima martyres Salarienſes 85.
Gregorius Epiſcopus Cordubenſis ſcribit ad Oroſium 140. floret eius memoria 150.
Gregorius Papa abſolvit libros Dialogi 215.
Gregorius Bæticus carus Gallæ Placidiæ 145. dicat ipſi librum de Trinitate 146.
Gratha mundus Rex pacem reſtituit mortuo Hermenerico 173.
Gulphilas literarum Gothicarũ inventor 133.
Gundenes virg. & m. Carthaginis Spartariæ 82.

H.

HAlotus Iudex Neronis 25. Spadonocẽtiſſimus 26. 33.
Hadrianus Imperator Bibliothecam reliquit Athenis 68.
Helena Adiabeuorum Regina Chriſtiana 34.
Helpidius floret 138.
Helladius Rector Rerum publicarum fit Monachus Agalienſis 211. 215.
Heraclius, & Zoſimus martyres Carthagin. Hiſpan. 92.
Hermenericus Emeritæ in flumine perijt 163.
Herodes pueros necat 3. perijt 4.
Herodes Antipas cum Herodia depulſus in Hiſpania moritur 6.
Herodias ſuper Sicorim ſaltans ſummergitur Illerdæ 6.
Hector Epiſcopus Toletanus 181. Dictus Ferrandus Carthagin. Diacon. floret 176. ſuccedit Petro 177. micat 178.
Hermogenes, & Philetus comitantur S. Iacobum ad Hiſpaniam vivũ, & mortuum. Ad Iriam Flaviam 224.
Hæretici in Theſalonica Carpetaniæ morantes expellũtur ab Toletano Epiſcopo 216.
Hermenegildus Princeps naſcitur ex Theodoſia, & Levuigildo 191. Ducit uxorem Ingundem 199. ad fidẽ convertitur 200. coniungitur cum Catholicis ibid. Hermenegildus obſidetur Hiſpali. Aufugit. Cordubæ capitur. Exulare mandatur. Carceri mancipatur 203. patitur Tarracone 203. Hoc in dubiũ vocatur 204. eius caput à M. Maximo Cæſarauguſtam translatũ, carmen illi dicat 220.

Digitized by Google

Hermolaus Archiepiſcopus Toletanus cum decem mille martyribus 69.]

Hiſpania Iacobo Zebedæo obtigit 7. prima ad Occidentem Evangelizata 10. Prima in perſecutione Neronis 27. creſcit in ea fides 55.

Hiſpani mittunt legatos ad Apoſtolos, ut eos doceant 10. Idolorum templa diruũt, Helena, & Oſio curantibus 121.

Hippolytus Epiſcopus Carthagin. Spart. martyr. 92.

Hiſpalis urbis Principatus cõtra Ioſephum Scaligerum 118.

Hiſpali B. Mariæ templum vivẽti erectum 17.

Hiſpalis Colonia Romula 63. 64.

Hieroſolymæ exciſſæ 42.

Hierotheus Hiſpanus Epiſcopus Segovienſis 42. & ibi an Aſtigitanus.

Hieronymus Dalmata moritur 152.

Hymni Gaudeamus, & Catharina mirabilis 163.

Hyginus Epiſcopus Cordubenſis Priſcillianiſta relegatur 138. Succedit illi Gregorius 140.

Honorius, Minervius, Iovianus Monachi 152.

Honorius, Eutychius, & Stephanus martyres Aſtenſes 62.

Hormiſda Pontifex ſcribit Ioanni Tarraconenſi 179.

Honoratus Epiſcopus Hiſpalenlenſis Iſidori ſucceſſor. Carmen ſepulcrale ipſius hodie Hiſpali viſitur 237.

Honoratus Cõchinenſis Cantaber Epiſcopus Toletanus 67.

I.

Iacobus maior dictus Zebedæus peragrat urbes Hiſpaniæ 11. Probatur multis teſtimonijs, Ibi. Conſtituit multos Epiſcopos ex ſocijs, quos ſecum portavit 15, Hieroſolymam revertitur obiterque inviſit Gallias, & Britannias Venetiarum populos 18. præeſt profectioni aliquorum Apoſtolorum; ibi. martyrium patitur 19. dies adventus eius in Hiſpania cultus 19. corpus efertur Iope Iriam Flaviam, ubi altare erigitur à diſcipulis 49. feſtus etiam dies 202. 224.

Idacij Epiſcopi Hiſpani plures 136.

Idacius clarus 153.

Ildefredus Tarraconẽ capit. 173.

Ignatius ſcribit ad B. Virginẽ. 65

Ignis in Cælo viſus ferri ab Oriẽte in Occidentem 72.

Indale-

Digitized by Google

Indaletius Epiſcopus diſcipulus S.Iacobi 24.

Imerius Epiſcopus Tarraconenſis ſancte moritur. 163.

Innocentius Hiſpanus Iudæos cõverſus ad fidem, & cũ eo Theodoſius, & alij in Minorica. 151.

India obtigit S.Thomæ 7.

Imagines ſacræ à S. Petro Apoſtolo Hiſpanias delatæ 21. S. Chriſtophori 82. Chriſti ſervatoris telo percuſſa manat ſanguine 195.

Ingundis Regum Gallorum filia nubit Hermenegildo 199. Vexatur à Goſiuntha avia hæretica propter fidem 200. marito perempto, exulat. Moritur Panormi. 205.

Ioannes Epiſcopus Cæſarauguſtanus ſuccedit Vincentio 181.

Ioannes Scalabitanus Monachus Agalienſis Conſtantinopolim proficiſcitur 191. Redit Hiſpaniam, & pro fide exulat 198. 199. Epiſcopus Gerundenſſi. 210.

Ioannes Theologus Epheſi prædicat. Non deſerit virginem 18. ſcribit ad Caium Malacitanũ 39. revocatur ab exilio 49. ſcribit ad Druſiam Electam. 58.

Ioannes ſuccedit Simplicio Cæſarauguſtano 174.

Ioannis cognomento Marci memoria celebris 226.

Ionas Dionyſij diſcipulus prædicat Caſtris Cæcilijs 47. 61. in Galijs 67.

Ioſias in pretio eſt apud Hiſpanos 225.

Ioſephus Scaliger reiectus 34. eius oſcitantia in recenſendo Auſonio 118. 119.

Iſcius Monachus Paleſtinus Epiſcopus Toletanus 152.

Irenæus Epiſcopus Lugdunenſis. 79.

Iſidorus Senior Epiſcopus Cordubenſis 137. ſcribit Alegoriarum libros 146. 156.

Iſidorus Hiſpali naſcitur 191. ſuccedit Leandro, & floret opinione ſanctitatis 211. Epigraphe ſepulturæ eius 212. ſcribit 216. eius annus, dieſque mortis aſſertus 233.

Iudæi Rebellant 3. nomen religionis aliquandò non regionis 10. in Hiſpania ex diſperſione gẽtium 11. Ipſis Epiſtola Miſſa à S. Iacobo Carpetani convertuntur 15. & 16. fuerunt ante Chriſti mortem in Hiſpania 16. accipiunt literas in mortem Chriſti 17. dimicant inter

ſe 64. ab Adriano Imp. diſperſi 66. vaſtant Paleſtinam 69. rebellant in Samaria 81.
Iulianus Toletanus martyr 49.
Iulianus Dativus, & Vincentius martyres Aquis Quintianis. 52. Acatucci, ibi.
Iulianus cognomento Pomerius ſuccedit Montano 185. amicus veri Presbyteri, ibi.
Iulianus Epiſcopus Aſturienſis, floret 202.
Iuſtinus Imperator Catholicus templa reſtituit 181.
Iulianus Petri Chronici Auctor correctus 34. 70. 127. lapſus, 193.
Iuſtinus Philoſophus Chriſtianus librum pro fide componit 71.
Iuſtus Epiſcopus Anſenſis 176.
Iulianus adoleſcens martyr Flaviobrigenſis 92.
Iuvencus Poeta degit Cæſarobrigæ 143. Salmanticæ 123.
Iuſtina virgo Carmonienſis 94.
Iuſtus, & Paſtor Complutenſes martyres 97.
Iuſtus Viſenſis Epiſcopus 99.

L.

LActantius Firmianus Hiſpanus 121.
Laurentius Levita Hiſpanus martyr. 90.
Lambertus martyr Barcinonenſis 108.
Laureanus Pannonius Hiſpalim venit 186.
Laureolus comedia Romæ exhibita 44. 45.
Laureolos, Theodolos, Icaros vocat Martialis martyres, ibi notatu digna 28. & 29.
Lazarus, & Martha comitantur virginem 19. exulat cum ſororibus, & Maßiliam appellit 20.
Lampadius Epiſcopus Barcinonenſis ſuccedit Paciano. Ordinat S. Paulinum 141.
Lampadius Epiſcopus Oretanus fuit Præfectus urbis 133.
Leander Severiani filius Murtiæ naſcitur 185. fit Monachus Benedictinus 191. Presbyter ab Stephano 195. Epiſcopus Hiſpalenſis 198. Viſo Theodorico Principe S. Hermenegildi filio triſtatur 205. concionatur in Concilio Toletano 209. miraculis claret poſt mortẽ 213.
Leo martyr Vrſaonenſis 64.
Leonides Origenis pater m. 81.
Leocadia virgo, & martyr Toleti 108. Ordinis Carmelitani 109. templum ipſi dicatum 222.
Leo Rom. Pont. floret 163. ſcribit Epiſcopis Hiſpaniæ 164. ſuſcitur,

Digitized by Google

ficitur ipſi Hilarus 169.
Levuigildus Dux Baſtetaniæ vaſtat 193. Conteſtanos 194. Ducit Goſuntham 195. petit Ingundem Hermenegildo filio uxorem 196. facit Reccaredũ, & Hermenegildũ Regni cõſorte, 197. ædificat Recopolim 199. Obſidet filiũ ad Oſſet cõtrahit ſynodũ Arianorũ 201. mittit Epiſcopos Catholicos in exiliũ 201. iterum Hermenegildum obſidet Hiſpali 202. contrahit exercitũ cõtrà filium: Mironẽ Regẽ Suævorũ, & hoſtes multos 202. Toleti ægrotat 205. in graveſcente morbo pœnitet: Leandrum, & Mauſonam ab exilio revocat. Obijt 206.
Leporius Vticenſis Epiſcopus in Bætica diſcipulus S. Auguſtini 143.
Læthes fluvius dictus Tanager. putatus Chriſus 83.
Liberatus, Bonifacius, Ruſticus, & alij martyres, Monachi Auguſtiniani 172.
Lingua Latina, Hiſpanica, Gothica, & Cantabrica in Hiſpania 180.
Licinianus, & Porcanus Abbas Lirinenſis agẽte Porcilla. 203.
Licinianus Epiſcopus Carthaginẽſis moritur Conſtãtinopoli veneno 207.
Libri Ariani Toleti comburuntur 208.
Liuva Reccaredi filius necatur à Vuicterico 214.
Linus ſuccedit Petro 37.
Licerius Ilerdenſis Epiſcop. 92.
Licerius Epiſcop. Careſis 120.
Litorius Litorij Ducis filius Eburæ in Carpetania moritur eius ſepulcrum 178. 179.
Longobardi Rege Alboino Italiã adoriuntur 192.
Lucius Poeta, & inſignis orator Romæ, domo tamen Vtriculanus Bæticus 75.
Lucius Barcinonenſis Epiſcop. 82.
Lucius Papa 89.
Lucius Valerius Hiſpanus Beroſi fragmenta digeſsit 100.
Lucia v & m. Heraclæenſis 105.
Lucia virgo, & martyr Iuliobrigenſis 101.
Lucianus Presbyter, frater Lucinij Bætici moritur 167.
Luciani reliquiæ Vicum transferuntur 113.
Lucretia martyr Emeritẽſis 118.
Luparia Bætica & Gallicẽſis 27.
Lupus, & Philippus mart. 56.
Lupus, & Saturninus martyres Deiobrigenſes 95.
Ludovicus Meſsia Iuriſconſultus Vtriculanus 78.

M.

Macarius, Iuſtus & Rufinus Hiſpalenſes martyres 63.
Macedonica martyr. 56.
Magdalena quædam, & Maria Cleophe venerunt in Hiſpaniam obieruntque in Luſitania 226.
Mahumetus homo Impius graſſatur per Hiſpanias 215.
Mammæ martyris reliquiæ Gallæciam allatæ 154.
Maiorianus ſuccedit Heſichio Toletano Epiſcopo 161. 165.
Mandaburius diſputat cum Arato 176.
Mademarius Epiſcopus Barcinonenſis 98.
Mancius, vel Manlius Epiſcopus Eborenſium 48.
Maclinins Monachus conſecratur Epiſcopus 195.
Magnus Epiſcopus Mediolanenſis, excluſo Dacio, in traditur. 186.
Marcialis Lemovicentium Apoſtolus in Hiſpania 24.
Maria Virgo ſanctiſsima Collegio præſidet Apoſtolico Conſilio, & Lucæ doctrinæ 8. *Apparet B. Iacobo Cæſarauguſtæ in Columna* 17. *inviſit loca paſsionis cum Ioanne, ibi.*
Martinus [*Epiſcopus Turonenſis celebratur* 135.
Marcellus Telenſis Epiſcopus. 135.
Martinus, vel Maiorinus ſuccedit Iſcio Toletano 152.
Marcellinus Toletanus martyr. 160.
Marchenenſis Epiſcopatus Mixtarabum tempora. 220.
Marcus Marcellus Martyr Romæ 42.
M. Marcellus Eugenius Toletum venit 50. *legatus, S. Clementis conſtitit Toleti* 53. *rem primatus tractat* 59. *Concilium congregat* 61. *Toloſæ prædicat* 66. *patitur* 67.
M. Marcellus Orator, & Poeta 54.
Marcus hæreticus Hiſpanias petit 73.
M. Marcellus Romæ Præfectus, & Quæſtor in Hiſpania 54.
M. Marcellus, Eugenij ſobrinus carus Hadriano Imperatori. 61.
Marcellus Epiſcopus Solienſis. 103.
Marcus, & Hadria martyres Caſtulonenſes 33.
Marcus primus Epiſcopus Hieroſolymitanus 69. *ex gentibus.*

Mar-

Marciana filia Catelli Reguli 86. ſoror octo aliarū virginū. 87.

Marina, vel Margareta Amphilochenſis martyr 70.99.188.

Martinus Pannonius fit Abbas Dumienſis, & Epiſcopus 190. 184. Epiſcopus etiam Braccarenſis. Præeſt Concilio Lucenſi. Corrigit Conciliorum Canones 195. moritur 198.

Martyrologium Romanum illuſtratur 57. emendatur 63.

Martyres decem mille in Arareth plurimi Hiſpani 73. plures in Hiſpania. 106.

Marinus martyr Hiſpanus 92.

Martyres innumerabiles Cæſarauguſtani 108.

Marcus, & ſocij martyres Caparenſes 118.

Marcellinus nepos Marcellini mart. floret in Hiſpania 190.

Martialis illuſtratus 47.

Maria mater Ioannis cognomēto Marci comitatur S. Pulū 226.

Maria Salome moritur Verulis in Italia 222.

Maſdra Suævorum Rex moritur. 169.

Maxentia Caurienſis floret Tridenti 86.

Maximianus, & Valentinus Viavenſes confeſſores 150.

Maximus, qui hæc chronica ſcripſit, vixit in æde B. Mariæ de Columna 193.

Maxima, & Dadas martyres octaviolenſes 96.

Maxima virgo, & martyr Caurienſis 128.

Mauſona Emeritenſis Epiſcopus ſuccedit Paulo. Exulat pro fide 199. Valde dolet de morte S. Hermenegildi 205. moritur, & ut Sāctus habetur 215.

Meſſanenſes mittunt Epiſtolam B. Virgini Mariæ 47.

Melchiades naſcitur in Hiſpania 80.

Melantius Epiſcopus Toletanus. 95.

Merobandes Poeta Lyricus Barcinonenſis 147.

Militum multitudo confecta Cadmeo prælio 154.

Meletius Dux exercitus, & alij martyres Clunienſes 111.

Montanus, & Maxima Sirmienſes martyres 53.

Modeſtus, & Iulianus martyres Carthaginenſes 72.

Monachi nigri in Luſitania Canali 145.

Monſtrum duarum naturarum Braccaræ 171.

Montanus ſuccedit Celſo Epiſcopo Tolet. 182. accuſatur 184. moritur 186.

Monachi à S. Benedicto miſſi ſanctiſſime quieverunt 217.
Mos pulſandi ſexta Feria ærea Cymbala ligneis inſtrumentis à Conſtantinopoli 106.
Mons ardet in Gallia Gothica. 191.

N.

NArciſſus Gerundenſis martyr 93. eius memoria 218.
Narciſſus ſuccedit Calydonio Braccarenſi 219.
Natalius Toletanus ſuccedit Melantio 120. mittit Conſtantino Auguſto natales martyrum 121.
Natanael in urbe Tregua 59.
Neſtor palentinus Epiſcopus S. Iacobi diſcipulus 15.
Nereus, Archileus, & Domitilla recreati à Marcello 49.
Nonius Aſprenas vir Conſularis, & eius familia 24.
Nonimius Monachus Benedectinus 193.
Nummia Varia Veneris Sacerdos, mulier præſtātiſsima 87.

O.

OMnimodæ Hiſtoriæ vox nō primum à Dextro concinnata, fol. 1.
Olympius Epiſcopus Toletanus ſuccedit Natalio 123. 125.
Olympius hæreticus blaphemus in ſanctam Trinitatem tribus fulminibus de cælo petitur. 175.
Obdulia, vel Othilia virgo Benedictina Palmenſis 193.
Ophirina Regio à nepotibus Ophir in Luſitania hodie. Afeira 36.
Oneſimus S. Pauli diſcipulus prædicat in Hiſpania 42.
Orontius Epiſcopus Hiſpalenſis Sabino ſuffectus 170.
Orentius Epiſcopus Illiberitanus moritur 173. ſcripta eius 181.
Ovidius Epiſcopus Braccarenſis 52.
Origenes celebratur 83. 85.
Orentius, & Patientia martyres Oſcenſes 85.
Oroſius Oroſij Patruus 124. 130. Monachus Benedictinus 214.
Oſius ſcribit Cōſtātino libere 125. pie moritur. Eius innocētia defenditur 127. 128.

P.

PAcianus Epiſcopus Barcinonenſis 135.
Palmatus, vel Paulatus Epiſcopus Toletanus 85. 155. 172.

Par-

Parmenæ reliquiæ Cordubam allatæ ex Perſide 109.
Papius martyr Segiſſamone 111.
Paulus Apoſtolus venit Hieroſolymam 17. ad Hiſpaniam, & in Libyſoſſa convertit Xātippem 31. ſcribit ad Hebræos Hiſpanos 35. patitur 36.
Paſchatis quæſtio ſub Victore Papa 81.
Patrias quis eodem tempore habere poteſt plues 129.
Paternus Toletanus floret 62. patitur 67. ſuccedit Caſtino. 166.
Pantheon Romæ incenſum 62.
Paulus Epiſcupus Emeritēſis ſucſuccedit Fideli 194.
Pax aurea redit Eccleſijs ſub Conſtantino 119.
Paulus Sergius prædicat Hiſpali, & Cordubæ 43.
Paulus Oroſius naſcitur 135. pergit ad Africam, auſpicatur Hormeſta mundi 144. Obijt centenarius 172.
Patruinus ſuccedit Pelagio, Toletano Epiſcopo 72. 80.
Paternus Epiſcopus Braccarenſis moritur 143.
Paulus Maſſilienſis Epiſcopus clarus habetur 144.
Paulo concordienſi Luſitano ſcribit Hieronymus 144.
Paulus Diaconus correctus 169.
Pamphilus Valvenſis Epiſcopus. 168.
Petrus Apoſtolus ſeptem Epiſcopos creat, & ad Hiſpanias mittit 15. 20. venit ipſe in Hiſpaniam, multis comitantibus. Hinc ad Africam migrat 21. patitur Romæ 36.
Pelagius Epiſcopus Toletanus à ſancto Honorato 69.
Peregrinus Philoſophus rogo ſe inijcit 74.
Petrus Toletanus Presbyter in Africa floret 148.
Perſecutio in Eccleſia orta primitus poſt ſancti Stephani mortem 9. quindecim mille Chriſtiani fugantur. Ex quibus quingenti nave cypro educti Hiſpaniam appellunt 9. mortem Chriſti denuntiant. Fiunt Aliqui Epiſcopi à B. Iacobo. Ibi. Perſecutio Neronis Hiſpali cœpit 26. Galbæ Imp. 38. Severi 81. Maximini 85. Decij 86. Valeriani 89. Diocletiani 95. 106. Vuandalorum 154. 155.
Peſtis graſſatur 73. 74. 88.
Petrus primus Braccarenſiū Epiſcopus à S. Iacobo conſecratus 11. Rate oppido patitur 20. claret 36. 60.

Digitized by Google

Petrus Caſtrius Archiepiſcopus Granatenſis, Hiſpalenſis invenit reliquias. Diſcipulorum S. Iacobi 25.26.

Petrus Edeſſenus ſuccedit Palmatio Epiſcopo Tolet. 175.

Petrus Mogus Eutychianus hereticus 173.

Petrus Tyrannus in Hiſpania. 176.202.

Perſeveranda virg. & m. 129.

Pelagius Toletanus diſcipulus S. Petri 43.

Philippus Ferrarius in Topographia reiectus 189.

Petrus Epiſcopus Toletanus Primas floret 195. *vocatur in dubium Primatus* 196.

Peregrinatio ad loca ſancta Hiſpaniæ 39.

Petrus ſuccedit Baccaudæ Toletano 191.

Pius D. Iacobi diſcipulus primus Epiſcopus Hiſpalenſis 15. *adeſt ſepulturæ D. Iacobi* 20.

Pimenius patitur Aquis prope Toletum 67.

Plinius maior illuſtratur 148.

Placentinus Epiſcopatus in Cantabria 220.

Plinius Iunior Novocomēſis 63. *converſus ad fidem* 68.

Plutarchus, & alij clari Philaſophi 66.

Philemon, & Divinus Cartagineneſes martyres 102.

Philibertus, & Felicianus Monachi 113.

Philippus Epiſcopis Lamecenſis floret 214.

Philippus diſcipulus S. Hieronymi clarus Toleti 153.

Philippus Laminitanus converſus à D. Paulo 31.227.

Philippus cognemento Philotheus prædicat Hiſpali 49. *adit Barcinonem* 51.59.

Philetus, & Leda martyres Barcinonenſes 69.

Pontius Pilatus in Iudæā 5. *ſcribere ſtatuit Tiberio* 6.

Pontificū Romanorū ſucceſſio 90.

Polycarpus venit Romam 71. *patitur* 73.

Polycrates mirabilis Maſsienus 72.

Polycrates, & Bachillus Epiſcopi clari 81.

Procorus ſcribit Evangelium & res geſtas Ioannis 51.

Præcellius mart. Hiſpanus 95.

Proculus, & Hilarion Serpenſes martyres 112.

Priſcillianus inficitur hereſi Gnoſticorum 132.134.144.

Priſcilianiſtæ ab Ambrotia in Bettonia repelluntur 150.

Priſcianus Grammaticus Conſtantino.

tinopolitanus 173.
Prudentius Cæſarauguſtanus Poetapius, & elegans 133. fit Dux 140. 142. redit Cæſarauguſtam, & obijt 151.
Prudentij quatuor Hiſpani, viri nobiles 197.
Prudentius Turiaſſonenſis moritur 205.
Porcillorum familia in Hiſpania clariſsima à Romanis trahens Originem 203.

Q.

QVuadratus Epiſcopus Vlienſis 70.
Quadratus diſcipulus Apoſtolorum Hadriano offert librũ 66.
Quartus diſcipulus Apoſtolorũ prædicat Berelæ 58.
Quintanus Epiſcopus Helenenſis affert reliquias S. Gaugerici.
Quingenti viri ex converſis ab Apoſtolis Hiſpanias pertingunt 11. & 12.
Quæſtio gravis orta eſt inter Epiſcopos Hiſpanos an lapſi Admittendi eſſent ad pœnitentiam cum dignitate 146.

R.

RAmiſmundus Olyßiponem occupat 172.
Recciarius Suevorum Rex Catholicus 185.
Reges Magi Chriſti adoratores martyres 39.
Regulus Gallæciæ 30.
Reccaredus Rex Hiſpali naſcitur 191. Ducit Baddam filiam Fonſæ Comitis 202. Victor redijt à Gallijs, Toletique gratanter excipitur 205. ungitur Rex 207. mittit nuntios Romam 210. Ducit Goſiuntham mortua Badda 211. reædificat Toleti monaſterium 212. beata eius memoria 218.
Reſtitutus Illipulenſis magiſter Caſtoris adfuit Concilio Illiberitano 105.
Richila Suevorum Rex 164.
Romulus Italicenſis martyr 53. eius memoria celebris 183.
Romæ muri ab Aureliano reædificati 93.
Rhoda, qui, & Rhoſulia martyr Sardinienſis 226.
Romanus Abbas Benedictinus ædificat monaſteria moritur in agro Orichienſi 194.
Ruffus Thebanus Epiſcopus ad Hiſpanias venit 53. venit cũ eo Alexander frater 235.
Ruffus Epiſcopus ex Caria de gradu deijcitur 150.
Rura Valentiæ in Luſitania addita ab Alanis 162.

Ruti-

Digitized by Google

Rutilius martyr de quo meminit Tertullianus 65.219.220.

S.

SAcræ Scripturæ Arabice trãſlatæ cum Scholijs circumferuntur 224.
Salome Maria colitur apud Hiſpanos 225.
Salvius Iulianus edidit perpetuũ edictum 68.
Sabinus Probus converſus à Paulo, Revennas Epiſcopus 55.
Sabinus Epiſcopus Hiſpalenſis extruditur ab Epiphanio iniuſte 162. ex urbe Bete, ſive Vtricula, adſuit Concilio Arelatenſi 25.
Sanctina virgo Toletana nubit Theodorico Regi 178. educat Theodoricum filium 180. fundat monaſterium Karadinenſe 187.
Sanctinus, Dydimus, & Prudentius Epiſcopi Turiaſſonenſes. 197.
Saturninus, & 355. martyres Clunienſes. 97.
Saturninus, Felix, & Fortunatus martyres Patavonienſes 105.
Saturninus Theophilus, & Revocata martyres Argenteolenſes 105.
Saturninus Toletanus 63.
Saluſtius Epiſcopus Hiſpalenſis Papæ Vicarius 180.
Scythia obtigit Philipo cum Gallia 8.
Secundus cum Indaletio, & ſocijs adest Iacobi ſepulturæ 20. ad Caſtrum Altum 54.
Secundus Aſtenſis martyr 83. 104.
Secundinus Cordubenſis 110.
Secundinus Cæſarauguſtanus ſolitarius ad quem Sanctus Gregorius ſcribit, mittitque munera 212.
Scriptores Catholici contra Porphyrium 89.
Seneca Centurio verus Chriſtianus 22. Seneca Fabius centinatianus ibidem. Eorum familia celebris 23.
Seneca Cordubenſis Chriſtianus occultus, ſcribit Paulo 30. interſectus 35.
Seleucia urbs Syriæ cum trecentis millibus hominum corruit. 72.
Septizonium, & Thermæ Romæ. 81.
Severus Barcinonenſis martyr. 95.124.
Serennus Grannius ſcribit Hadriano pro Chriſtianis 66.
Severianus Theodorici filius Toleti

leti educatur 180. proficit in fide 190.
Severiana Theodora nata in urbe Murtienſi 186.
Servitanum monaſterium D. Auguſtini 197.
Severus Epiſcopus Lamacenſis. 160.
Selva Epiſcopus Tarraconenſis, cui ſuccedit Euphemius 191.
Severus Malacitanus pugnat cõtra hæreſes 197. moritur 207.
Sineſius, & Theopompus martyres Nertobrigenſes 110.
Sidonius Appollinaris claret miraculis 173.
Simplicius Cæſarauguſtanus ſuccedit Vincentio 203.
Siſebutus fit Comes Rerum publicarum 214.
Simplicianus celebratur Cluniæ. 215.
Sylveſter Braccarenſis martyr. 116.
Sisbertus patricida S. Hermenegildi pœnas dat turpi Calvitio, & morte 206.
Sinticio Faltonius Toletanus ſufficitur Paterno, vel campeio. 163.
Soles tres apparent in Hiſpania nativitatis nocte 3.
Solis defectio 123.
Sotera virgo, & martyr Palamenſis 105.
Spiridion Orctanus Epiſcopus. 104. Ordinis Carmelitani. 105.
Splendonius Ambracienſis Epiſcopus 150.
Stephanus Retenſis 212.
Sicleus, Symphoroſa, & ſocij martyres 58.
Soter Pontifex Romanus 74.
Strabonis locus illuſtratur 77.
Straton, Rufinus, & Rufinianus, Artemidorus, & Sevius martyres Vtriculani 116.
Suſana Irienſis martyr 100.
Suſana Braccarenſis 110.
Sunagius, vel Senagius Braccarenſis Epiſcopus 96.
Suevi poſſident Gallæciam ab anno 410. fol. 147. Luſitaniam compeſcunt ad Eſurim 170. abiurant hæreſim 184.

T.

TAgus, vel Tygus flumen. 33.
Tarraco in Coſſetania, non in Laletania 2. poſt Cæſarauguſtanum templum Virgini ibi ædificatur 17.
Templum Cæſarauguſtanum totius orbis primum 17. celebratur à fidelibus 196.

Telenſis

Digitized by Google

Telenſis ſedes inter præcipuas Hiſpaniæ 152. transfertur ad Palentinam 173.

Templi Toletani ſpatia laxantur. 150.

Templum Serapidis incenſum 79.

Thermæ Romæ ædificatæ 80.84.

Tetricus, & Zenobia Aureliani currum præcedant. 93.

Tertullianus floret 83.

Theodiſclus Epiſcopus Hiſpalenſis confictus 233.

Theodoſius Epiſcopus Barcinonẽſis 51.

Theodoſius, & Philippus martyres Oſcenſes in Bætica 69.

Theophilus, & Saturninus Vianenſes martyres 89.

Theodoſius admirabilis 107. in Eremo.

Theodoſius Theodoſij Augusti pater dolo hæreticorum occiſus 146.

Theodoræ Virginis reliquiæ ad Hiſpaniam delatæ 155.

Theodoretus Rex Hiſpaniæ 160.

Theodoricus Rex Gothorum 171. inijt fœdus cum Odoacre 175.

Theodoricus Oſtrogothorum Rex venit in Hiſpaniam 178. illã pronepote gubernat 181. male diſperijt 187.

Theodora, vel Theodoſia cognomẽto Cerula Hiſpali moritur 192.

Theadora Ducis Severiani filia Toleti moritur 194.

Theodoricus puer S. Hermenegildi Conſtantinopolim amandatur 205. ibi moritur 206.

Thraſeas, Helvidius, Bareas, viri optimi 45.

Theodorus, Lucas, Oceanus, & Clemens, martyres Hiſpalenſes 117.

Theodorus Oceanus, & Iulianus martyres Tucillenſes 117.

Theodoſius Italicæ in Hiſpania natus eligitur Imperator 134.

Terræmotus Romæ 27. Galliæ 62. Antioch. 64. Orientis. 123.

Teathrum Pompeij flagrat 5.

Theſiphon petit Romam 19. prædicat Baſtæ, & Oſcæ in Bætica alijſque urbibus 25.

Theodorus Epiſcopus ſecundus Cæſaraugustanus martyr in Africa 43.

Tiberius Dalmatas ſubijcit dictus Iulius 4.

Titus cognomento Iuſtus prædicat in Carpetania 68.

Titianus vir eloquens Rhetor Præfectus Prætorij 123.

Titus Livius moritur 5.

Tonantius Toletanus floret 170. mittit Homiliam Metenſibus. 216.

Tolebens Libanæ celebris 217.

Topilla

Digitized by Google

Topilla porta Carthaginis à Topilio cive Romano 203.
Toleti B. Mariæ templum erectum. 17.
Torquatus Malacæ, & Acci prædicat 24.
Toletani cum Barcinonenſibus amicitia, & progreſſu in fide. 54.
Trophimus, & Ovantius, Euſtorgius, Vxamenſes. 48.
Traſamundus ſuccedit Gundamūdo Regi Vuandalorum 174.
Turibius Toletanus Epiſcopus ſuccedit Patruino. 80.
Turibius Palentinus Monachus Benedictinus 183. fit Epiſcopus 185. hæreticis maledicit 187. celebris Libanæ 217.

V.

VAlerius Cæſarauguſtanus Epiſcopus martyr Vrenæ patitur 98.
Valentinus hæreticus 71.
Valerius Pampilonenſis 111.
Valentini ædificant templum S. Vincentio ad littus Saguntinum 222.
Vatinus, & Armentarius 94.
Verenice venit Romam cum Domini vultu 21. ſanata à Chriſto à ſanguinis fluxu. Ibidem.
Verania, vel Verene Monacha Benedictina Oſſetenſis 189.
Venātius Fortunatus floret 200.
Venantius Toletanus componit homiliam in laudem Adelphij 213. fit Epiſcopus Toletanus, & martyr ibidem.
Veriſsimus, & Maxima Olyſsiponenſes 115.
Vincentius Epiſcopus Mævitanus martyr 56.
Vincentius ſuccedit Quinctiano Toletano 84.
Vincentij reliquiæ transferuntur ad montem Vindiacū 166. 167.
Victore Arcilacenſis Dæmonibus formidabilis 168.
Vincentius Epiſcopus Cæſarauguſtanus ſuccedit Ioanni 176. 181. 146.
Vincentius martyr Benedictinus. 180.
Victo Cartaginenſis floret 183.
Vincentij Abbatis reliquiæ Ovetum allatæ 186.
Vincentius ſuccedit Fulgentio Epiſcopo Carthaginenſi 214.
Victorius martyr Vndumenenſis, & Epiſcopus Valentinus 58.
Vitalis Avitus inſularum Fortunatarum Epiſcopus 59.
Vitalis Archipresbyter Toletanus 60.

Digitized by Google

Victor, Flaviobrigenſis martyr. 79.
Victoria martyr Turbulenſis 88.
Vitalis Hiſpanus martyr Thermedenſis 96.
Vincentius, Sabina, & Chriſteta Abulenſes martyres 109. 222.
Vincentius, Orentius, & alij martyres Pax Auguſtani 119.
Vincentius, & Lætus Eburenſes martyres 124.
Vincentius Cordubenſis 129.
Vigilantius hæreticus Calagurritanus 141.
Victoria vidua Illorcenſis martyr 143.
Vincentia Caurienſis egregia virgo, & martyr 148.
Vincentius Palatinus fit Monachus Lirinienſis 152.
Victorianus venit in Hiſpaniam de Seceſſibus Italiæ. Miraculis claret. 234.
Victorinus Presbyter Tudenſis ſcriptor 235.
Vlpianus Iuriſconſult. floret. 84.
Vconius Epiſcopus Caſtellanen. 190.
Vologeſſus Rex Parthorum 72.
Vrſus Epiſcopus. Pacis Auguſtæ rarus ſidei defenſor 194.
Vuilgefortis virgo, & martyr Amphilochienſis. In Gallecia 70.
Vuictericus Rex coronatur, ædificat monaſterium 214.

X.

XAntippe Libyſſoſana convertitur à Paulo 31. cum Polyxena 56.

Z.

ZEbedæus, qui & Ariſtobulus Britannis celebris 224.
Zebedæus Conſobrinus Ioãnis cognomento Marci 226.
Zeno, & mille ducenti martyres Hiſpani 96.
Zeno Archiepiſ. Hiſpal. legatus Hiſpan. à S. Felice Papa. 174.

INDEX

Digitized by Google

PROVINCIARVM,

VRBIVM. OPPIDORVM, FLVMINUM, & aliorum Hiſpaniæ locorum, tum veterum tum recentiorum, quæ in hoc opere continentur.

A.

ABula.	109	Avila del Rey.
Acatucci.	52	Iunto a Guadix.
Acci.	24	Guadix.
Alba.	110	Arjona.
Alone.	23.24	Alicante.
Amphitria.	36.51	Hita.
Amphilochium.	69	Parte de Galicia.
Ambratia.	92	Bracia.
Aquæ Quintianæ.	52	Aquecaldes.
Aquæ.	67	Cerca de Toledo.
Agalia Villula.		Donde eſtuvo el celebre monaſtrio Agalienſe.
Aquæ Calidæ.	102	Orenſe.
Aquæ duræ.	117	Alcala del Rio.
Aquæ Celenæ.	164	S. Iorge de Codeſeda.
Ancanicum	159	Alanis.
Arcilacis.	168	Aracena.
Arcenſis Colonia.	65	Arcos de la frontera.
Arvenſes.	64	Alcolea.
Argenteola.	105	Medules.
Arenates.	227	Pueblos cerca del cãpo de Mõtiel,
Aſſota, vel Erotus.	56	Oſſea.

Aſtigi.	33.65	Ezija.
Aſta.	104.61.83.	Xercz de la Frontera.
Aſia Martiana.		
Aurienſis urbs.		Origuela.
Aſturica.	86	Aſtorga.
Auguſtobriga.	102	El Pedroſo.
Auguſtobriga.	102	Aldealmuro.

B.

BAga, ſeu Thiar.	125	Iunto a Cartagena.
Barcino.	69.95	Barcelona.
Baſta.	25	Baça.
Bætis urbs, ſive Vtriculum.		Vtrera.
Bellica.	87	Cerca de S. Cruz de la çarça.
Beſuici, ſeu Bocori, & Coneordienſes.		Pueblos de Portugal.
Berela, Betyrus, vel Gentiolum.	59	Vera.
Bilbilis.	51	Bambola.
Blanda.	72	Blanes.
Blitabrum.	82	Cerca de Segovia.
Berones.	59	Pueblos de Caſtilla la vieja.
Braccara Auguſta.	11.110	Braga.
Brigantium.	46	La Coruña.
Brigegium.	198	

C.

Caleт.	159	Gala.
Cale.	159	Caçalla.
Calpe.	105	Gibraltar.

Camo.

Digitized by Google

Camone.	16	Camoins.
Cale.	112	Oporto.
Caraca.	47	Guadalajara.
Cappara.	44	Ventas de Caparra.
Carteia.	23	Algezira.
Carteia.	24	Çartaya.
Caurium.	148	Coria de Galiſteo.
Caura.	148	Coria junto a Sevilla.
Canalis.		Pueblo en Portugal.
Carthago Spartaria.	72.81	Cartagena de Levante.
Carmo.	74	Carmona.
Carmonia.	94	En Caſtilla la nueva.
Coſtulo.	33	Caslona jũto a Linares.
Caſtra Cæcilia.	47	Cæceres.
Caſtra Lælia.	112	
Caſtrum altum.	54	Caſtralla.
Cæſaraugŭſta.		Zaragoça.
Cea.	100	Cea.
Cherroneſus.	27	Peñiſcola.
Cherroneſus.	27	Isla de Cadiz.
Corduba Patricia.	43	Cordova.
Cæſarobriga.	143	Oliva.
Concordia in Luſitania, vel Bocori.	71	Pueblos de Portugal.
Clunia.	97	Coruña del Conde.
Complutum.	97	Alcala de Henares.
Choreheia.	131	
Conſtantina.	196	Cerca de Braga.
Complutica.	196	Compludo.
Civitatenſes.	216	Ciudad Rodrigo.
Concana.	67	Lugar de Vizcaya.
Cuminaria.	87	Santa Cruz de la çarça.
Cisla.	191	Vn monaſterio.

Digitized by Google

D.

DEeitanum.	56	Totana.
Deiobriga.	95	
Dumium.	187	Dumio.

E.

EBora.	48	Ebora.
Eburu.	101.124	Talavera de la Reyna.
Eliocrota.	25	Lorca.
Eluroca.	56	
Emerita.	118.136	Merida.
Eſuris.	170	Xerez de los Cavalleros.
Erenium Metelineaſe.	107	Ellerena.

F.

FLaviobriga.	79	Vilvao,o Bormeo.
Fenarius.	113	Henares Rio.
Fortuales.	159	San Nicolas.

G.

GErunda.	93	Girona.
Ganac:	137	Iunto a Toledo.

H.

HEraclæa.	38	Gibraltar.

Hiſpalis.

Digitized by Google

Hiſpalis. 26.63 Sevilla.
Hiſpalenſes prope Gallias. 117 Eſpellates en los Pireneos.
Hippo. 84 En Caſtilla la nueva.

I.

Ilerdæ. 6.92 Lerida.
Ilici. 201 Origuela.
Illiberis. 24.25 Pinos, o Granada.
Illiturgi. 25 Anduxar.
Illipulá. 105 Peñaflor, o Niebla.
Ilipla. 105 Niebla.
Illorci. 143 Lorca.
Ierabrica. 159 Alanquer.
Illarcurris. 199 Almonacid.
Iulij Genius. 149 Gelves.
Italica. 134 Sevilla la vieja.
Iturißa. 107 Sangueſſa.
Iuliobriga. 100.118 Logroño, o Aguilar del Cã (po.
Iria Flavia. 100 El padoron.
Interamnium. 74 Fuente encalada, o Ponferrada.
Iſtonium. 99

L.

Libyſſoſa. 31.125 Lezuza.
Lebriſa. 56 Lebrilla.
Lamecus. 160 Lamego.
Libana. 217 Liebana.
Lucus Auguſti. 138 Lugo.

M.

Digitized by Google

M.

MAſsia.	73	
Marcia.	74	Marchena.
Metellinum.	69	Medellin.
Mantua Carpetanorum.	86.98	Madrid, o Villamanta.
Mellaria.	100	Veger de la miel.
Munobrica.	102	
Myrtilis.	111	Mertola.
Munda in Celtiberia.	115	
Munda in Bætica.	115	Monda, o Rōda la vieja.
Meco.	153	Meco.
Mævia.	56	
Mævania.	56	Isla cerca de Cartagena.

N.

NIvaria.	82	Nieva.
Nertobriga.	100	Almuña.
Nertobriga quæ, & Concordia.	71	Valera junto a Frexenal.

O.

OBulco.	110	Porcuna.
Octogeſſa.	51	Scatron, Hitona, o mequinenſa.
Olyſippo.	115	Lisboa.
Olcades.	55.94	Ocaña.
Octaviolea.	96	
Oretum.	104	Almagro, o alli junto.
Orippo.	149	Dos hermanas, o Alcala de Guadaira.

Ophi-

Digitized by Google

Ophirina regio.	36	A Feira.
Oppidani.	168	Pueblos de Portugal.
Oriola.	201	Origuela.
Oſſet.	177	San Iuan de Alfarache, o Caſtilleja.
Oſca in Betia.	25	Gueſcar.
Oſca in Veſcitania.	85	Gueſca en Aragon.

P.

PAxauguſta.	32	Badajoz.
Piotium.	52	En Caſtilla la nueva.
Poſtela.	56	
Peltuinum.	87	Cerca de S. Cruz de la çarça.
Patavonium.	105	En Aſturias.
Pamia.	118	En Caſtilla la vieja.
Palma.	193	Palma junto a Genil.
Pompilona.	227	Pamplona.
Pinciacenſis vicus.	227	Valladolid.
Palamos.	105	Palamos.

R.

RHoda, vel Rhodiopolis.	107	La Roda.
Romula Colonia.	63	Sevilla.
Riccopolis.	199	Almonacid, o Paſtrana.

S.

SAbarienſes.	205	Gaſcones.
Sardinia.	226	Cerdeña.

S *Sarci-*

Sarcinium.	172	Centrones.
Salviaterra.	155	Salvatierra.
Salmantica.	123	Salamanca.
Salarid.	85	Alcaçar do ſal.
Secura.	115	Segura.
Segiſſamone.	111	
Seori.	103	Sierro.
Serpa.	112	Cerpa.
Siginia.	125	Seſeña.
Secuntia.	43	Siguença.
Sentica.	127	Zamora.
Suel in Celtiberia.	47	
Sirmium.	53	
Sextifirmium.	22	Velezmalaga, o Motril.
Sinis.	90	Sines en Portugal.
Siarum.	149	Sarro, o Sarracatin, junto a Vtrera.
Solia, ſive Idienſes.	103	Pueblos de Andalucia.
Sicoris.		Rio Zegre.
Suel in Bætica.	46	Fuengirola.

T.

Tader quæ, & Secura.	115	Segura.
Tagus, vel Tygus alter in ſaltu Caſtulonenſi.	112	Guadalimar Rio.
Tanagrum.	128	Iunto a Coria de Galiſteo.
Tarraco.	91. 103	Tarragona.
Termeda.	96	Termeda.
Tela.	97	Iunto a Palencia.
Tagonium.	113	Vn Monaſterio.
Toletum.	52. 53	Toledo.
Trigundum.	59	En Galicia.

Digitized by Google

Treuga.	59	Iunto a Leon.
Trucns.	131	
Tugia.	54	
Turiaſſo.	204	Taraçona.
Tude.	89. 02	Tui.
Turigium, vel Tigurinum.	95	
Turbula.	88	Cerca de Baça.
Telca.	96	
Tucci, Tocina, vel Tocilla.	117	Toeina.
Tumba.	182	Tambo.
Turris pallearum.	235	
Tyle.	64	Chillas en el Axarafe de Sevilla.
Titulcia.	113	Bayona.

V.

VAccæi populi.	168	Pueblos de Caſtilla la vieja.
Valata urbica.	86	
Valentia.	88	La de Eſtremadura.
Valentia.	73	En Portugal.
Valentini.	222	Valencia del Cid.
Viana.	89	Viana en Galicia.
Vlia.	70	Montemayor.
Virgilia.	25	Varciles.
Vtica in Bætica.	33	Iunto a Montoro.
Vrci, ſeu Murci, Murcia.	24	Murcia.
Vndumeni.	–	Iunto a Valencia.
Vrſaone.	61.64	Oſſuna.
Vtriculum: ſeu Bætis.	75.116	Vtrera.
Veſtini.	87	Pueblos cerca de Santa Cruz de la çarça.
Vxama Barca.	92	Oſma.

Vrena.

Digitized by Google

Vrena.	198	Vrueña.
Voluce.	104	Villadolce.
Vrgabone.	112	Arjona.
Varia.	131	
Villacica.	132	
Villacaſtini.	161	Villacaſtin.
Veſcitania.	190	En Aragon.
Vaſcones qui, & Turcones dicti.	205	Gaſcuña.
Vindiacus mons.	166	Monteſdoca.
Vxama. Argella.	48.102	

F I N I S.

HISPALI

Apud Matthiam Clavigium Typographum.

Anno M.DC.XXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google